6
25-E
4

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
31 C
6

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

III
20
C

II
5
D

6-25 E.4

Digitized by Google

ABRAHAMI BVCHOLCERI

INDEX CHRONOLOGICVS,

MONSTRANS ANNORVM SERIEM A MVNDO CONDITO VSQVE AD ANNVM nati Christi 1580.

Tertia cura

Emendatus, auctus, & ad RODOLPHI Cæsaris obitum continuatus.

Cum gratia & Priuilegio Cæsar. Maiest.

FRANCOFVRTI
Excudebat Nicolaus Hofmannus, sumptibus IONÆ RHOSÆ.

M. DC. XII.

beret editio, quæ tum moræ tædium diluere, tum lectoris studium retinere possent. Cum à morte patris iterum prælo committeretur libellus: multa irrepserant haud satis ἀξιομνημόνευτα: quædam etiam cetero quin obseruatu digna, ita tamen fuse annotata erant, vt nec postrema primis, nec libellus titulo suo responderet satis, quippe qui nō plenam rerum memorabilium historiam, sed indicem solummodo promittit. Itaque omnibus nunc ad censuræ acrioris accuratiorisq́ normam reuocatis, superflua multa resecui, multa contraxi, non pauca etiam posteritatis cognitione dignissima addidi, telamq́ historicam ad hæc vsque tempora pertexui: adeoque totum opus mole minus, pondere maius commendabiliusque reddere studui. In quo, si me & à diariis & subiectionibus historicis Cl. V. M. ABRAHAMI SCULTETI *adiutum dissimulem, ingratissimus sim. Is enim,*

nim, qua est in beatos patris mei, praeceptoris olim sui, manes pietate, vt haud paulò comptior limatiorque prodiret libellus, ad summam diligentiam nihil reliqui fecit. Quicquid verò tertia hac cura praestitum, id vobis, Viri Amplissimi, dicatum esse cupio. Vos sanctissimae memoriae patrē meum Ecclesiae vestrae scholaeq́ꝫ οἰκιστὴν *liberaliter habuistis, benignè fouistis. Vos porro ab iis, quae pater meus fecerat, initiis haud segniter progressi, inter tot turbas, feruentiumq́ꝫ dissidiorum symplegadas, nauiculam vestram, vicinis multis fluctuantibus, suauiter adspirante diuini fauoris aura, in tranquillo tutoq́ꝫ collocastis: vel hoc nomine digni, quorum tam eximia & pietas & prudentia posteritatis memoriae cōsecretur, quorumq́ꝫ adeo nomina piorū & doctorum hominum monimentis praescribantur. Vos deniqꝫ eius, qua patrē meum complexi estis, beneuolentiae heredem me*

quoq; esse voluistis. Ego igitur, cum nulla vobis rependere officia queam, vt animum tamen vestrorũ tum erga patrem, tum erga me meritorum memorem perspicere vobis vtcunq; liceret, hanc saltem gratitudinis vocem publice figere, huncque fœtum paternum, sed facie paulò elegantiore prodeuntẽ vobis offerre volui. Eum quin hilari fronte admissuri, meq́; vnà cum ipso in fidem & clientelam vestram recepturi sitis, nullus dubito.

Deus Opt. Max. amabilissimam vestram cymbulam in posterum quoq; trãquillam, & ab omnibus tẽpestatibus tutam præstet, tandemq́; in portum prouehat beatitatis sempiternæ.

Scripsi Francfurti ad Mœnum, 1612. 6. Aprillis.

A. A. V. V.

deditissimus

ABRAHAMVS, Abrahami F.

BVCHOLZERVS.

DE

DE CHRONOLOGIA, ITEMQVE INDICE CHRONOLOGICO Abrahami Bucholceri,

Iudicium

ILLVSTRIS ET GENEROSI BARONIS, Dn. WENCESLAI *Budowiz à Budowa in Semezitz Consiliarii Cæsarei, ad Adamum filium suum Anno 1603. perscriptum.*

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

MITTO tibi dono Chronologiam Abrahami Bucholceri, quæ meo iudicio omnes Chronologias, quæ ad nostrum vsque tempus prodiere, (saluo tamen pio & vtili aliorum labore) superare videtur. Idq; non modo exactissima temporũ supputatione, sed etiam eorundem temporum

Digitized by Google

porum ſupputatione, ſed etiam eorũdem temporum collatione quadam myſtica & prophetica, remota tamen omni ſuperſtitione: id quod in nullis Chronologiis tam dextre factũ mihi videre contigit. Adde, quanta ſit iudicii eius dexteritas in recenſendis cauſis mutationum, quæ in Eccleſia inprimis, tum etiam in imperiis & regnis euenere, in quibus dici non poteſt, quo zelo, qua admiratione οἰκονομίαν Dei in gubernandâ Eccleſiâ & mundo admiratur, vt notam faciat cum Apoſtolo per Eccleſiã imperiis ac poteſtatibus illã πολυποικίλην σοφίαν τοῦ Θεοῦ. Quam etiam apte, ad interpretanda difficilima ſacræ hiſtorię loca, ſanctorum Patrum ſcripta alleget, qualiter concordantiã Ethnicorũ Hiſtoricorũ cum Biblicis hiſtoriis ceu teſtes in medium producat, dum mundus incredulus interdum medias inter ſuas fabel-

fabellas immotæ Dei veritati inſcius teſtimonium præbere cogitur. Adducit & lapidea monumenta, & ruinas magnarum vrbium, quæ ceu lapidei teſtes ipſa etiam lapidea corda, (nedum Spiritu Sancto regenerata) quin commoueant neceſſe eſt: qualia monumenta nonnulla etiam ipſemet ego in Oriente, Dei beneficio, conſpexi. Cernuntur enim ad hodiernũ diem Babylonis, Trojæ & Carthaginis ruinæ, & terræ ſanctæ: & in Ægypto rudera viſuntur cauernarũ Ioſephi, quas Turcę *Iſuff Beg Hambari*, id eſt, domini Ioſephi frumentarias cauernas vocant. Has autem mutationes & ruinas Eccleſiæ & mundi non caſu, ſed ob peccata eorum, & arcanis Dei iudiciis, præmiſſis primò longe antea per Prophetas certis prędictionibus accidiſſe, pulcerrimè author docet, & lectorem ad adhiben-

dam fidem venturis Dei prædictionibus nondum impletis, ſed certo implendis, ex collatione iam impletarum, mirifice hortatur. Quoties ergo ſacra Biblia leguntur, Chronologia hęc nõ modo ſtudioſis, ſed etiam iis, qui ſibi Doctores eſſe videntur à latere eſſe poteſt. Nã inimitabili pene breuitate, nõ modo ſummam à condito mundo ſacræ & profanæ hiſtorię proponit, ſed ex præcipuis tam ſacræ quam profanæ hiſtoriæ ſcriptoribus ſummi iudicij de ſummis rebus ceu quintam eſſentiam ex immenſo illo ſcriptorum mari feliciſſime extrahit, ad verum lapidem philoſophicum, nempe Chriſtum, deducendo lectorem, in quo omnes theſauri omnis cognitionis & hiſtoriæ reconditi. Ac vt breuiter dicam, Chronologia hæc loco multorum commentariorum in Biblia ſacra, quibus multi magis impe-

impediuntur, quam promouentur, esse poterit, præsertim politicis hominibus, & circa rerum gubernacula versantibus, qui euoluendis multorũ scriptis vacare non possunt

Totus deniq; in hoc est author, vt nos in mundo versantes doceat, non sapere ex mũdo, sed ex Deo, vt in carne militantes non secundum carnem militemus, ne terram scilicet conquirendo & tuendo armis illegitimis, & contra præscriptum summi nostri Imperatoris CHRISTI, cœlum amittamus: sed vt arma nostra sint valida, & Ephesini militis armis armata, quibus auertere queamus omnem sublimitatem & curiositatẽ, quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuam ducamus omnem cogitationem ad obediendum CHRISTO Regi nostro, qui in legendis historiis vnicus scopus noster esse debet, ad

quem

quem omnes nostræ cogitationes collimare debent. Atque eo nos deducit noster Bucholcerus, vt cognito hoc per breui eius compendio facilius sit futurus accessus ad immensum illum Historicorum Oceanum, & tutior nauigatio: ne scilicet lector eligat lectu nō necessaria, & aureum illud irrecuperabile tempus legendis non necessariis consumat; & necessaria vt cum fructu & iudicio legat. Generales enim primo historiæ & non speciales voluendæ sunt; sicut & in omnibus aliis facultatibus, vt cum fructu quis proficiat, compendia generalia cognoscat necessum est.

In his ergo excellit noster Historicus Bucholcerus cum sua Chronologia & Indice Chronologico: cui si Medullam Patrum Abrahami Sculteti, & Catalogum testium veritatis, Catholicumque Orthodoxum Caspari

pari Laurentii (ſic tamen, vt Biblia ſacra ſemper adſint) adiunxeris, quæ quæſo in itinere iter facienti minor Bibliotheca, & quæ maior in Hiſtoricis & Theologicis rebus eſſe poterit? Hac enim inſtructus, cum ſummis Hiſtoricis, cum ſummis Theologis conferre & diſſerere licebit, & ſucceſſiuis horis in particulares hiſtorias & Patrum ſcripta inſpicere, non vt integre legantur (politicum enim hic inſtruo) ſed vt in iis, quæ tibi obſcuriora videntur, conſulantur: vt ſcilicet ſyluas Hiſtoricorum & Patrum noſcere diſcas, etſi non omnes arbores particulatim oculis conſpexeris, nedum cognoueris, quod paucis contigit: ſed quo ligno magis ad ædificium Eccleſię Chriſti tibi opus, eo vt hiſce ductoribus, & cenſore atq; iudice ſacra ſcriptura, auxilio Spiritus Sancti adiutus vtare. Crebra enim ſacræ ſcri-

pturæ

quem omnes nostræ cogitationes collimare debent. Atque eo nos deducit noster Bucholcerus, vt cognito hoc per breui eius compendio facilius sit futurus accessus ad immensum illum Historicorum Oceanum, & tutior nauigatio: ne scilicet lector eligat lectu nō necessaria, & aureum illud irrecuperabile tempus legendis non necessariis consumat, & necessaria vt cum fructu & iudicio legat. Generales enim primo historiæ & non speciales voluendæ sunt; sicut & in omnibus aliis facultatibus, vt cum fructu quis proficiat, compendia generalia cognoscat necessum est.

In his ergo excellit noster Historicus Bucholcerus cum sua Chronologia & Indice Chronologico: cui si Medullam Patrum Abrahami Sculteti, & Catalogum testium veritatis, Catholicumque Orthodoxum Caspari

pari Laurentii (sic tamen, vt Biblia sacra semper adsint) adiunxeris, quæ quæso in itinere iter facienti minor Bibliotheca, & quæ maior in Historicis & Theologicis rebus esse poterit? Hac enim instructus, cum summis Historicis, cum summis Theologis conferre & disserere licebit, & successiuis horis in particulares historias & Patrum scripta inspicere, non vt integre legantur (politicum enim hic instruo) sed vt in iis, quæ tibi obscuriora videntur, consulantur: vt scilicet syluas Historicorum & Patrum noscere discas, etsi non omnes arbores particulatim oculis conspexeris, nedum cognoueris, quod paucis contigit: sed quo ligno magis ad ædificium Ecclesię Christi tibi opus, eo vt hisce ductoribus, & censore atq; iudice sacra scriptura, auxilio Spiritus Sancti adiutus vtare. Crebra enim sacræ scri-
pturæ

pturæ lectio, præmissa semper ardenti precatione, & crucis aromatibus condita, optimi sunt lucis S. scripturę interpretes, præsertim talibus compendiis adiuti, &c.

LE-

LECTORI.

Scito, Lector, Abrahami Bucholceri libros Chronologicos hos esse:

Index Chronologicus.

Isagoge Chronologica, in qua fundamenta suæ supputationis tradit.

Catalogus Consulum Romanorum, ad intelligentiam scriptorum Ciceronis & aliorum vtilissimus.

Chronologia magna, hoc est, *supputatio annorum ab orbis conditi primordiis vsque ad exilium Israelitarum in Babylone, continua serie deducta.*

Deinde, in Indice hoc Chronologico notanda est significatio quorũdam siglorum; quæ sunt

V.C.	*Vrbis conditæ.*
C.S.E.	*Cuius scripta exstant.*
N.T.	*Nouum Testamentum.*
V.T.	*Vetus Testamentum.*
St.V.	*Stylo veteri.*
St.N.	*Stylo nouo.*

* Asteriscus dubitationis est index, & significat annum illum indefinitè poni, *id est*, circa illud tempus id esse factum, nec certam anni consignationem apud autores extare.



Anni mundi 1.

CREATIO COELI ET TERRÆ: ANGELORUM ET HOMINUM.

Anni ante Nat. Christum

ÆTATES patrum ante diluvium ex Genes. cap. 5. 3970.

ADAM vixit annos 930. A creatione Adam incipiunt præter Mosen hi Chronographi.

I. Paralipomenon liber primus, complectens annos 2930. ab Adamo condito ad mortē Davidis.

II. Iosephus Iudæus in Antiquitatib. Iudaicis comprehendit historiam annorum 4037. (ut nos numeramus) ad annum Christi usque 67.

III. Orosius presbyter ad annum Christi 416. Mundi 4386.

IV. Sulpitius Severus ad annum Christi 400. Mundi 4370.

V. Beda ad annum Christi 725. Mundi 4695. Omittimus recentiores.

130 SETH Nasc. ætatis Adæ 130. vixit 912.

Adam à nato Seth vixit annos 800. Gen. 5. Observa paria esse spacia à nato Seth, ad natum Isaac: & ab Isaac ad conceptum Baptistam utrinque 1919. 3841

235 ENOS Nascitur ætatis Seth 105. vixit 905. 3736

ENOS primus est patrum quos videre potuit Noha: cum quo vixit 84. an.

325 CAINAN Nasc. ætatis Enos 90. vixit 910. 3646

MAHALALEEL Nasc. ætatis Cainā 70 vixit 895 3576

IARED Nas. ætatis Mahalaleel 65. vixit 962. [illegible]

622	ENOCH Nasc. ætatis Iared 162. vixit 365.	3349
687	MATHUSALEM Nasc. ætatis Enoch. 65. vixit 969.	3284
874	LAMECH Nas. ætatis Mathusalem 187. vixit 777	3097
930	ADAM MORITVR.	3041
	Cum Adamo vixit Seth an. 800: Enos 695: Cainan 605: Mahalaleel 535: Iared 470: Enoch 308: Mathusalem 243: Lamech 56. Hinc ad diluvium 727. Ad mortem Christi 3074.	
987	ENOCH, septimus ab Adam, translatus est in cœlum, ætat. 365.	2984
1042	SETH Mor. ætatis 912: A morte Adami 112.	2929
1056	NOHA Nas. ætatis Lamech 182. vixit 950.	2915
1140	ENOS Mor. ætatis 905. vixit cum Patre suo Seth annos 807. cum Noha annos 84.	2831
1235	CAINAN Mor. ætatis 910. Vidit omnes Patriarchas, Adamum annis 605: Noham 179.	2736
1290	MAHALALEEL Mor. ætatis 895. Vidit omnes Patriarchas: Adamum annos 535: Noham 234.	2681
1422	IARED Mor. ætatis 962. Vidit omnes Patriarchas: Adamum annis 470. Noham 366.	2549
1536	Ministerium Nohæ, & arcæ fabricatio. Gen. 6.	2435
1556	IAPHET Nas. ætatis Nohæ 500.	2415
1559	SEM Nas. ætatis Nohæ 503. vixit 600.	2412
1651	LAMECH Mor. ætatis 777. Vidit omnes Patriarchas. Adamum an. 56.	2320
1656	MATHUSALEM M. ætatis 969.	2315
1657	DILVVIVM: & finis mundi seu seculi primi.	2314
	NOHA, ætatis 600 (plus minus completo) ingreditur in arcam die 17. mensis 2. Gen. 7.	
1658	Noha egressus ex arca die 27. mensis 2. Gen. 8.	2313
	Annus primus seculi secundi.	
1659	Ætates patrum post diluvium usq; ad Abrahamum ex Gen. cap. 11.	2312
	ARPHAXAT Nas. ætatis Sem 100. vixit annos 438.	

SALAH

1694 SALAH Naſ. ætatis Arphaxat 35. vixit annos 433. 2277

1724 EBER (à quo Hebræi) Naſ. ætatis Salah 30. vixit ann. 464. Hinc ad vocationem Abrahæ 300. 2247

1758 PELEG Naſ. ætatis Eber 34. vixit 239. annos. 2213

Extructio turris Babel: Confuſio linguarum: Diſperſio gentium, Gen. 10. 11.

Annus mundi ſecundi 101. Hinc ad natalem Abrahæ 191.

1788 REGU Naſ. ætatis Peleg. 30. vixit annos 239. 2183

✱ REGNUM NIMRODI circa hæc tempora, Geneſ. 10.

Annus ſeculi ſecundi 131. ante Troiam conditam 700.

Hinc ad Ninum 120.

MONARCHIA PRIMA.

Quidam hinc ordiuntur Monarchiam mundi primam, videlicet Aſſyriorum, quæ Diodoro teſte duravit annis 1360. uſque ad mortem Sardanapali. Nos hinc ad Troiæ excidium numeramus 1000.

1820 SERUG Naſc. ætatis Regu 32. vixit an. 230. 2151

1843 BELUS II. Aſſyriorum Rex dictus Saturnus, annis 65. Euſ. Hinc ad Sardanapali interitum numerat Auguſtinus 1305: nos ad Cyri mortem 1600. ad Alexandri Magni Monarchiam 1800. Auguſti 2100. incluſ. 2128

1850 IUBILÆUS 37. *à creatione.*

NAHOR avus Abrahæ Naſc. ætatis Serug 30. vixit ann. 148. 2121

Hinc ad natum Abraham 99.

1879 THARAH pater Abrahæ Naſ. ætatis Nahor 29. vixit annos 205. 2092

1880 *REGNUM SICYONIORUM: Regum Catalogum vide apud Euſ. primus eſt Ægialeus ante natum Abraham 73.* 2091

1908 *Ninus in Assyria regnat an. 52.* 2063
Est annus mundi secundi 251. à divisione terræ, & condita turri Babylonica 150.
Hinc ad Sardanapali interitū numerat Eusebius 1240. Nos ad natum Augustum Cæsarem 2000. plenos, ad mortem Iulij 2020. Tiberij 2100.
IVSTINVS & OROSIVS incipiunt. Orosius sacras historias ex Mose recitat: sed profanorum eventuum narrationes hinc orditur.

1949 ABRAHAM Patriarcha nascitur: ætatis Tharæ 70. vixit annos 175. Hinc ad natalem Davidis 911. ad Baptismum Christi 2051: ad Augusti Cæs. Tribunitiam potestatem (id fuit summi fastigij regięque dignitatis vocabulum) 2000: ad mortem Vespasiani senioris & imperium Titi 2100: pleni. 2022

TERTIA MUNDI
ÆTAS, &c.

1950 EUSEBII Chronologia incipit ab hoc anno: quæ est Iubilæus à mundo cond. 39. secundum Ebræorum supputationem, quam ipse annotat. 2021

1959 SARA conjunx Abrahæ nascitur, Genes. 17. vixit an. 127. 2012

1997 PELEG Morit. ætatis 239. Obijt primus inter patres à diluvio natos. 1974

1998 NAHOR Mor. ætatis 148. Hinc ad regnum Davidis in Ierus. 900. 1973

2000 IUBILÆUS MUNDI 40. *medium tempus inter creationem & baptismum Christi.* 1971

2006 NOHA Mor. ætatis 950. à diluvio (irruente) 350 Genes. 9. 1965
Cum Noha vixerunt ante diluvium: Enos 84. Cainan 179. Malaleel 234. Jared 366. Mathusalem 600. Lamech 595. Sem 97. Post diluvium: Sem 350. Arphaxat 347. Salah 312. Eber 282. Peleg 248

248. Regu 218. Serug 186. Nahor 156. Thara
127. Abraham 57.

2020 Circa hæc tempora credimus Abraham à DEO vocatum ex Vr Chaldæorum, migrasse in Haran: ibique mansisse quadriennio. 1951

2024 ABRAHÆ promittitur Christus. 1947

Vocatio & migratio Abrahę ex Haran, primusque ejus ingressus in terram promissam ętatis 75. Genes. 12.

INITIUM RERUM IUDAICARUM.

Hinc ad exitum ex Ægypto 430. Exod. 12. Galat. 3.
Ad Iulij Cęsaris monarchiam 1900.

2027 RIGU Mor. ętatis 239. Genes. 11. Funus 4. à diluvio. 1944

2034 AGAR fit conjunx Abrahę, ætatis Abrahę 85. Genes. 16. 1937

2035 ISMAEL Nasc. ætatis Abrahę 86. Gen. 16. Hinc ad regnum Herodis in Hierusalem 1900. 1936

2048 CIRCUMCISIO instituta, Gen. 17. Sodomorum conflagratio, Gen. 19. à diluvio annus 592. à morte Nohę 42. Hinc ad baptismum institutum (qui circumcisioni successit) 1952. ad Christi circumcisionem 1922. 1923

2049 ISAAC Nasc. ætatis Abrahæ 100. Gen. 17. Hinc ad imperium T. Vespasiani 2000. pleni. 1922

2050 IVBILÆVS MVNDI. 41. 1921

SERUG Mor. ętatis 230. Genes. 11.

2062 ✳ ABRAHAM circa hoc tempus jussus est mactare filium Isaac, Genes. 22. 1909

2084 THARA Mor. ætatis 205. Peregrinationis Abrahę anno 60. completo. 1887

2086 SARA Mor. ætatis 127. Genes. 23. anno Abrahæ 137. 1858

2089 Nuptiæ Isaaci & Rebeccę ætatis Isaaci 40. Gen. 25. 1882

2097 ARPHAXAT Mor. ætatis 438. Gen. 11. à diluvio 1874
an. 440.

2109 NATALIS IACOB. 1862

ESAU & IACOB è Rebecca Nasc. æta. Isaaci 60. Genes. 25.

Hinc ad natalem Augusti Cæs. 1800. Davidis 751.

2113 REGNVM ARGIVORVM, ab Inacho. 1858
Eus. Hinc ad Cecropem & regnum Atheniensium 300. Eus.

2124 ABRAHAM Mor. ætatis 175. Gen. 25. Sepelitur 1874
in Hebron.

Cum Abrahamo vixerunt: Noha an. 57. Sem, Salah & Eber 175. Peleg 48. Nahor 49. Thara 135. Arphaxat 148. Regu 78. Serug 101. Isaac 75. Iacob. 15. Hic est annus 100. ex quo Abrahæ promissus est Christus.

2127 SALAH Mor. ætat. 433. Isaac habitat in Gerar, 1844
promittitur ei Christus.

2149 Nuptiæ Esau, Genes. 26. ducit autem duas uxores 1322
Iudith & Basmath.

2159 SEM Mor. ætatis 600. Genes. 11. A morte Abra- 1812
hæ 35.

Sem natus est anno ætatis Nohæ 503. & mortuus an. à diluvio 503.

Cum Sem vixerunt: Mathusalem an. 97. Lamech 92. Noha 447. Arphaxat 438. Salah 433. Eber 435. Peleg & Regu 239. Serug 230. Nahor 148. Thara 205. Abraham 175. Isaac 110. Iacob 50.

Hinc ad natum David 700. pleni.

2172 ISMAEL Mor. ætatis 137. Gen. 25. 1799

2176 *OGYGES regnat ante Cyrum 1237. Ante primam* 1795
Olympiada 1020. Euseb. ex Africano libr. 10. cap. 3.

2186 Scala Iacob, Gen. 28. ætatis Iacob 77. 1785

2188 EBER Mor. ætatis 464. Gen. 11. à divisa ter- 1783
ra 430.

Nuptiæ

2193 Nuptiæ Iacob, Genes. 29. ętatis Iacob 84. uxores 1778
Lea & Rachel filię Laban.

2200 IVBILÆVS MVNDI 44. 1771

IOSEPH Nasc. Genes. 30. ætatis Iacob 91. vixit 110.

Hinc ad baptismum Christi 1800.

2206 Lucta Iacob, Gen. 32. ætatis Iacob 97. & nata appellatio Israel. 1765

2215 ✱ DINÆ stuprum circa hæc tempora, Gen. 34 & internecio civium Sichemorum ob stuprum. 1756

2217 Ioseph venditus ętatis 17. (Iacobi 108.) Gen. 37. 1754

2227 Castitas Iosephi abstinentis ab hera, Carcer Ioseph, Genes. 39. 1744

2228 Ioseph exponit somnium pincernæ & pistoris, Genes. 40. 1743

2229 ISAAC Mo it. ætatis 180. Gen. 35. & sepelitur in Hebron. 1742

Cum Isaac vixit Serug anno uno, Thara 35. Abraham 75. Sara 37. Ismael 123. Iacob 120. Arphaxat 48. Salah 78. Sem 110. Eber 139. Ioseph 29.

2230 Exaltatio Ioseph ętatis 30. Gen. 41. Hic primum evehitur Abrahæ posteritas. Hinc ad regnum Salomonis 700. Augusti 1700. 1741

2231 Primus annus fertilitatis septennis in Ægypto, Genes. 41. 1740

2239 Migratio Iacob in Ægyptum ętatis 130. Gen. 47. 1732
ætatis. Ioseph 39. Medium inter vocationem Abrahę & inter exitum ex Ægypto: utrinque 215.

2256 IACOB Mor. ętatis 147. Gen. 47. Est à diluvio 1715
600. à lucta Iacobi cum angelo, & nata appellatione Israel 50. à visa scala cœlesti 70. ætat. Ioseph 56. à nato Eber 532. Hinc ad Troię excidium 532. ad sceptrum ablatum à Iuda per Herodem 1680. inclus.

2310 IOSEPH Mor. ętatis 110. regni sui in Ægy[illegible] 1661
G[illegible]n. 50. Anni gloriæ sexies superarunt [illegible]
miseriç Iosephi; quia 13. fuerunt anni mise[illegible]
80. gloriæ.

Genesis desinit à morte Iacob 54. ab ejus descen[illegible]
in Ægyptum 71. à vendito Ioseph 93. à diluvio
654. Hinc ad natum Mosen 63. mortem Samso-
nis 500. Romam conditam 910. natalem Augu-
sti Cæs. 1600. inclus.

2311 EXODVS Liber Mosis secundus incipit, com- 1660
plectens annos 144.

2333 LEVI filius Iacob Mor. ætatis 137. Exodi 6. 1638

2370 AARON Nasc. hoc anno propè completo, Exodi 1601
7. vixit annos 123. Num. 33.

NATALIS MOSIS.

2373 MOSES Nasc. hoc anno propè completo, Exodi 1598
2. 7. Ex Amram & Iochebet, vixit annos 120.
Deut. 34.

A vocatione Abrahæ 350. à quo Moses est septi-
mus.

2374 MOSES exacto ætatis mense tertio ex aquis extra- 1597
hitur, Exodi 2.

2400 ✳ Historia Hiob an huc referenda sit, incertum 1571
est.

2401 IOSUA Nasc. à nato Ioseph. 200. compl. vixit an- 1570
nos 110.

2412 *REGNVM Atheniensium incipit.* 1559
Primus regnat Cecrops anno 50. Eus. Hinc ad Cyrum
1000.

2414 MOSES exacto ętatis 40. occidit Ægyptium, & 1557
fugiens habitat annos 40. in Midian. Exodi 2.
Actorum 7.

2415 CALEB nascitur, Ios. 14. superstes cum Iosua ve- 1556
nit in terram promissam.

2440 *Diluvium Deucalionis, Eus. à diluvio Nohæ 784. cujus* 1531
numero medium obtinet conflagratio Sodomorum.

IVBI-

2450 IVBILÆVS 49. & *à creatione annus quinquies* 1521
490. à nato Abraham 501.

2453 VOCATIO Mosis: Rubus ardens non consumitur, Exodi 3. ætatis Mosis 80. Exodi 7. 1518

Decem plagæ Ægypti, Exod. 7. 8. 9.

Veteres versiculi memoriæ causa facti.

Prima rubens unda: ranarum plaga secunda:
Inde culex tristis: post musca nocentior istis:
Quinta pecus stravit: vesicas sexta creavit:
Post sequitur grando: post bruchus dente nefando:
Nona tegit Solem: primam necat ultima prolem.

2454 EXITUS ISRAELIS ex Ægypto die 15. mensis 1. Exodi 14. 1517

MOSES Dux populi Israel in deserto annis 40.

Decalogi promulgatio, Exodi 19.

Hinc ad templum Salomonis 480. 3. Regum 6.

2455 Tabernaculum arcæ fœderis in deserto erectum & dedicatum est, anno 2. exitus ex Ægypto, die primo mensis primi. Nubes gloriæ Domini operuit ac replevit tabernaculum, ut esset præsentiæ divinæ testimonium, Exodi 40. 1516

Exodus desinit die 1. mensis primi, an. 2. exitus.

LEVITICVS die 1. mensis 1 } incipiunt.
NVMERI die primo mensis 2 }

Exploratores reversi è terra Canaan botrum miræ magnitudinis reportant, in ligno pendentem, Numeri 13.

2488 *REGNVM TROIANVM cepit. Dardania à Dardano condita: etsi prius etiam in illis locis sit regnatum. Hinc ad Troiæ excidium 300. Estque hic annus à regno Nimrodi 700.* 1483

2493 DEVTERONOMIVM incipit die primo mensis undecimi, anno 40. exitus ex Ægypto. 1478

Serpens æneus erigitur, Num. 21. Hinc ad Christum erectum in cruce 1511.

Balaam maledicturus Israeli, benedicit ei, Num. 22. 23.

AARON Mor. die 1. Mensis 5. ætatis 123. Numer 20. 33.

Die 1. mensis 11. Moses prælegit Israelitis Deuteronomium, Deut. 1.

MOSES Mor. ætatis 120. Sepelivitque eum Deus, &c. Deut. 34.

DEVTERONOMIVM & NVMERI } desinunt.

2494 LIBER IOSVÆ incipit. 1477

Israelitę transeunt Iordanem exiccatū, die 10. mensis 1. Iosua introducit Israelitas in terram promissam, Ios. 3. 4.

Manna cessavit die 15. mensis 1. Ios. 5.

Muri urbis Hiericho corruunt ad sacrorum cornuum clangorem, populique Dei clamorem, Ios. 6.

2500 IVBILÆVS *à mundo condito 50.* 1471

Partitio terræ, Iosuę 14.

Initium Iubilęorum Mosis sive Legis, Levit. 25.

Hinc ad Baptismum Christi 1500, id est, 30. Iubilęi.

2503 Præputia fructuum abijcienda triennio, Levit. 19. 1468

2504 Fructus terræ promissę sanctificati Domino, Levit. 19. Hinc ad resurrectionem Christi 1500. 1467

2505 Fructus terræ communes omnibus, Levit. 19. 1466

2507 Primus annus Sabbatarius, quo scilicet quiescebant agri Israelitarum, Levit. 25. 1464

Seculum Cadmi, qui literas ex Phœnicia in Græciam importavit. Euseb.

Lucanus:

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

2511 IOSUA Mor. ętat. 110. Iosuę 24. A morte Ioseph 200. compl. Definit liber Iosuæ. 1460

LIBER IVDICVM incipit.

2512 OTHONIEL II. Iudex Israelit. annos 40. Iud. 3. Hinc ad Cyrum 900. 1459

2550 Primus IVBILÆVS MOSIS *completus, Levit. 25.* 1421

Ehud

2552	Ehud III. Iudex annos 80. Iud. 3.	1419
2600	✳ Historia de Micha & Levitę conjuge, an huc pertineat, incertum est, Iud. 19. 20. 21.	1371
	IVBILÆVS MOSIS II.	
2632	Debora & Barak IIII. præsunt annos 40. Jud. 4. 5.	1339
2672	Gedeon V. Iudex an. 40. Iud. 6.	1299
2712	Abimelech VI. Iudex an. 3. Iud. 9.	1259
2715	Thola VII. Iudex an. 23. Iud. 10.	1256
2720	*Evander in Italiam venit, Dionys. Hinc ad Romam conditam 500.*	1251
2730	Circa hoc tempus Ruth venit in Bethlehem, ex qua Boas genuit Obed, avum Davidis.	1241
2735	*Seculum Herculis & Thesei.* *Hercules Cacum interficit, Dionys.* *Hinc ad Cyri Monarchiam 700.*	1236
2738	Iair VIII. Iudex an. 22. Iud. 10.	1233
2740	*Argonautarum expeditio in Colchiam, circa hoc tempus.*	1231
2748	*Priamus Rex Troiæ an. 40. Archilochus.* A Sodomis incensis 700 à regno Nini 840. Hinc ad mortem Sardanapali 400. ad mortem Alexandri M. 900.	1223
2756	*Latinus regnat annis 35. à quo dicti* LATINI *Dionys. Hinc ad Romuli mortem 500. ad V. C. 464. Romuli natalem 444. Est à diluvio 1100.*	1215
2760	Iephte IX. Iudex ann. 6. Iud. 12. Hinc ad natalem Davidis 100.	1211
2766	Abessan X. Iudex an. 7. Iud. 12.	1205
2771	*Agamemnon Mycenis regnat annis 18. Clem.*	1200
2773	Elon XI. Iudex an. 10. Iud. 12.	1198
2779	*BELLI TROIANI annus primus.*	1192
2783	Abdon XII. Iudex an. 8. Iud. 12.	1188
2788	*Troiæ excidium, ante Romam conditam 432. Dionys. à condita turri Babylon. 1030. excidio Sodomorum 740. Hinc ad Olympiadas 408. natalem Augusti*	1183

1121. mortem Iulij 1140. Hic annus est ipsum Medium inter diluvium & inter cladem Crassianam, quam acceperunt Romani à Parthis occiso Crasso: anno V. C. 700. utrinque sunt 1131.

2789 *Trojani in Siciliam navigant, Dionys.* 1182

2790 *Æneas in Italiam venit. Lavinium conditum: Ante urbem conditam 425.* 1181

2791 SAMSON XIII. Iudex an. 20. Iud. 16. Hinc ad natum Davidem 70. ad ejus regnum 100. 1180

Latinus socer Æneæ occumbit in prælio.

Æneas regnat annis 3. Dionys. ante V. C. 429.

2793 *Anchises pater Æneæ Mor. Dionys. ante V. C. 427.* 1178

2794 *Æneas occisus in prælio, ante Romam conditam 426. Hinc ad Monarchiam Iulij Cæsaris 1130.* 1177

2795 *Ascanius Æneæ filius Secundus Latinorum Rex an. 38. Dionys. ante V. C. 425.* 1176

2810 SAMSON moritur, oppressus mole domus à se dirutę, qua & 3000. Philistini epulátes perierunt. Plures interemit moriens, quàm antea vivens interfecerat, Iud. 16. 1161

Desinit liber Iudicum: à morte Iosuæ 300. Iosephi 500. Hinc ad natalem Davidis 50. Augusti Cæsaris 1100. ad captivitatem Babylonicam 555. Observa, à morte Samsonis ad Natalem Davidis 50. à regno Samsonis ad regnum Davidis 100.

2811 Primus Samuelis, aliàs I. Regum incipit. 1160

ELI summus Sacerdos regnat an. 40. 1. Sam. 4.

2814 SAMUEL nascitur anno 4. Eli, Cedrenus, à diluvio 1157. Hinc ad N. C. totidem. 1157

2832 *Ascanius Æneæ f. moritur à morte patris 38. ab excidio Troiæ 44. Dionys.* 1139

2833 *Silvius frater Ascanij III. rex Latinorum an. 29. Dionys. ante V. C. 387.* 1138

2850 IVBILÆVS MVNDI 57. *Mosis 7.* 1121

Arca Domini capta à Philistinis. Eli Mor. ętatis 98. 1. Sam. 4.

REGNVM SAMVELIS circa hujus anni finem capit.

cæpit: à nato Abraham 901. Ioseph 650. ab exi-
tu ex Ægypto 397. à partitione terrę 350. 1120
2851 Samuel cum Saule an. 40. Actor. 13.
Arca fœderis mense septimo pòst, quàm capta fue- 1111
1182 rat, rediit ad Israelitas, 1. Sam. 6.
1181 2860 DAVID natus à morte Iosuę 350. Iosephi 550. ab
exitu ex Ægypto 406.
1180 2892 *Æneas Silvius IV. Latinorum rex an. 31. Dionys. ante V. C. 358.* 1109
2868 *Reditus Heraclidarum sive posterorum Herculis in Peloponnesum: Ab excidio Troiæ 80. Thucyd. Hinc ad* 1105
1178 *primam Olympiadem 328. Diod. & Eratost.*
1177 2870 Philistini orante Samuele fulminib. prosternuntur, 1101
1. Sam. 7.
1176 2881 ✱ Circa hæc tempora Israelitę petierunt regē spre- 1090
1161 to Rege Deo: Samuel exponit Israelitis Ius Regis, 1. Sam. 8.

REGNVM SAVLIS.

SAUL quærens asinas patris sui invenit regnū, Vngitur à Samuele in Regē, & incipit prophetare cū aliis, 1. Sam. 9. 10. sistitur populo in Mizpat ut Rex Israelis, 1. Sam. 10.
2882 NAHAS Ammonitarum Rex civibus Iabes Gilead salutem promittit oculi dextri jactura. Saul cæsis Ammonitis inclarescit & denuò confirma- 1084
1160 tur in regno, 1. Sam. 11.
Valedictio Samuelis, 1. Sam. 12. Est hic annus æta-
1157 tis Sam. circiter 68. hinc ad ejus obitum 7.
2883 ✱ Rejectio Saulis, 1. Sam. 13. 14. 15. 1088
1139 ✱ Vnctio prima Davidis domi paternæ in Bethlehem, 1. Sam. 16.
1138 2884 ✱ Monomachia Davidis & Goliath, 1. Sam. 17. 1087
Hinc ad mortem Christi vincentis Diabolum
121 1120
2885 MEPHIBOSETH filius Ionathæ & nepos Saulis 1086
Nasc. 2. Sam. 4.
2889 ✱ SAMUEL Mor. ętatis 75. circiter, 1. Sam. 25. 28 1082

Saul

622 ENOCH Nasc. ætatis Iared 162. vixit 365. 3349

687 MATHUSALEM Nasc. ætatis Enoch. 65. vixit 969. 3284

874 LAMECH Nas. ætatis Mathusalem 187. vixit 777. 3097

930 ADAM MORITVR. 3041

Cum Adamo vixit Seth an.800: Enos 695: Cainan 605: Mahalaleel 535: Iared 470: Enoch 308: Mathusalem 243: Lamech 56. Hinc ad diluvium 727. Ad mortem Christi 3074.

987 ENOCH, septimus ab Adam, translatus est in cœlum, ætat. 365. 2984

1042 SETH Mor. ætatis 912: A morte Adami 112. 2929

1056 NOHA Nas. ætatis Lamech 182. vixit 950. 2915

1140 ENOS Mor. ætatis 905. vixit cum Patre suo Seth annos 807. cum Noha annos 84. 2831

1235 CAINAN Mor. ætatis 910. Vidit omnes Patriarchas, Adamum annis 605: Noham 179. 2736

1290 MAHALALEEL Mor. ætatis 895. Vidit omnes Patriarchas: Adamum annos 535: Noham 234. 2681

1422 IARED Mor. ætatis 962. Vidit omnes Patriarchas: Adamum annis 470. Noham 366. 2549

1536 Ministerium Nohæ, & arcæ fabricatio. Gen. 6. 2435

1556 IAPHET Nas. ætatis Nohæ 500. 2415

1559 SEM Nas. ætatis Nohæ 503. vixit 600. 2412

1651 LAMECH Mor. ætatis 777. Vidit omnes Patriarchas. Adamum an. 56. 2320

1656 MATHUSALEM M. ætatis 969. 2315

1657 DILVVIVM: & finis mundi seu seculi primi. 2314

NOHA, ætatis 600 (plus minus completo) ingreditur in arcam die 17. mensis 2. Gen. 7.

1658 Noha egressus ex arca die 27. mensis 2. Gen. 8. 2313

Annus primus seculi secundi.

1659 Ætates patrum post diluvium usq; ad Abrahamum ex Gen. cap. 11. 2312

ARPHAXAT Nas. ætatis Sem 100. vixit annos 438.

SALAH

1694 SALAH Naſ. ætatis Arphaxat 35. vixit annos 433. 2277

1724 EBER (à quo Hebræi) Naſ. ætatis Salah 30. vixit ann. 464. Hinc ad vocationem Abrahæ 300. 2247

1758 PELEG Naſ. ætatis Eber 34. vixit 239. annos. 2213

Extructio turris Babel: Confuſio linguarum: Diſperſio gentium, Gen. 10. 11.

Annus mundi ſecundi 101. Hinc ad natalem Abrahæ 191.

1788 REGU Naſ. ætatis Peleg. 30. vixit annos 239. 2183

✱ REGNUM NIMRODI circa hæc tempora, Geneſ. 10.

Annus ſeculi ſecundi 131. ante Troiam conditam 700.

Hinc ad Ninum 120.

MONARCHIA PRIMA.

Quidam hinc ordiuntur Monarchiam mundi primam, videlicet Aſſyriorum, quæ Diodoro teſte duravit annis 1360. uſque ad mortem Sardanapali. Nos hinc ad Troiæ excidium numeramus 1000.

1820 SERUG Naſc. ætatis Regu 32. vixit an. 230. 2151

1843 BELUS II. Aſſyriorum Rex dictus Saturnus, annis 65. Euſ. Hinc ad Sardanapali interitum numerat Auguſtinus 1305: nos ad Cyri mortem 1600. ad Alexandri Magni Monarchiam 1800. Auguſti 2100. incluſ. 2128

1850 IVBILÆUS 37. *à creatione.*

NAHOR avus Abrahæ Naſc. ætatis Serug 30. vixit ann. 148. 2121

Hinc ad natum Abraham 99.

1879 THARAH pater Abrahæ Naſ. ætatis Nahor 29. vixit annos 205. 2092

1880 *REGNUM SICYONIORUM: Regum Catalogum vide apud Euſ. primus eſt Ægialeus ante natum Abraham 73.* 2091

1908 *Ninus in Assyria regnat an. 52.* 2063
Est annus mundi secundi 251. à divisione terræ, & condita turri Babylonica 150.
Hinc ad Sardanapali interitũ numerat Eusebius 1240. Nos ad natum Augustum Cæsarem 2000. plenos, ad mortem Iulij 2020. Tiberij 2100.
IVSTINVS & OROSIVS incipiunt. Orosius sacras historias ex Mose recitat: sed profanorum eventuum narrationes hinc orditur.

1949 ABRAHAM Patriarcha nascitur: ætatis Tharæ 70. vixit annos 175. Hinc ad natalem Davidis 911. ad Baptismum Christi 2051: ad Augusti Cæs. Tribunitiam potestatem (id fuit summi fastigij regięque dignitatis vocabulum) 2000: ad mortem Vespasiani senioris & imperium Titi 2100: pleni. 2022

TERTIA MUNDI ÆTAS, &c.

1950 EUSEBII Chronologia incipit ab hoc anno: qui est Iubilæus à mundo cond. 39. secundum Ebræorum supputationem, quam ipse annotat. 2021

1959 SARA conjunx Abrahæ nascitur, Genes. 17. vixit an. 127. 2012

1997 PELEG Morit. ætatis 239. Obijt primus inter patres à diluvio natos. 1974

1998 NAHOR Mor. ætatis 148. Hinc ad regnum Davidis in Ierus. 900. 1973

2000 IUBILÆUS MUNDI 40. *medium tempus inter creationem & baptismum Christi.* 1971

2006 NOHA Mor. ætatis 950. à diluvio (irruente) 350 Genes. 9. 1965
Cum Noha vixerunt ante diluvium: Enos 84. Cainan 179. Malaleel 234. Jared 366. Mathusalem 600. Lamech 595. Sem 97. Post diluvium: Sem 350. Arphaxat, 47. Salah 312. Eber 282. Peleg 248

248. Regu 218. Serug 186. Nahor 156. Thara
127. Abraham 57.
2020 Circa hæc tempora credimus Abraham à DEO vocatum ex Vr Chaldæorum, migrasse in Haran: ibique mansisse quadriennio. 1951
2024 ABRAHÆ promittitur Christus. 1947
Vocatio & migratio Abrahę ex Haran, primusque ejus ingressus in terram promissam ętatis 75. Genes. 12.

INITIUM RERUM IUDAICARUM.

Hinc ad exitum ex Ægypto 430. Exod. 12. Galat. 3. Ad Iulij Cęsaris monarchiam 1900.
2027 RIGU Mor. ętatis 239. Genes. 11. Funus 4. à diluvio. 1944
2034 AGAR fit conjunx Abrahę, ætatis Abrahę 85. Genes. 16. 1937
2035 ISMAEL Nasc. ætatis Abrahę 86. Gen. 16. Hinc ad regnum Herodis in Hierusalem 1900. 1936
2048 CIRCUMCISIO instituta, Gen. 17. Sodomorum conflagratio, Gen. 19. à diluvio annus 592. à morte Nohę 42. Hinc ad baptismum institutum (qui circumcisioni successit) 1952. ad Christi circumcisionem 1922. 1923
2049 ISAAC Nasc. ætatis Abrahæ 100. Gen. 17. Hinc ad imperium T. Vespasiani 2000. pleni. 1922
2050 IVBILÆVS MVNDI. 41. 1921
SERUG Mor. ętatis 230. Genes. 11.
2062 ✳ ABRAHAM circa hoc tempus jussus est mactare filium Isaac, Genes. 22. 1909
2084 THARA Mor. ætatis 205. Peregrinationis Abrahę anno 60. completo. 1887
2086 SARA Mor. ætatis 127. Genes. 23. anno Abrahæ 137. 1858
2089 Nuptiæ Isaaci & Rebeccę ætatis Isaaci 40. Gen. 25. 1882

2097 ARPHAXAT Mor. ætatis 438. Gen. 11. à diluvio an. 440. 1874

2109 NATALIS IACOB. 1862

ESAU & IACOB è Rebecca Nasc. æta. Isaaci 60. Genes. 25.

Hinc ad natalem Augusti Cæs. 1800. Davidis 751.

2113 REGNUM ARGIVORUM, ab Inacho. Eus. Hinc ad Cecropem & regnum Atheniensium 300. Eus. 1858

2124 ABRAHAM Mor. ætatis 175. Gen. 25. Sepelitur in Hebron. 1874

Cum Abrahamo vixerunt: Noha an. 57. Sem, Salah & Eber 175. Peleg 48. Nahor 49. Thara 135. Arphaxat 148. Regu 78. Serug 101. Isaac 75. Iacob. 15. Hic est annus 100. ex quo Abrahæ promissus est Christus.

2127 SALAH Mor. ætat. 433. Isaac habitat in Gerar, promittitur ei Christus. 1844

2149 Nuptiæ Esau, Genes. 26. ducit autem duas uxores Iedith & Basmath. 1322

2159 SEM Mor. ætatis 600. Genes. 11. A morte Abrahæ 35. 1812

Sem natus est anno ætatis Nohæ 503. & mortuus an. à diluvio 503.

Cum Sem vixerunt: Mathusalem an. 97. Lamech 92. Noha 447. Arphaxat 438. Salah 433. Eber 435. Peleg & Regu 239. Serug 230. Nahor 148. Thara 205. Abraham 175. Isaac 110. Iacob 50.

Hinc ad natum David 700. pleni.

2172 ISMAEL Mor. ætatis 137. Gen. 25. 1799

2176 *OGYGES regnat ante Cyrum 1237. Ante primam Olympiada 1020. Eusеb. ex Africano libr. 10. cap. 3.* 1795

2186 Scala Iacob, Gen. 28. ętatis Iacob 77. 1785

2188 EBER Mor. ætatis 464. Gen. 11. à divisa terra 430. 1783

Nuptiæ

2193 Nuptiæ Iacob, Geneſ. 29. ętatis Iacob 84. uxores Lea & Rachel filię Laban. 1778

2200 IVBILÆVS MVNDI 44. 1771

Ioseph Naſc. Geneſ. 30. ætatis Iacob 91. vixit 110.

Hinc ad baptiſmum Chriſti 1800.

2206 Lucta Iacob, Gen. 32. ætatis Iacob 97. & nata appellatio Iſrael. 1765

2215 ✱ Dinæ ſtuprum circa hæc tempora, Gen. 34 & internecio civium Sichemorum ob ſtuprum. 1756

2217 Ioſeph venditus ętatis 17. (Iacobi 108.) Gen. 37. 1754

2227 Caſtitas Ioſephi abſtinentis ab hera, Carcer Ioſeph, Geneſ. 39. 1744

2228 Ioſeph exponit ſomnium pincernæ & piſtoris, Geneſ. 40. 1743

2229 Isaac Mo it. ætatis 180. Gen. 35. & ſepelitur in Hebron. 1742

Cum Iſaac vixit Serug anno uno, Thara 35. Abraham 75. Sara 37. Iſmael 123. Iacob 120. Arphaxat 48. Salah 78. Sem 110. Eber 139. Ioſeph 29.

2230 Exaltatio Ioſeph ętatis 30. Gen. 41. Hic primum evehitur Abrahæ poſteritas. Hinc ad regnum Salomonis 700. Auguſti 1700. 1741

2231 Primus annus fertilitatis ſeptennis in Ægypto, Geneſ. 41. 1740

2239 Migratio Iacob in Ægyptum ętatis 130. Gen. 47. ætatis. Ioſeph 39. Medium inter vocationem Abrahę & inter exitum ex Ægypto: utrinque 215. 1732

2256 Iacob Mor. ętatis 147. Gen. 47. Eſt à diluvio 600. à lucta Iacobi cum angelo, & nata appellatione Iſrael 50. à viſa ſcala cœleſti 70. ætat. Ioſeph 56. à nato Eber 532. Hinc ad Troię excidium 532. ad ſceptrum ablatum à Iuda per Herodem 1680. incluſ. 1715

[illegible] IOSEPH Mor. ętatis 110. regni ſui in Ægyp[illegible] Gen. 50. Anni gloriæ ſexies ſuperarunt [illegible] miſerię Ioſephi; quia 13. fuerunt anni miſe[illegible] 80. gloriæ. 1661

Geneſis deſinit à morte Iacob 54. ab ejus deſcenſ. in Ægyptum 71. à vendito Ioſeph 93. à diluvio 654. Hinc ad natum Moſen 63. mortem Samſonis 500. Romam conditam 910. natalem Auguſti Cæſ. 1600. incluſ.

2311 EXODVS Liber Moſis ſecundus incipit, complectens annos 144. 1660

2333 LEVI filius Iacob Mor. ætatis 137. Exodi 6. 1638

2370 AARON Naſc. hoc anno propè completo, Exodi 7. vixit annos 123. Num. 33. 1601

NATALIS MOSIS.

2373 MOSES Naſc. hoc anno propè completo, Exodi 2. 7. Ex Amram & Iochebet, vixit annos 120. Deut. 34. 1598

A vocatione Abrahæ 350. à quo Moſes eſt ſeptimus.

2374 MOSES exacto ætatis menſe tertio ex aquis extrahitur, Exodi 2. 1597

2400 ✳ Hiſtoria Hiob an huc referenda ſit, incertum eſt. 1571

2401 IOSUA Naſc. à nato Ioſeph. 200. compl. vixit annos 110. 1570

2412 *REGNVM Athenienſium incipit.* 1559

Primus regnat Cecrops anno 50. Euſ. Hinc ad Cyrum 1000.

2414 MOSES exacto ętatis 40. occidit Ægyptium, & fugiens habitat annos 40. in Midian. Exodi 2. Actorum 7. 1557

2415 CALEB naſcitur, Ioſ. 14. ſuperſtes cum Ioſua venit in terram promiſſam. 1556

2440 *Diluvium Deucalionis, Euſ. à diluvio Nohæ 784. cujus numeri medium obtinet conflagratio Sodomorum.* 1531

IVBI-

2450 IVBILÆVS 49. *& à creatione annus quinquies 490. à nato Abraham 501.* 1521

2453 VOCATIO Mosis: Rubus ardens non consumitur, Exodi 3. ætatis Mosis 80. Exodi 7. 1518

Decem plagæ Ægypti, Exod. 7. 8. 9.

Veteres versiculi memoriæ causa facti.

Prima rubens unda: ranarum plaga secunda:
Inde culex tristis: post musca nocentior: stis:
Quinta pecus stravit: vesicas sexta creavit:
Post sequitur grando: post bruchus dente nefando:
Nona tegit Solem: primam necat ultima prolem.

2454 EXITUS JSRAELIS ex Ægypto die 15. mensis 1. Exodi 14. 1517

Moses Dux populi Israel in deserto annis 40.

Decalogi promulgatio, Exodi 19.

Hinc ad templum Salomonis 480. 3. Regum 6.

2455 Tabernaculum arcæ fœderis in deserto erectum & dedicatum est, anno 2. exitus ex Ægypto, die primo mensis primi. Nubes gloriæ Domini operuit ac replevit tabernaculum, ut esset præsentiæ divinæ testimonium, Exodi 40. 1516

Exodus definit die 1. mensis primi, an. 2. exitus.

LEVITICVS die 1. mensis 1 } incipiunt.
NVMERI die primo mensis 2 }

Exploratores reversi è terra Canaan botrum miræ magnitudinis reportant, in ligno pendentem, Numeri 13.

2488 *REGNVM TROIANVM cepit. Dardania à Dardano condita: etsi prius etiam in illis locis sit regnatum. Hinc ad Troiæ excidium 300. Estque hic annus à regno Nimrodi 700.* 1483

2493 DEVTERONOMIVM incipit die primo mensis undecimi, anno 40. exitus ex Ægypto. 1478

Serpens æneus erigitur, Num. 21. Hinc ad Christum erectum in cruce 1511.

Balaam maledicturus Israeli, benedicit ei, Num. 22. 23.

AARON Mor. die 1. Mensis 5. ætatis 123. Numer 20. 33.

Die 1. mensis 11. Moses prælegit Israelitis Deuteronomium, Deut. 1.

MOSES Mor. ætatis 120. Sepelivitque eum Deus, &c. Deut. 34.

DEVTERONOMIVM & NVMERI } desinunt.

2494 LIBER IOSVÆ incipit. 1477

Israelitę transeunt Iordanem exiccatũ, die 10. mensis 1. Iosua introducit Israelitas in terram promissam, Ios. 3. 4.

Manna cessavit die 15. mensis 1. Ios. 5.

Muri urbis Hiericho corruunt ad sacrorum cornuum clangorem, populique Dei clamorem, Ios. 6.

2500 IVBILÆVS *à mundo condito 50.* 1471

Partitio terræ, Iosuę 14.

Initium Iubilęorum Mosis sive Legis, Levit. 25.

Hinc ad Baptismum Christi 1500, id est, 30. Iubilęi.

2503 Præputia fructuum abijcienda triennio, Levit. 19. 1468

2504 Fructus terræ promissę sanctificati Domino, Levit. 19. Hinc ad resurrectionem Christi 1500. 1467

2505 Fructus terræ communes omnibus, Levit. 19. 1466

2507 Primus annus Sabbatarius, quo scilicet quiescebant agri Israelitarum, Levit. 25. 1464

Seculum Cadmi, qui literas ex Phœnicia in Græciam importavit. Euseb.

Lucanus:

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

2511 IOSUA Mor. ętat. 110. Iosuę 24. A morte Ioseph 200. compl. Definit liber Iosuæ. 1460

LIBER IVDICVM incipit.

2512 OTHONIEL II. Iudex Israelit. annos 40. Iud. 3. Hinc ad Cyrum 900. 1459

2550 Primus IVBILÆVS MOSIS *completus, Levit. 25.* 1421

EHUD

2552	EHUD III. Iudex annos 80. Iud. 3.	1419
2600	✳ Historia de Micha & Levitę conjuge, an huc pertineat, incertum est, Iud. 19. 20. 21.	1371
	IVBILÆVS MOSIS II.	
2632	DEBORA & BARAK IIII. præsunt annos 40. Jud. 4. 5.	1339
2672	GEDEON V. Iudex an. 40. Iud. 6.	1299
2712	ABIMELECH VI. Iudex an. 3. Iud. 9.	1259
2715	THOLA VII. Iudex an. 23. Iud. 10.	1256
2720	*Evander in Italiam venit, Dionys. Hinc ad Romam conditam 500.*	1251
2730	Circa hoc tempus Ruth venit in Bethlehem, ex qua Boas genuit Obed, avum Davidis.	1241
2735	*Seculum Herculis & Thesei.* *Hercules Cacum interficit, Dionys.* *Hinc ad Cyri Monarchiam 700.*	1236
2738	IAIR VIII. Iudex an. 22. Iud. 10.	1233
2740	*Argonautarum expeditio in Colchiam, circa hoc tempus.*	1231
2748	*Priamus Rex Troiæ an. 40. Archilochus.* A Sodomis incensis 700 à regno Nini 840. Hinc ad mortem Sardanapali 400. ad mortem Alexandri M. 900.	1223
2756	*Latinus regnat annis 35. à quo dicti LATINI Dionys. Hinc ad Romuli mortem 500. ad U. C. 464. Romuli natalem 444. Est à diluvio 1100.*	1215
2760	IEPHTE IX. Iudex ann. 6. Iud. 12. Hinc ad natalem Davidis 100.	1211
2766	ABESSAN X. Iudex an. 7. Iud. 12.	1205
2771	*Agamemnon Mycenis regnat, annis 18. Clem.*	1200
2773	ELON XI. Iudex an. 10. Iud. 12.	1198
2779	*BELLI TROIANI annus primus.*	1192
2783	ABDON XII. Iudex an. 8. Iud. 12.	1188
2788	*Troiæ excidium, ante Romam conditam 432. Dionys. à condita turri Babylon. 1030. excidio Sodomorum 740. Hinc ad Olympiadas 408. natalem Augusti*	1183

cæpit: à nato Abraham 901. Ioseph 650. ab exitu ex Ægypto 397. à partitione terræ 350. 1120

2851 Samuel cum Saule an. 40. Actor. 13.

Arca fœderis mense septimo pòst, quàm capta fuerat, rediit ad Israelitas, 1. Sam. 6. 1111

2860 DAVID natus à morte Iosuę 350. Iosephi 550. ab exitu ex Ægypto 406.

2892 *Æneas Silvius IV. Latinorum rex an. 31. Dionys. ante V. C. 358.* 1109

2868 *Reditus Heraclidarum sive posterorum Herculis in Peloponnesum: Ab excidio Troiæ 80. Thucyd. Hinc ad primam Olympiadem 328. Diod. & Eratost.* 1103

2870 Philistini orante Samuele fulminib. prosternuntur, 1. Sam. 7. 1101

2881 ✠ Circa hæc tempora Israelitę petierunt regē spreto Rege Deo: Samuel exponit Israelitis Ius Regis, 1. Sam. 8. 1090

REGNUM SAULIS.

SAUL quærens asinas patris sui invenit regnū, Vngitur à Samuele in Regē, & incipit prophetare cū aliis, 1. Sam. 9. 10. sistitur populo in Mizpat ut Rex Israelis, 1. Sam. 10.

2882 NAHAS Ammonitarum Rex civibus Iabes Gilead salutem promittit oculi dextri jactura. Saul cæsis Ammonitis inclarescit & denuò confirmatur in regno, 1. Sam. 11. 1089

Valedictio Samuelis, 1. Sam. 12. Est hic annus ætatis Sam. circiter 68. hinc ad ejus obitum 7.

2883 ✠ Rejectio Saulis, 1. Sam. 13. 14. 15. 1088

✠ Vnctio prima Davidis domi paternæ in Bethlehem, 1. Sam. 16.

2884 ✠ Monomachia Davidis & Goliath, 1. Sam. 17. Hinc ad mortem Christi vincentis Diabolum 1120 1087

2885 MEPHIBOSETH filius Ionathæ & nepos Saulis Nasc. 2. Sam. 4. 1086

2889 ✠ SAMUEL Mor. ętatis 75. circiter, 1. Sam. 25. 28. 1082

SAUL

2915 ABSOLON occidit fratrem suum Ammon, in convivio, 2. Sam. 13. 1056

2918 THECUITIS intercedit pro Absolone, subornata à Ioabo, 2. Sam. 14. 1053

2920 Absolon reconciliatur Davidi, intercessore Ioab, 2. Sam. 14. 1051

2923 ✱ Exilium Davidis, ætat. 63. 2. Sam. 15.

Absolon perit, tristissimo mortis genere & inusitato, 2. Sam. 19.

Hinc ad bellum civile Iulij Cæs. & Pomp. 1000. 1041

2930 I. Liber Paralip. } desinunt.
II. Samuelis }

III. REGUM incipit, aliàs primus Regum.

CORONATIO SALOMONIS, 3. Reg. 1.

Rex DAVID Mor. ætat. 70. 3. Reg. 2. à morte Adæ 2000. à natali Abrahæ 980. (bis 490) completis. Hinc ad Augusti imperium 1000. ad Baptismum Christi 1070. ad excidium Ierusalem M. C. XI.

2931 II. Liber Paralipom. incipit. 1040

REGNUM SALOMONIS.

SALOMON vivo patre inauguratus & unctus à Sadock Sacerdote & Nathan Propheta: regnavit an. 40. 3. Reg. 11.

2933 SEMEI occisus, 3. Reg. 2. quòd contra mandatum regis esset urbe egressus. 1038

2934 TEMPLUM SALOMONIS conditum, ab exitu ex Ægypto 480. 3. Reg. 6. Fundamenta jacta sunt die 2. mens. 2. an. 4. Salom. 2. Paralipom. 3. 1037

Annus à vocatione Abrahæ 910. partitione terræ 434. Hinc ad conditum templum secũdum 518. ad Christum bis 518. ad mortem Christi 1070.

2941 DEDICATIO templi Salom. 1030

Templum

Templum Dei Hierosolymis magna celebritate & gaudio dedicatur anno 11 regni Salom. à jactis fundamentis septimo compl. mense 7. Ethanim. Sequenti mense Bul. confectum est cum omnib. utensilibus, 3. Reg. 6. 2. Paralip. 5.

Arca fœderis transfertur in templum: nubes gloriæ Domini replet templum, ut vix possint à Sacerdotibus sacrificiorum ceremoniæ seu ritus administrari ac perfici. Salomon ardentissimis votis Deo gratias agit, ejusq; misericordiam supplex implorat, 3. Reg. 8 2. Par. 6. Distat hæc dedicatio ab erecto & dedicato tabernaculo in deserto, annis 487.

REGIA SALOMONIS.

Regia domus Salomonis extrui cœpta. Perfecta est spacio annorum 13. 3. Reg. 7. Hinc ad Romam conditam 280: Alexandri M. Monarchiā 700. Augusti 1000. ad excidium Ierusalem 100. Estq; hic an. ætat. Sal. 30. circiter: à regno Davidis 50. compl. morte Iosephi 630. Iosuæ 430.

2944 *Alba Silvius V I. rex Latinorum an. 39. Dionys. Euseb. ante V. C. 276.* 1027

2953 Regia Salomonis absoluta est anno 20. à condito templo, 3. Reg. 9. 1018

Ab exitu ex Ægyp. 500. Hinc ad priorem desolationem templi & urbis Ierusalem sub Nebucadnezare 412. ad posteriorem sub Vespasiano 1088. ad Christi ascensionem in cœlum 1050.

2954 Deus secundò apparuit Salomoni cum absolvisset utramq; domum, Domini & suam: magnificisque promissis cohortatus est eum ad sectandā patris pietatem, 3. Reg. 9. 101[illegible]

Post hæc tempora Regina Austri adijt Salomonem, ejus sapientiam auditura, 3. Reg. 10.

[illegible] Salomon amoribus victus colit Idola. 100[illegible]

[illegible] Salomon moritur. 3 Reg. 11. Hinc ad conceptū 100[illegible]

Christum

Christum 1000. (de quo in Isagoge) ad V. C. 250. natum Romulum 231. ad Regnum Alexandri Magni 666. ad imperium Vespasiani & excidium Hierosolymorum 1070.

2971 Distractio regni Salomonis.

Decem tribus Israel Regem sibi constituunt Ieroboamum: idq; dicitur regnum Israel: quod duravit an. 262. 1000

Duæ reliquæ tribus, Iuda & Benjamin, Regem creant Roboamum: idque nominatur regnum Iuda: quod duravit an. 395.

Roboam I. rex Iuda, filius Salomonis, ann. 17. 3. Reg. 14. Hic patri in regno, non in sapientia, successit: quia spreto seniorum consilio, de sententia juvenum, aggravat onera publica, 3. Regum 12.

Ieroboam I. rex Israel, an. 22. 3. Reg. 14. Hic in novo regno excogitata nova religione, & cultibus idolatricis, instituit festum, quod celebratur die 15. mens. 8. Altare scinditur ad Prophetæ comminationem: Regis manus exarescit: sed precante Propheta restituitur. 3. Reg. 12, 13.

2973 Israelitæ triennio ambulant in via Davidis: neglectis Ieroboami idolis, 2. Par. 11. 998

2974 Israelitarum APOSTASIA à Deo. 2. Par. 11. Hinc ad obsidionem Ierusalem 390. Ezech. 4. 997

2975 Prima direptio templi Salom. 3. Reg. 14. à condito templo 42. dedicato 34. 996

2983 *Capetus rex Latinorum VII. post Æneam regnavit an. 26. Dionys. & Euseb. ante V. C. 237.* 988

2987 Roboam rex Iuda Mor. 3. Reg. 14. 984

2988 Abia II. rex Iuda an. 3. 3. Reg. 15. 983

2991 Assa III. rex Iuda an. 41. 3. Reg. 15. 980

2992 Ieroboam rex Israel Mor. percussus à Deo, 2. Paral. 13. 979

Nadab rex Israel annos 2. (incoatis) 3. Reg. 15

2993 Nadab II. rex Israel filius Ieroboam occisus. 978

Tota posteritas impij regis Ieroboami à Baasa extirpatur 3. Reg. 15.
BAASA III. rex Israel an. 24. 3. Reg. 15.

3000 IVBILÆUS MOSIS 10. *Mundi conditi 60.* 971

Concurrunt hic, 60. Iubilæus & 60. annus à dedicato templo Salom. item 10. Iubilæus Mosis, & 10. annus regni Assa.

ELIAS Propheta circa hæc tempora natus.

Homerus Poetarum parens, floruit.

3004 Numerosissimus Æthiopum exercitus funditur, nõ tam armis, quam piis precibus Regis Assa (circa hujus anni finem: aut sequentis principium) 2. Paral. 14. ante mortem Christi 1000. 967

3005 Idola ejecta è terra Iuda anno 15. Assa: mense 3. 2. Paral. 15. 966

3009 *Capys rex VIII. Latinor. an. 28. Dionys. ante V.C. 211. Hinc ad natalem Augusti Cæs. 900.* 962

3016 BAASA moritur anno 26. regis Assa. 955

ELLA IIII. rex Israel an. 2. 3. Reg. 16.

Hactenus nobiscum cõcordat Gerardus Mercator in historia sacra & annorum mũdi supputatione usque ad annum 26. Regis Assa, quo in Israel regnare cepit Ella.

3017 ELLA occisus, 3. Reg. 16. & deleta domus Baasę. 954

ZIMRI V. rex Israel diebus 7. 3. Reg. 16.

AMRI VI. rex Israel an. 12. 3. Reg. 16. sex in Thirza, sex in Samaria.

3021 SAMARIA Metropolis reg. Israelitici condita, 3. Reg. 16. Hinc ad Romam conditam 200. 950

3028 AMRI rex Israel Mor. & primus sepelitur in urbe Samaria à se condita. Hinc ad mortem Iulij Cæsaris 900. 943

ACHAB VII. rex Israel an. 22. 3. Reg. 16. superavit impietate omnes ante se Reges.

3029 ASSA ægrotat ex pedũ doloribus, nec quærit Dominum, sed Medicos, 2. Paral. 16. 942

ASSA

3031 Assa rex Iuda Mor. vidit 7. Reges Israeliticos suo tempore. 940

Iosaphat IIII. rex Iuda an. 25. 3. Reg. 22.

3033 Visitatio Ecclesiarum sub Iosaphat, 2. Paral. 17. 938

3037 ELIÆ PROPHETÆ Ministerium. 934

Capetus Silvius rex IX. Latinorum an. 13. Dionys. ante V. C. 183.

3038 ✕ Fames triennij & 6. mensium, 3. Reg. 17. Lucæ 4. Iacob. 5. Distat hæc fames ab ea, quæ fuit tempore Ioseph in Ægypto, annis 800. 933

3041 ELIAS mactat Baalitas, 3. Reg. 18. 930

Hinc ad excidium Hierosolymorũ, vbi gladio Vespasiani mactati sunt Iudæi hostes Christi, 1000.

3042 Elias jejunat diebus 40. 3. Reg. 19. 929

3043 Benhadad rex Syriæ victus ab Achab. 3. Regum 20. 928

3044 Syri iterum victi ab Israelitis. 3. Reg. 22. 927

Triennij induciæ inter Syros & Israelitas.

3045 ✕ Vinea Naboth occupata ab Achab. 926

Naboth interfectus. 3. Reg. 21.

3047 Bellum Achab cum Syris post triennij pacem. Impius Achab sagitta ictus perit: canes sanguinem ejus ex curru defluentem lambunt. 3. Reg. 22. 924

IV. REGVM incipit.

Ochozias, al. Ahasias VIII. rex Israel ann. 2. 4. Reg. 1.

3048 Elias igne cœlesti perdit legatos Ochoziæ, an. 1000. post deletos igne cœlesti Sodomitas. Ochozias Mor. 4. Reg. 1. 923

Ioram IX. rex Israel ann. 12. 4. Reg. 3. frater Ahasiæ.

3050 IVBILÆVS MOSIS 11. *Mundi 61.* 921

✕ Elias putatur translatus in cœlum, al 3056.

ELISÆI seculum.

Tiberius Silvius rex X. Latinorum ann. 8. ante V. C. 170.

3052 Ioram V. rex Iuda an. 8. 4. Reg. 8. filius Iosaphat. 919

3055 Iosaphat rex Iuda Mor. ætat. anno 60. 916

3056 Ioram fratres suos occîdit: ideo Elias (sive Thesbites sive alius) Propheta per epistolam eum objurgat, 2. Paral. 21. Quidam ad hæc tempora referunt Elię translationem. Ea ratione huc pertinerent plæræq; historiæ Elisęi Prophetæ, de quibus 4. Reg. 2. 3. 4. 5. Est à diluvio 1400. 915

3058 Ochozias VI. rex Iuda an. 1. 4. Reg. 8. 913

Ioas filius Ochoziæ Regis Iuda nascitur: & erat septem annorum cum regnare inciperet, 4. Reg. 11. 12.

Agrippa Silvius rex XI. Latinorum an. 41. Dionys. ante V. C. 162.

3059 Ioram rex Iuda ætatis 40. sævissimis intestinorum tormentis moritur juxta Eliæ vaticinium. 2. Paral. 21. 912

Ochozias rex Iuda ętatis 23. occiditur, 4. Regum 8.

Ioram rex Israel sagitta percussus periit, 4. Reg. 9.

Iesabel regina & uxor Achab de fenestra præcipitatur & laceratur à canibus, 4. Reg. 9.

Athalia tyrannicè regnat in Iuda annis 7. incoatis, 4. Reg. 11. 10. reg. VII.

Iehu X. rex Israel ann. 28. 4. Reg. 10.

Domus Achab deletur à Iehu. 4 Reg. 10.

3060 *Homerus Poetarum Princeps, mortuus anno ab excidio Troiæ 272. ante V. C. 160. Solinus (à nato Davide 200) alij aliter.* 911

3065 Athalia interfecta tyrannidis anno 7. 906

Ioas VIII. rex Iuda an. 40. 4. Reg. 11. 12.

3086 Iehu rex Israel Mor. 4. Reg. 13. 885

3087 Ioachas XI. rex Israel an. 17. 4. Regum 13. filius Iehu. 884

Ioas templum instaurat, 4. Reg. 12. anno regni 23. ętat. 30.

Lycurgi seculum, qui tulit leges Lacedamoniis.

3093 ✱ Ioiada summus Sacerdos ætat. 130. Mor. 2. Paral. 24. 878

Alladius

3099	*Alladius XII. rex Latinorum ann. 19. qui & Aremulus. Dionys. fulmine extinctus.*	872
3100	IVBILÆVS *Mos. 12. Mundi 62.*	871
3101	Ioas designatur rex Israel, vivo adhuc patre, cũ quo regnavit 3. solus 16. 4. Reg. 13.	870
3103	Martyrium Zachariæ filij Iojadę. &c. 2. Par. 24.	868
	IOACHAS rex Israel Mor.	
3104	Ioas rex Iuda interfectus, 4. Reg. 12.	867
	IOAS XII. rex Israel an. 16. 4. Reg. 13. filius Ioachaz.	
	ELISÆUS Propheta Mor. 4. Reg. 13.	
	Mortuus homo reviviscit contactu ossium Elisęi, 4. Reg. 13. Hinc ad Christi mortem 900.	
3105	AMASIAS IX. rex Iuda an. 29. 4. Reg. 14. filius Ioas.	866
3118	*Aventinus ante V.C. 102. XIII. Latinorũ Rex an. 37.*	853
3119	IEROBOAM XIII. rex Israel an. 41. 4. Reg. 14.	852
	IONAS Propheta floret. 4. Reg. 14.	
	VZIAS rex Iuda nascitur, qui erat 16. annorum cum regnare inciperet anno 27. Ieroboami Regis Israelitici 4. Reg. 15.	
3133	Amasias rex Iuda occisus, ætat. 54. 4. Reg. 14.	838
3134	Interregnum annorum 11. sub Vzia.	837
3145	VZIAS X. rex Iuda an. 52. 4. Reg. 15.	826
3148	*SARDANAPALVS ultimus rex Assyriorum perit succensa à se regia. Vixit & periit ut Sodomite. Estq. hic annus à conflagratione Sodomorũ 1100. à capta & excisa Troia 360. Hinc ad Alexandri Magni mortem 500. ad regnum Nabugdonosoris 200. Monarchiam Iulij 777.*	823
	Regnum Assyriorum trãsfertur ad Medos, cum durasset an. 1360. Diodor.	
3150	IVBILÆVS Mosis 13. *Mundi 63. Oseas & Amos prophetant.*	821
3155	*Procas XIV. rex Latinorum ann. 23. Dionys. ante V. C. 65.*	816
3159	Ieroboam rex Israel Mor. 4. Reg. 14.	812

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGNUM Macedonum incipit, in quo primus regnavit Caranus. Pausan. Plutarch. Eus. Hinc (inclusivè) ad mortem Alexandri Magni 490. ad regni Macedonici finem 646.

3178 *Amulius XV. rex Latinorum an. 42. Dionys. ante V. C. 42. expulso Numitore fratre.* 793

3182 ZACHARIAS XIIII. rex Israel mens. 6. 4. Regum 15. 789

3183 SELLUM XV. rex Israel mense 1. 4. Reg. 15. 788

Zacharias à Sellum occisus.

MANAHEM XVI. rex Israel an. 10. 4. Reg. 15.

3190 ESAIAS Propheta claret. 781

3193 MANAHEM rex Israel Mor. 4. Reg. 15. 778

3194 PEKAIA XVII. rex Israel an. 2. 4. Reg. 15. 777

3195 *Hesiodi seculum. Solinus scribit eum in auspiciis primæ Olympiadis obiisse, alij aliter.*

3196 VZIAS rex Iuda Mor. Pekaia rex Israel occisus.

PEKA XVIII. rex Israel an. 20. 4. Reg. 15.

Esaias videt Dominum in gloria, Esa. 6.

OLYMPIADES incipiunt, vide Isagogen.

Olympias prima celebratur in æstate.

3197 IOATHAM XI. rex Iuda ann. 16. 4. Re. 15. filius Vziæ.

3200 IVBILÆVS MVNDI 64. *Mosis 14. Olymp. 2.*

MICHEAS & IOEL Prophetæ clarent. Aliqui etiam Abdiam Prophetam in hæc tempora reijciunt.

RES ROMANÆ INCIPIUNT.

Romulus & Remus concepti anno 1. Olymp. 2. Plut. in Romulo, alij ad seq. an.

3201 *Romulus & Remus nati, die 21. Ægyptij mensis Thoth. Plut.*

Dionysius, Livius, Florus, Velleius, Eutropius, Orosius. Plinius Secundus de viris illustribus, Zonaras

alij Romanæ historiæ scriptores incipiunt.

3202 Ezechias rex Iuda nascitur. 769

3212 Iotham rex Iuda Mor. 759

Achas XII. rex Iuda an. 16. 4. Reg. 16.

3213 ✠ Vaticinium Esaię 7. de Immanuele. 758

3216 Peka rex Israel occisus ab Osea, qui postea regnavit in Israel. 755

3219 *Hinc numerat VARRO annos Romæ conditæ. Eius supputationem sequuntur Cicero, Plinius, Cornelius Tacitus, Dio, Censorinus & alij. Dionysius autem, Solinus, & tabulæ Capitolinæ, numerant annos Romæ conditæ à sequenti: quam supputationem nos sequimur.* 752

3220 *Olymp. 7. ROMA condita die 21. April. Romulus regnat an. 37. Primus annus V. C.* 751

3223 *V. C. 4. Romani puellas Sabinas rapiunt, 18. Augusti. Plutarch. Dionys.* 748

3224 Oseas ult. rex Israel an. 9. 4. Reg. 17. 747

Hinc ad Monarchiam Iulij Cęsaris 700.

NABONASSARIS AERA.

Anni Nabonassaris sive Salmanassaris, quos Ptolemęus numerat, circa hujus anni finem initium sumunt.

3227 Ezechias XIII. rex Iuda an. 29. 4. Reg. 18. 744

3228 Celeberrimum Pascha sub Ezechia, 2. Paral. 29. 743

Tempus medium inter primum Pascha Mosis & Christi, utrinque distans annis 775.

Serpens ęneus confringitur, 4. Reg. 10.

3229 *Bellum Messenium, an. 20. Pausan.* 742

3230 Samaria obsidetur à Salmanassare, anno 4. Ezechiæ & 7. Oseæ, 4. Regum 17. conditę Samariæ anno 210. 741

3232 *Olymp. 10. V. C. 13.* 739

Finis regni Israel, quod duravit à morte Salomonis annis 262.

Cypſelus

Cypselus Corinthi exercet tyrannidem, Euseb. Hinc ad Cyri regnum 100. ad primum consulatum Iulij 600.

3325 IEREMIAS prophetare ac docere cœpit, 13. Iosię. Prophetavit an. 41. 646

Hinc initium sumunt 40. anni peccatorum domus Iuda, de quibus Ezech. cap. 4.

3330 Liber Legis reperitur in templo. Ara in Bethel confringitur: cultus Dei restituitur, destructis idolis, 4. Reg. 22. 641

3331 Celebre Pascha sub Iosia, 2. Reg. 23. 2. Par. 35. al. ad præced. 640

✶ SOPHONIAS prophetat.

3332 *Olymp. 35. V. C. 113.* 639

Thales Milesius Philosophus Nasc. Laert.

Tullus Hostilius Rom. rex fulmine ictus, Dionys.

3333 *V. C. 114. Ancus Martius Rom. rex 4. an. 24.* 638

3340 ✶ ABDIAS Propheta his temporib. vixisse putatur. Alij eum in superiorem Mundi centenarium 3240. conferunt, & forte rectius. 631

3343 Iosias rex Iuda perit in prælio, 4. Reg. 23. Ier. 46. & Herodot. Mors Cyri & Iosiæ distant annis 100. 628

3344 IOACHAS XVI. rex Iuda mens. 3. 4. Reg. 23. 627

IOIAKIM XVII. rex Iuda an. 11. 4. Reg. 23.

3347 NEBUCADNEZAR seu Nabugdonosor rex Assyr. an. 44. 624

3348 Liber Ieremiæ comburitur à Rege Iojakim. Ieremiæ 36. 623

✶ *Draconis leges scripta circa hoc tempus.*

3350 IUBILÆUS Mosis 17. *Mundi 67.* 621

3351 Nebucadnezar Iudęam deditione capit. 620

3354 Ioiakim rex Iuda renuens regi Babylonico pendere tributa, abducitur vinctus duabus catenis in Babylonem, ubi sepelitur sepultura asini, id quod Ieremias prędixerat. Hic est qui Ieremię librum in ignem conjecerat, 2. Paral. 36. Ierem. 22. 617

IECHONIAS XVIII. rex Iuda mens. 3. d. 10. 4. Reg. 24.

TRANSMIGRATIO IECHONIÆ in Babylonem: ab exitu ex Ægypto 901.

DANIELIS Liber incipit.

Daniel abductus cum Iojakim Babylonem.

ZEDECHIAS ult. rex Iuda an. 11. 4. Reg. 24. Cœpit ante anni finem.

3355 ✱ Daniel & ejus socij triēnio discunt literas & linguam Chaldaicam, Dan. 1. 616

3356 *Ancus Martius Rom. rex, Mor. à morte Romuli 100.* 615

3357 *V. C. 138. Tarquinius Priscus V. Rom. rex an. 38.* 614

3358 HANANIAS Pseudopropheta Mor. mens. 7. quod ei Ieremias mense 5. prædixerat, Ier. 28. 613

Daniel & ejus socij sistuntur regi Nabugdonosor, Dan. 1.

3359 EZECHIEL prophetare cœpit, anno 5. transmigrationis Iechoniæ, die 5. mens. 4. anno 30. (ætat.) Ezech. 1. 612

3360 De hoc anno Ezechiel cap. 8. 9. 10. Cap. 9. jubentur signari litera Ebraica Thau, quotquot gemerent ac dolerent propter abominationes in urbe Ierusalem. 611

3361 De hoc anno Ezechiel cap. 20. 21. 610

3363 Obsidio urbis Ierusalem die 10. mens. 10. 4. Reg. 25. Hinc ad bellum civile Pompeianum 560. 608

3364 ✱ Olymp. 43. Ieremias carceri includitur, Ier. 32. Hoc anno finiuntur 390. anni Ezechielis, cap. 4. 607

3365 Desolatio templi & urbis Ierusalem. Hinc ad excidium postremum templi Ierusalem 676. ad Monarchiam Iulij 560. ad reditū Esræ in Ierusalem 150. ad conditum templum secundum 87. 606

CAPTIVITAS BABYLONICA annorum 70. Ier. 25. 29. 41. 52. Et 4. Reg. 25.

Chaldæi urbem Ierusalem invasêre die 9. mens. 4. Ierem. 39.

Templum conflagravit die 10. mens. 5. Ier. 52. Stetit an. 431.

an. 431. menſ. 3. circiter.

Hic fuit finis regni Iuda, quod duravit ab obitu Salomonis 395. Eſt annus à diluvio 1709. natali Abrahæ 1416. eius vocatione 1342. incenſis Sodomis 1317. exitu ex Ægypt. 912. morte Moſis 872. partitione terræ 865. excidio Troiæ 577. regno Samuelis & capta arca 515. nato Davide 505. eo mortuo 435. à dedicato hoc templo Salom. 424. à completa regia Salom. 412. capta Samaria 133. prædicatione Ieremiæ 41. Ezechielis 7. ab V. C. 146.

Ieremias ab Aſſyriis ex carcere dimittitur, & libertate donatur, Ieremiæ 39.

Sedechiæ regi eruuntur oculi, cum prius vidiſſet filios ſuos mactari, Ieremiæ 39.

Gedalia occiſus menſe 7. Ieremiæ 41.

3369 Reliquiæ Iudæorum abductæ in Babel, Ier. 52. 602

Propagatio doctrinæ Eccleſiæ in Babylone.

3370 Daniel exponit ſomnium Nebucadnezaris de Coloſſo, &c. Dan. 2. Ioſeph. 601

3378 Ezechieli monſtratur templum typicum, Ezechielis 40. 593

Solon fert leges Athenienſibus, Laert.

3387 *Eclipſis Solis prædicta à Thalete, Plin. l. 2. c. 12.* 584

3390 Nebucadnezar rex Babylonis Mor. 581

EVILMERODACH regnat in Babylone ann. 28. circiter.

IECHONIAS rex Iuda exaltatur die 25. menſe 12. Ierem. 52. Sed 4. Regum 25. exprimitur dies 27. menſ. 12. A regno Davidis 500.

Libri Regum deſinunt.

3394 *Tarquinius Priſcus Rom. rex occiſus: à morte Æneæ 600.* 577

3395 *V. C. 176. Servius Tullius VI. Rom. rex ann. 44.* 576

3400 IVBILÆVS MVNDI 68. *Moſis 18. Olymp. 52. V. C. 181.* 571

Hic Iubilæus eſt ipſum medium captivitatis Babylo-

nicę, id est, annus 25. qui mense 4. aut 5. completur.
PHALARIS TYRANNVS.
Circa hæc tempora vixit Phalaris Siciliæ Tyrãnus crudelissimus, qui sontes inclusit bovi æreo, ut dum submisso igni torrerentur, instar boum clamarent. Hũc æreum taurum fabricaverat Perillus faber ærarius, eumq; Tyranno tradiderat. Phalaris artificem illum primo omnium tauro, quem aliis elaboraverat, intrusit & vivum cremavit.
———pœna non justior ulla est,
Quàm necis artifices arte perire sua.
Historia ESTHER ab aliquib. ad hęc tempora refertur: alij aliter.
Hoc seculo floruerunt septem sapientes in Græcia: item Pythagoras, Phocylides, Epicharmus, Anaximander, Anacreon Lyricus, Arion Musicus, Stesichorus Poeta, Phalaris Siciliæ tyrannus.
3406 *Ludi Compitalitij primum facti V. C. 187.* 565
Eodem anno Servius Tullius primus censum egit, & LVSTRVM primum fecit. Goltzius.
3407 *ÆSOPVS fabularum autor interemptus à Delphis, Euseb. Suid. Olymp. 54.* 564
3408 *Pisistratus urbe Athenarum pellitur. Euseb. Sigonius refert ad annum sequentem.* 563
3411 *LVSTRVM secundum Romæ factum. Goltz.* 560
3412 *Crœsus ultimus Lydorum rex regnat an. 14. Herod. Olymp. 55.* 559
3413 REGNVM CYRI. 558
Cyrus Astyagen, qui fuit rex ditissimus, capit. Herod. & Iust.
Cyrus regnavit an. 30. Cic. Herod.
Annus captivitatis Babylonicæ 49.
1414 *Niglossor regnat an. 4. Berosus. Iosephus habet 40. errore manifesto. Iosephus lib. 10. cap. 13. Niglossorem vocat filium Evilmerodachi. Berosus non item.* 557
Cyaxares filius Astyagis, quem Daniel nominat Dari-

um Medum filium Ahasueri, cum Cyro regnare cepit in Media annis 20. ante captam Babylonem.
Pisistratus redit Athenas. Sigonius.

3417 Circa hoc tempus Zerobabel primus Iudęorum dux post reditum ex Babel nascitur, ante finem captivitatis Babylonicæ anno 17. Philo Annij. 554
Labosardach filius Niglossoris regnavit 9. mensib. Ioseph. & Berosus.

3418 BALTHASAR in Babylone regnat annis 17. Iosephus ex Beroso. 553
Hunc nominat Iosephus Nabonidum: Herodotus Labynitum.

3419 V.C. 200. Visio Danielis de 4. bestiis, id est, Monarchiis cap. 7. 552
Pisistratus Athenis regnat, Olymp. 56. an. 4. Pausf. lib. 2. Est medium inter coronationem Salom. & natalem Augusti Cæsaris. Vtrinq; anni 490.
565 *Crœsus adversus Cyrum bellum gerit. Euseb.*
Amyntas IX. rex Maced. an. 50.

3421 Visio Danielis de ariete feriente hircũ, cap. 8. Hinc ad Alexandri Magni natalem 195. ad regnũ 215. ad ejus Monarchiam 220. 550
564

3424 *Olymp. 58. Solon moritur anno 2. Pisistrati regnantis. Plutarchus in Solone. A condito templo Salom. 490. Hinc ad obitum Platonis an. 200.* 547
563
560 *Thales Milesius moritur nonagenarius. Laert. Olymp.*
559 *58. nobis prodeunt anni 92.*

558
3425 *FINIS REGNI LYDORVM, quòd duravit an. 170. Herod.* 546
Crœsus à Cyro captus. Euseb. Hic sedens in rogo memor dicti Solonis, qui neminem ante obitum felicem dixerat, exclamavit: O Solon, Solon, &c. Hac occasione à morte liberatus est. Hinc ad Iulij Monarchi-
557 am 500.

3428 *Olymp. 59. V.C. 209. Theognis, cujus Gnomologia extat, nascitur. Suid.* 543

3430 *Medium inter regnum Salom. & Imperium Augusti.* 541
Vtrinq;

Utrumque enim desijt 500.

3432 *Olympias 60. V. C. 213. Phocylides Poeta, cujus extant epigrammata, floret. Euseb.* 5[illegible]

3434 Vltimus annus captivitatis Babylonicæ & ultimus monarchiæ Assyr. 53[illegible]

CYRUS Babylonem capit.

Prædixerat Esaias Babyl. regni interitum c. 45.

BALTHASAR rex Babylonis interficitur à Dario Medo sene, nato annos 62. Daniel 5. cum quo Cyrus Persarum rex Babylonē cœpit, quod prædictum erat Esa. 13. 14.

✱ Post hæc tempora videtur Daniel conjectus in lacum leonum, Daniel 6.

Annus à condito templo Salom. 500. compl.

3435 MONARCHIA II. PERSARUM. 53[illegible]

Duravit ann. 207. usque ad Alexandri Magni Monarchiam.

Cyrus primus Monarcha apud Persas, annis 7. completis.

Iudæi in patriam redeunt, ducibus Zorobabele & sacerdote Iesua. Prædixerat Ieremias Propheta reditum Iudæorum ex Babel in Iudæam post 70. annorum exilium c. 25. & 29. Esa. c. 44.

Deus Danieli patefecit 70. hebdomadum tempus Daniel. 9.

LIBER ESDRÆ sacerdotis incipit, qui 10. capit. enarrat facta annorum 80. à reditu Israelitarum ex Babel ad annum primum (completum) migrationis Esræ ex Babel. Nominatur Esdras velox & ingeniosus scriba legis Domini, ob sacrarum literarum peritiam atque legis tradendę studium: & maximè ob scripta quædā sacra à se collecta posteritatique tradita. Hinc vulgo creditur

libros

libros Paralipomenon ab ipso scriptos esse, qui sunt epitome quædam historiarũ à mundo condito ad hæc usq; tempora. Et ubi definit secundus Paralip. ibi incipit primus Esdræ.

Altare extruitur Hierosolymis à Iudæis, & primum à reditu celebratur festum tabernaculorum, die 1. mensis 7. Esræ cap. 3.

3436 *Olympias 61. V.C. 217.* Templi secundi fundamenta iacta, mense 2. Esræ cap. 3. 535

Extructio templi impeditur usque ad annum 2. Darij (annis 17.) Esræ 4.

3437 Visio postrema Danielis die 24. mẽsis primi, in qua texitur prognosticon cõmemorans res à 3. anno Cyri usq; ad mundi consummationẽ c. 10. 11. 12. 534

Hinc ad conceptum Christum 532. Vide Crus. p. 122.

3438 *Servius Tullius VI. Rom. rex interfectus est V.C. 219. lib. de viris illustribus cap. 7.* 533

Tarquinius Superbus arreptum socerũ suum Tullium regem Rom. elatumq; è curia, per gradus dedit præcipitem. Ita ille perijt generi & filiæ suæ insidiis. Dionys. 4.

3439 *V.C. 220. Tarquinius superbus VII. & ultim. Rom. rex regnat an. 25.* 532

3440 *Olympias 62. V.C. 221. Hoc tempore vixit Polycrates Samiorum tyrannus, qui postea strangulatus est à præfectis Sardium. Cic. lib. 5. de finib. de eo loquitur.* 531

3442 *Cyrus Persarum rex moritur. Herod. Xenoph.* 529

3443 *CAMBYSES filius Cyri II. Persarum rex an. 8. Herod. Hic vocatur Assuerus & Arthasasta. Esd. 4.* 528

3444 *Olympias 63. V.C. 225.* 527

3445 *Amasis rex Ægypti, Cambysi negat filiam & mittit Apryis filiam: unde oritur bellum Cambysis adversus Ægyptios.* 526

3446 *Cambyses Persarum rex armis Ægyptum cepit circa 3. annum Olympiadis 63.* 525

3448 *Olympias 64. V. C. 229.* 523

IVBI

3450 IVBILÆVS MOSIS 19. Mundi 69. 521

Mors Cambysis attulit Iudais lætitiam convenientem jubilæo.

3451 *DARIVS HISTASPIS, III. rex Persarum an. 36. Herod. Iustin.* 520

Distribuit Persiam in 20. provincias. Herod.

Simonides Poeta vixit.

3452 *Olympias 65. V.C. 233.* 519

AGGÆUS ET ZACHARIAS.

Aggæus prophetare cœpit die 1. mense 6.

Zacharias mense 8.

TEMPLVM SECUNDUM Hierosolymis conditum. Esrę 5. 6. Fundamenta jacta anno 2. Darij, die 24. mense 9. Aggæ. 2.

3453 Darius Persarum rex edicto suo cõfirmat incoatam templi extructionem. Esræ 6. Estque hic annus ab exitu Israel ex Ægypto 1[illegible]o. 518

Memoria & observatione dignum est, quod Iudæi sola adhortatione Prophetarum Aggęi & Zacharię templi ędificationem aggressi sunt anno superiore, absque consensu Darij regis Persarum, securè interim expectantes Regiam confirmationem incoati operis, qua re fidẽ suam in promissiones divinas, quas ex Prophetis acceperant, egregiè declarârunt.

3456 *Olympias 66. V.C. 237. A diluvio 1800. A morte Iacob 1200. ab Olymp. principio 260. à morte Hiskia & Romuli 200. à iactis fundamentis templi 21.* 515

Pindarus Poeta nascitur: vixit annis 66. alij 80. Scholiast.

Domus Domini completa est die 3. mens. 12. anno 6. Darij facta est. Si volent scholastici meminisse annum dedicati templi secundi, tantum imprimant menti hoc, quod ordine se hic subsequuntur hi numeri: 3. 4. 5. 6.

TEMPLI SECVNDI dedicatio, 1. Esdrę 6. à diluvio 1800. à dedicato templo Salomonis 515.

nis 515. Hinc ad N. C. totidem.

Hipparchus Pisistrati filius ab Aristogitone & Armodio necatur anno 4. ante ejectum Hippiam.

Hippias Pisistrati filius tyrannidem obtinet Athenis & regnat annis paulo amplius tribus usque ad expulsos Pisistratidas. Herod.

3457 Primum Pascha in templo secundo celebratū 1. Esd. 514
6. Hinc ad postremum Pascha Christi ann. 547. ad excidium 584.

Distat hoc Pascha à primo paschate Mosaico annis 1004. à Paschate in tēplo Salomonis primo 516. à Paschate Ezechiæ 230. Iosię 127. à postremo Paschate in templo Salomonis celebrato 92. à primo Paschate sub Iosua celebrato 963.

3460 *Olympias 67. V. C. 241. Pisistratidæ Athenis pulsi anno 20. ante Marathoniam pugnam. Herod. & Thucyd.* 511

3462 *Darius Babylonem capit astutia Zopyri. Herod. Iustin. Clem.* 509

3463 *Lucretia à Tarquinij Superbi filio stuprata manu sua perit.* 508

3464 *V. C. 245. Tarquinius Superbus Roma & regno ejicitur 24. Febr. qui dies dictus est REGIFUGIUM.* 507

ROMÆ REGIBUS EIECTIS PRIMI COSS. CREANTUR.

Ob stuprum à regis Superbi filio illatum Lucretiæ mutatur Respubl. Romana, & ejectis regib. Magistratus annuus mandatur Consulibus.

Primus autem annus quinq. Coss. habuit. Dionys. Hinc ad Iulij Monarchiam 460.

3465 *BELLUM ETRUSCUM III. cum rege Porsena.* 506

3466 *V. C. 247. Capitolium Romæ dedicatum. Dionys.* 505

3471 Ioiakim filius summi sacerdotis absente patre 500

functus est Pontificatu an. 8. Hic conscripsit gesta Iudith, & anniversariam liberationis memoriam agendam instituit. Philo Annij.

3472 *Olympias 70. V.C. 253. Primus Dictator Rom. T. Lartius Flavius, ante natum Iulium Cæsarem Dictatorem ultimum 400.* 499

3475 *Pythagoras Samius cujus aurea dicta circumferuntur, moritur. Euseb.* 496

3476 *Olymp. 71. V. C. 257. Saturnalia instituta. Liv.* 495

3477 *Pugna ad lacum Regillum V.C. 258. Latini victi à Dictatore Posthumio. Hæc fuit postrema pugna Tarquinij Superbi cum Romanis. Paulo post obiit, exilij sui anno 14. Dionys.* 494

Hippocrates Medicus vixit.

3479 *Prima secessio plebis Rom. in montem sacrum V. C. 260.* Liv. 492

3480 *Olympias 72. V. C. 261. Tribuni plebis primum creati.* 491

Pugna Marathonia, qua Miltiades profligavit exercitum Darij Regis Persarum in campo Marathonio. Herod. Thucyd. Dionys. Gell. & Probus in Miltiade.

3481 *Gelon in Sicilia regnat an. 8.* 490

3482 *Coriolanus exilio à plebe mulctatur, quod obstitisset, ne frumentum ex Sicilia advectum plebi divideretur in summa annona caritate. Damnatus absens in Volscos abiit.* Liv. 489

3485 *Coriolanus à matre Veturia & conjuge Volumnia placatur & exoratur, ne patriam oppugnet. Livius. Dionys.* 486

3486 *Darius Hystaspis rex Persarum moritur. Hinc ad mortem Augusti Cæsaris 500.* 485

Epicharmus vixit. Suid.

Sophocles Poeta Tragicus nascitur Athenis Olymp. 73. ante Socratem annis 17. Suid.

3487 *XERXES IV. rex Persarum an. 21. Diod.* 484

Lex Cassia Agraria à Sp. Cassio *Cos. primum lata est, adver-*

adversante collega Proculo Virginio & Senatu. Cas-
sius cum magistratu abiret, à Quæstoribus damna-
tus & necatus est. Ex eo tempore leges Agrariæ
499 *maximis semper motibus Rom. Rempubl. concusse-*
runt. Zas.

3489 *Aristides in exilium pulsus ab ingratis civibus.* 482

496 3490 *Certatum est hoc anno cum Tribunis. Liv.* 481

Oppia virgo Vestalis damnata, incesti pœnas dedit.

495 *Græci fama imminentis belli audita, omnes privatas si-*
494 *multates oblivione delent & συγκοινησμῷ facto,*
mittunt legatos petentes auxilium à Gelone rege Sy-
racusanorum.

Themistocles interpretatur oraculum de muris ligneis.

3491 *Xerxes Sardibus hybernat: legatos mittit in Græci-* 480
492 *am, petentes terram & aquam: Hellespon-*
tum flagris cædi, & mari compedes iniici iubet.
491 *Herod.*

Syncretismus in Græcia factus.

Aristides ab Athenensibus revocatur anno 3. exilij.
Plutarch.

3492 *Olympias 75. V. C. 273. Herod. Diod. Dionys. Paus.* 479
Expeditio Xerxis in Græciam. Xerxes recensens ex-
490 *ercitum plorat.*

489 *Pugna ad Thermopylas: 300. Spartani, qui sese oppo-*
suerant Xerxi occubuerunt. Pugna ad Arthemi-
sium: classis Persarum victa à Græcis.

Athenæ captæ à Xerxe.

486 *Pugna ad Salaminem: classis Persarum ab Athenien-*
sibus duce Themistocle navali prælio victa. Xerxes è
Græcia fugit. Vide Herodot. Diodor. Probum &
485 *Plutarchum in Themistocle & Aristide.*

Euripides Poeta nascitur. Suid. Sed Laertius annis 20.
antiquiorem facit.

Liber XI. Diodori Siculi incipit.

3493 *Pugna ad Plataas & ad Mycalen eodem die.* 478

484 *Persæ victi à Græcis: Mardonius interfectus. Herod.*
Diod.

fecerunt in universa Gracia. Thucyd. Diod. Probus & Plut. in Cimone.

Socrates Philosophus nascitur. Laert. 468

Sophocles primam fabulam juvenis adhuc Athenis docuit. Plut. Cimon.

4 *Hieron rex Siciliae obiit Olymp. 78. Hunc celebrat Pindarus.* 467

07 *Xerxes interfectus ab Artabano.* 464

08 *Olymp. 79. V.C. 289. cuius victores celebrat Pindarus Ode 7. & 13.* 463

ARTAXERXES LONGIMANVS V. Persarum rex an. 40. Dioder. Hinc ad natum Augustum 401.

3509 *Themistocles circa hunc annum moritur.* 462

3510 *Romae saevit atrociss. pestis qua uterq; Coss. absumtus est. Liv. Dionys.* 461

Bellum Dubmarsicum.

3511 *Feliciter pugnant Romani adversus hostes: & res Romana in antiquum statum redit. Volscum nomen prope deletum est, 13417. in acie ecciderunt: 1250. capti. Hi, etsi adjectum aliquid sit, magna certe cades fuit. Tertia illa pugna eo anno fuit. Liv.* 460

3512 *Olymp. 80. V.C. 293. PERDICCA XI. rex Maced. annis 31. incoatis, alij tribuunt ei 28. nos cum Theopompo 31. Nam Athen. lib. 5. cap. 13. dicit: Perdiccam mortuum esse Archonte Athenis Epaminonda, id est, anno tertio Peloponnesiaci (nobis est annus mundi 3543.) id spacium complectitur annos 31.* 459

3513 *Capitolium captum ab Herdonio, sed eo interfecto recuperatum.* 458

Exules & servi ad 4500. hominum, duce Herdonio, Capitolium atque arcem nocte occupauerunt. Valer. Cos. in pugna contra seruos cecidit, & in eius locum suffectus T. Quintius Cincinnatus mense Decembr. Livius.

3514 Migratio secunda Iudęorum ex Babel. 457

INITIUM HEBDOMADUM DANIELIS, *id est*, annorũ 490. qui finiuntur morte Christi. Dan. cap. 9.

ESDRAS Sacerdos anno 7. Artaxerxis cũ populi Israelitici turba migrat è Babylone in Iudæam: iter ingreditur die 12. mens. primi, Esdræ cap. 8. Hierosolymam venit die 1. mens. 5. Esdræ cap. 7. Est à priore reditu Iudæorum ex Babel annus 80. incoatus.

Pugna ad Tanagram: Athenienses victi à Laced*æmoniis. Thuc. Diod.*

3519 *V. C. 300 Romani Athenas mittunt legatos allaturos legum formulas.* 45[illegible]

3521 V. C. 302. II. HEBDOMAS DANIELIS & annus 70. templi secundi incipit. 45[illegible]

Romanorum legati Athenis reversi, novas leges adferunt in urbem, quæ plerunque inde appellantur leges XII. tabularum.

Decemviri creati, qui anno sequenti magistratum inierunt.

3522 *DECEMVIRI tenuerunt Rempubl. in annum tertium. Dionys.* 4[illegible]

3523 *Nobilis pax Græciæ: quam Artaxerxes cum Atheniensibus fecit, & Græcas civitates in Asia liberas [illegible] jussit. Diod. Plutarchus.* 4[illegible]

Cimon Atheniensium dux Mor. Post Cimonem Pericles Athenis clarus fuit.

3524 *Secunda secessio plebis Romanæ. Olymp. 83 V. C. 305. Decemviri abdicarunt facta secessione plebis in Aventinum ob Appij Claudij facinus. VIRGINIUS filiam interfecit. Cicero lib. 2. de finib. Hinc ad Iulij Cæsaris Monarchiam 400.* [illegible]

3526 *Tricennalia fœdera inter Athenienses &* Lacedæmo*nios [illegible]: sed servata annis 14. usque ad belli Peloponn[illegible] [illegible]cipium. Thucyd.* [illegible]

NEHEMIÆ LIBER incipit.

[illegible] [illegible]EMIAS die 20. mensis 9. accipit nuncium de miseranda vastitate urbis Ierusalem, Nehem. 1.

[illegible] Nehemias Hierosolymam veniens reparat muros urbis Ierusalem spacio dierum 52: absolvit opus die 25. mens. 6. Nehem. 6. 444

Medium inter [illegible] regni Cyri & inter Monarchiam Alexandri Magni. Et quidem con[illegible] supputatio exacte, quamquinque reperitur di[illegible] 115.

[illegible]	3527	3526
[illegible]	115	475
[illegible]	3642	4001

[illegible] Hierosolymorum anni 514. Ad mu[illegible] [illegible] & eversos à Pompejo 382. ad [illegible] ab Antipatro Herodis Magni [illegible].

ELIASIB [illegible]mus Sacerdos Pontificatum tenet Hierosolymis annis 41. Philo Annij. Hujus Elia[illegible] fit mentio Nehem. 3.

[illegible] *Olymp. 84. V.C. 309.* III. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, annus Hebdomadum 15. 443

[illegible] scribit Herodotum circa hunc annum scripsisse suam historiam.

[illegible] LIBER IV. LIVII incipit. 442

[illegible] *Primi Tribuni militum consulari potestate Romæ creati.* 441

[illegible] 312. Primi censores Romæ creati. 440

[illegible] historia Dionysij Halicarnassensis.

[illegible] IV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, annus hebdomadum 22. 436

[illegible], Arator fit Dictator Rom. L. *Quinctio Cincinnato in agro aranti nunciatum est eum Dictatorem factum: cujus jussu Magister equ. C. Servilius Hala Sp. Melium regnum affectantem*

[illegible]teremit. Liv. Cicero de Senect.

[illegible] *I[illegible] Orator Nasc. Plut.* 43[illegible]

[illegible] Poeta obiit.

T[illegible] regem Vejentium [illegible] affixit, caputq; abs[illegible] terrore casi regis hosti[illegible] Liv.

35[illegible]8 *[illegible]damus Lacedæmoniorum rex moritur, cum re[illegible]t an. 42 Successit Agis an. 27. Diod.*

3539 Nehemias redit Babylonem. Nehem. 5. Quidam putant Nehemiam vixisse ultra 120. annos, quod attigit Alexandri Magni tempora, & cap. 12. nominat Iadduam sacerdotem, qui Alexandrum in urbem Hierosolymam recepit.

Methonis Cyclus decennovalis editus, Diod.

3540 *Olymp. 87. V. C. 321.*

Thucydidis historia continua de bello Peloponnesiaco incipit.

3541 *Bellum Peloponnesiacum inter Lacedæmonios & Athenienses gestum: duravit an. 27. mens. aliquot. Thucyd. Hinc ad Monarchiam Augusti 420. ad Vespasiani imperium 500.*

Eclipsis Solis in æstate tanta accidit, ut stellæ interdiu in cœlo visæ sint. Thucyd. 2. Crusius refert hanc Eclipsin ad 2. Augusti sive Sextilis.

3542 *Pestis Attica, in qua corpora, brachia, pedes hominibus deciderunt, cujus sævitiam & atrocitatem describit Thucyd.*

3543 V. HEBDOMAS DANIELIS incipit.

Pericles dux Athenarum & Orator præstantissimus moritur.

3544 *Olymp. 88. V. C. 325. Plato Philosophus nas[illegible]. Laert. Plut. fuit minor Socrate annis 41. Isocrate 8.*

3547 *ARTAXERXES Longimanus moritur. Thucyd.*

3548 *DARIUS Nothus VI. Persarum rex [illegible]*

[illegible] facibus ardentibus pugnatum [illegible] inter [illegible] & Romanos. Fidenas captas & direptas, & Mamercum Æmilium III. dictatorem triumphasse de victis Vejentib. & F[illegible].

VI. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, annus hebdomadum 36. 422

IVBILÆVS MVNDI 71. *Mosis 21.* 421

[illegible]phanes Poeta floret.

Pax 50 annorum inter Athenienses & Lacedæmonios [illegible] finem facta, quæ duravit an. 9. mens. 10. Thucyd.

3551 *Alcibiadis Atheniensium ducis res gestæ ab hoc anno incipiunt, apud Thucyd.* 418

3555 *Olymp. 91. V.C. 337.* VII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, annus 43. hebdomadum. 415

De [illegible] in Græcia inter Bizantios & Bithinos [illegible] Ægestanos & Selinuncios: & de initio belli [illegible] Athenienses & Syracusios, Vide Diod.

3558 *In Peloponneso Lacedæmonii verbis Alcibiadis concitati, rupto fœdere instaurant cum Atheniensibus bellum, cujus incendia 12. annis flagravere. Diod.* 413

3559 *Athenienses horrendam cladem accipiunt in Sicilia, victi a Syracusanis navali prælio: Nicias dux eorum interimitur.* 412

Hanc cladem Eclipsis Lunæ præcessit, cujus meminerunt Thucyd. Diod. Polyb. Plutarch. Crusius habet hanc [illegible] in 27. Augusti.

[illegible] historia desinit. 410

XENOPHONTIS historia de bello Græcorum incipit.

[illegible] 409

[illegible] Spartanos [illegible]

[illegible]

[illegible] completur [illegible] prima hebdomadis DA-

[illegible]

NIELIS, quarum tempore ait civitatem Ierusalem ędificandam esse in angustia temporum.

3563 VIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, hebdomadum annus 50. 408

Carthaginenses duce Annibale capiunt duas urbes, Selinuntem & Himeram. Xenoph.

3565 *Alcibiades Athenas reversus, magnificè excipitur: paulò post gratia excidit, & spontè in exilium abit. Xenoph.* 406

3566 *Prælium navale ad Arginusas, quo Callicratidas* La*cedæmoniorum dux victus est ab Atheniensibus. Xenoph.* 405

Dionysius senior Syracusis invadit tyrannidem, quam tenet an. 38.

Euripides Poeta Tragicus moritur ætat. 75. Suid.

Sophocles Mor. ætat. 90. Diod.

Acragantum aliàs Agrigentum à Carthaginensib. captum: ante deletam à Scipione Carthaginem 260. Diod.

3567 *Pugna ad Ægospotamos, qua* Lacedæmonij *duce* Ly*sandro vicerunt Athenienses. Xenoph. Diod.* 404

DARIUS Nothus Pers. rex Mor.

ARTAXERXES MNEMON VII. Persarum rex an. 43.

Xenophontis liber I. de Cyri Minoris expeditione incipit à morte Darij Nothi.

3568 *Olymp. 94. V. C. 349. Athenæ captæ à* L*ysandro & muri ad tibiarum cantum diruti.* 403

Triginta tyranni Athenis dominantur.

Eclipsis Solis Xenoph. 2. Crusius 3. Septemb.

Theramenes accusatore Critia à 30. tyrannis interficitur.

Alcibiades à Pharnabazo Satrapa Persico occisus. De Alcibiadis versatili ingenio dictum est, nesciri an plus boni vel mali in eo fuerit, id est, an patriæ magis profuerit vel nocuerit.

Post Alcibiadem Athenis celebres fuerunt Conon &

Thrasibulus, quorum hic paulò post triginta tyrãnos Athenarum urbe ejecit & ἀμνηστίαν sanxit.

3569 *Hoc anno Veij primum à Romanis obsessi sunt: decimo anno ejus belli urbs ipsa capta est à Dictatore Camillo.* 402

3570 IX. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, hebdomadum annus 57. 401

3571 *Cyrus Iunior in bello perit. Xenoph.* 400

3572 *Socrates ætatis 70. haustu cicutæ Mor. Diod. Connumerato hoc anno decurrerunt hinc ad primum annum Christi 400.* 399

3576 *Olymp. 96. V. C. 357. Agesilaus apud* Lacedæmonios *rebus gestis clarus habetur, hujus vitam Plutarch. & Probus. Item Xenoph. in oratione de laudibus Agesilai.* 395

Tisaphernes obtruncatur.

Lysander qui Athenas cepit, in prælio occubuit. Xenoph. Diod. Iustin. 6.

Carthaginenses Messana potiuntur, eamq; vastant.

Phocenses Bœotiis bellum inferunt.

3577 X. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, hebdomadum annus 64. 394

Pugna navalis ad Cnidum, qua Conon Atheniensis vicit Lacedæmonios. *Xenophon. Probus.*

Pugna ad Coroneam. Agesilaus cum Thebanis dimicat. Xenophon.

3578 *Vejorum urbs capta à Romanis, Dictatore Camillo, anno 10. ejus belli. Liv. lib. 5.* 393

Corinthiacum bellum captum quod duravit an. 7.

3579 *AMYNTAS XVI. rex Maced. avus Alexandri Magni an. 6. Diodorus tribuit ei annos 24. sed in universum: quia bis regnavit. Diodorus ejus regnum incipit ab anno 4. Olymp. 96. obitum eius ponit anno 3. Olymp. 102. Hinc (inclusivè) ad Alexandri obitum 70 anni. Et hic est à Carano primo rege Macedonum annus 420. id est, sexies 70.* 392

3580 *Camillus Faliscos in ditionem populi Rom. redigit re-* 391

missoaad eos ludimagistro prodiere. Liv.

Olymp. 97. V. C. 361. Eudoxus Cnidius vixit: & Archytas Tarentinus apud Dionem Siciliæ regem.

3582 *Thrasybulus Atheniensium dux occiditur. Diod.*

3583 *Bellum Gallicum Senonicum.*

M. Camillus accusatur à L. Appuleio Tribuno pleb. ob prædam Vejentanam iniquè divisam, & in exilium ejicitur post Coriolani exilium anno 100. completo.

3584 *Olymp. 98. V. C. 365.* XI. HEBDOMAS DANIELIS, *id est*, annus hebdomadum 71.

ROMA à Gallis Duce Brenno capta, qui tenuerunt urbem 7. menſ. excepto Capitolio.

Plutarchus in vita Lucij Camilli. Romani, inquit, urbe relicta, in Capitolium confugiunt. Galli, conspecta via per petram & prærupta loca, media nocte taciti in Capitolium evadunt: & nisi sacrorum anserum clangore tumultuque excubiæ essent excitatæ, à nullo perceptus fuisset Gallorum ingressus. Erecti itaque Romani, & omnium primus Manlius, Gallos transfodiunt, obtruncant, atque è muro per petram, præcipitant. Hac ratione Capitolium conservatum.

Pugna Alliensis: Romani victi ad Alliam flumen à Gallis Senonibus, die 16. vel 18. Iulij.

3585 *Galli Roma expulsi à Camillo ab exilio revocato.*

Pax Græciæ data ab Artaxerxe Mnemone, dicta pax Antalcidæ. Xenoph.

3586 *Capitolium saxo quadrato substructum. Liv.*

Dionysius tyrannus Philoxenum Poetam propter sermonis libertatem in lapicidinas duci jubet, docens eum [illegible]

3587 *Ter[illegible] Martis bello Gallico votum Roma[illegible] tur. [illegible]*

[illegible]

[illegible]. Plutarch. [illegible]

[illegible] *ex* [illegible] *numeros* [illegible]

[illegible] *capta Troia* [illegible] 583

[illegible] *Etruscos vincit.* [illegible]

[illegible] *templum* [illegible] *bona.* [illegible]

[illegible] 581

[illegible] *Carol.* [illegible]

[illegible]

[illegible] DANIEL [illegible]

[illegible] 579

[illegible]

[illegible] 577

[illegible]

[illegible] *Neron.* [illegible]

[illegible]

[illegible] *preesse. Liv.*

Olymp. 97. V. C. 361. Eudoxus Cnidius vixit: & A- [illegible] *Tarentinus apud Dionem Siciliæ regem.*

3582 *[illegible] dux occiditur. Diod.* 389

3583 *[illegible] Senonum.* 388

M. Camillus accusatur à L. Appuleio Tribuno pleb. ob prædam Vejentanam inique divisam, & in exilium ejicitur post Coriolani exilium anno 100. completo.

3584 *Olymp. 98. V. C. 365.* XI. HEBDOMAS DANIELIS, *idest*, annus hebdomadum 71. 387

ROMA à Galiis Duce Brenno capta, qui tenuerunt urbem 7. mens. excepto Capitolio.

Plutarchus in vita Lucij Camilli. Romani, inquit, urbe relicta, in Capitolium confugiunt. Galli, conspecta via per petram & prærupta loca, media nocte tacitè in Capitolium evadunt: & nisi sacrorum anserum clangore tumultuque excitati essent excitatæ, à nullo perceptus fuisset Galliorum ingressus. Experrecti itaque Romani, & omnium primus Manlius, Gallos transfodiunt, obtruncant, atque è muro per petram præcipitant. Hac ratione Capitolium fuit servatum.

Pugna Alliensis: Romani victi ad Alliam flumen à Gallis Senonibus, die 16. vel 18. Iulij.

3585 *Galli Roma expulsi à Camillo ab exilio revocato.* 386

Pax Græciæ data ab Artaxerxe Mnemone, dicta pax Antalcidæ. Xenoph.

3586 *Capitolium saxo quadrato substructum. Liv.* 385

Dionysius tyrannus Philoxenum Po[illegible] propter sermo[illegible] [illegible] tatem in lapicidinas duci jubet, docens eum [illegible]

3587 *[illegible] Martis [illegible] Gallico votum Romæ [illegible]* 384

[illegible]

[illegible]

[illegible] Plutarch. [illegible]

[illegible] *ex* [illegible] *numeros* [illegible]

[illegible] *capta Troia* [illegible] 583

[illegible] *Etruscos vincit. L*[illegible]

[illegible] *templum* [illegible] *talentorum bona* [illegible]

[illegible] 581

[illegible]

[illegible] DANIEL [illegible]

[illegible] annu [illegible]

[illegible] 579

586 [illegible]

585 [illegible] 577

584 [illegible]

3598 XIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, id est, hebdomadum annus 85. 373

Hoc anno quintum mutata est forma Rom. Reipubl. Quia à tribunis militum ad Tribunos plebis recidit administratio Reipublicæ. Hanc magistratuum solitudinem Diodorus appellat ἀναρχίαν & ei tribuit quadriennium.

Magni terræmotus & inundationes incredibiles in Peloponneso.

3599 *Helice & Bura deletæ, altera hiatu terræ, altera fluctib. Pausf. Strabo.* 372

3600 IVBILÆUS MUNDI 72. *Mosis 22.* 371

Olymp. 102. V. C. 381.

Græciæ civitates Artaxerxe cohortante pacem faciunt inter se præter Thebanos. Diod.

3601 *Pugna Leuctrica: victi Lacedæmonij à Thebanis ad oppidum* Leuctra, *ducibus Pelopida & Epaminōda. Cleombrotus Lacedæmoniorum rex occubuit. Diod. & Probus in Epaminonda.* 370

3602 *ALEXANDER XVII. rex Maced. an. 1. Diodor.* 369

Tres viri in imperio viventes eodem tempore vitam reliquerunt. Amyntas rex Maced. mortuus anno regni 24. relictis tribus filiis, Alexandro, Perdicca et Philippo. Successit Alexander & unum annum gubernavit. Similiter Agesipolis Lacedæmoniorum rex obiit anno 1. regni. Successit Cleomenes frater qui regnavit 43. annis. Tertius Iason Pherensis per dolum interfectus. Successit frater Polydorus qui imperavit unum annum.

3604 *Olymp. 103. V. C. 385. Dionysius senior, Siciliæ tyrānus Mor. Successit ei Dionysius Iunior.* 367

PTOLEMÆVS ALORITES XVIII. Rex Maced per dolum interfecto Alexandro fratre in Macedonia regnat. an. 3. Diod.

3605 XIV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, hebdomadum annus 92. 366

Coss.

Consul è plebe primum Romæ creati. *Primus Prætor primus & Ædiles Curules Romæ creati. V. C. 388. Hinc ad Ciceronis Præturam 300.* 364

Ptolemæus Macedonum rex interfectus à Perdicca fratre, qui ei in regno successit.

PERDICCAS XIX. rex Maced. an. 5. Diod

Olymp. 104. V. C. 389. Pelopidas Thebanorum dux in prælio cadit. Diod. 363

Camillus moritur, qui Remp. Romanam à Gallis vastatam restituit in integrum. Eclipsis Solis. Plutarch. in Pelop. Item Diod.

Pugna ad Mantineam: victi Lacedæmonij à Thebanis. 362

Epaminondas dux Theb. Mor relictis duabus filiis (ut ipse loquebatur) victoria Leuctrica & Mantinea. Xenoph.

Xenophontis historia de bello Græcorum desinit.

Artaxerxes rex Persarum vita defunctus est cum regnasset 43. Successit ARTAXERXES OCHVS VIII. Pers. rex annis 23. 361

Curtius equo insilit in vastum specum, qui ab ipso lacus Curtius appellatus. Liv. 360

Perdiccas Maced. rex ab Illyriis victus occumbit.

Olymp. 105. V. C. 393. XV. HEBDOMAS DANIELIS, *id est*, hebdomadum annus 99. incipit. 359

PHILIPPVS rex Maced. ann. 24. Hujus res gestas in annos singulos distributas habent, Diodorus, Gemistus Piethon, & alij.

Galli Anienem transgressi non procul ab urbe Roma castra ponunt.

MONOMACHIA Manlij Torquati & Galli apud Anienem: Manlius Gallo torquem detraxit, sibi q; tam torquem quam nomen Torquati induit.

Xenophon Mor. Laert.

Annus 100. HEBDOMADUM DANIELIS inchoatur 358

B

3614 ...llum sociale an. 3. Diod.

Philippus cum Crenidas oppidum cepisset, inductis multis novis incolis, vetus nomen abolevit, & instituit, ut de suo nomine urbs appellaretur Philippi. Diod. Ad hos Philippenses scripsit Paulus epistolam.

3615 Templum Delphicum direptum à Phocensibus, unde ortum bellum sacrum decennale, inter Phocenses & Thebanos. Paus.

Eclipsis Lunæ. Plutarch. Crusius die 22. Augusti.

3616 Olymp. 106. V. C. 379. Alexander M. Nasc. die sexto ἑκατομβαιῶνος: quo die pater Philippus per Parmenionem Illyricos prælio vicerat: Potidæam ceperat: in Olympico certamine Victor declaratus fuerat. Quibus auditis Deos oraverat, ut hanc felicitatem levi aliquo incommodo expiarent. Eodem die templum Dianæ Ephesi conflagravit: ubi sacerdotes per oppidum quasi lymphati discurrentes, magnū eo die malum Asiæ alicubi nasci vociferati sunt. Plutarch. in Alex. Solin. cap. 49.

Philippus Macedonum rex, cum triplicis ei felicitatis nuncius eadem die venisset: primum Olympus quadriga vicisse: quodque Præfectus ejus Parmenio Dardanos pugna superasset: tertium verò uxorem filium peperisse: sublatis in cœlum manibus dixisse fertur: O dij, mediocre aliquod infortunium tot tantisque felicitatibus meis opponatis oro. Jacob. Sadolet.

Bellum sociale finitum est cum durasset triennio. Diodor.

3618 Primus de plebe Dictator Romæ dictus, C. Martius Rutilus: id verò patribus indignum videri, etiam dictaturam jam in promiscuo esse. Liv. 353

Philippus rex Macedonum urbem Methonam expugnavit, direptamq; evertit. Diod. Gemistus.

3619 XVI. HEBDOMAS DANIELIS incipit, id est, hebdomadum annus 106. 352

Philippus Macedo cædit ad 6000. Phocensium, ... inter-

interfecto duce eorum Onomarcho.

3620 *Olymp. 107. V. C. 401. Concurrunt 107. Olympias & 107. annus hebdomadum Danielis.* 351

Regnum Ægyptiorum destructum.

3621 *Artaxerxes Ochus renovato in Ægyptios bello, summa industria Ægyptum, Phœniciam & Cyprum recuperavit. Urbs quoq; Sidon per proditionem devenit in potestatem Artaxerxis.* 350

3622 *Primi Censores è plebe creati. Liv.* 349

3623 *Bellum Olynthiacum. Hujus belli tempore dictæ sunt orationes Demosthenis Olynthiacæ.* 348

3624 *Monomachia M. Valerij & Galli. Corvus pugnantem adjuvit Valerium: unde Corvini seu Corvi nomen accepit. Hinc ad Monarchiam Iulij 300.* 347

Plato Mor. ætat. 81. Laer. Athen. Lycius p. 52. b.

Olynthus capta à Philippo Macedone.

3625 *Primum cum Carthaginensibus legatis Romæ fœdus ictum, cum amicitiam ac societatem petentes venissent. Liv. Diod.* 346

3626 XVII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, hebdomadum annus 113. 345

Finis belli Phocensis sive Sacri.

3629 *Dionysius Iunior Syracusis pulsus, inops venit Corinthum. Diod.* 342

Timoleon Rempubl. Syracusis constituit.

3630 *V. C. 411. Bellum Samniticum an. 71.* 341

Aristoteles fit præceptor Alexandri Magni, ætat. Alex. 15. Hinc ad Augusti Imperium 300.

Carthaginenses in Sicilia à Timoleonte victi: totaq; Sicilia in libertatem vindicata est.

3633 XVIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, , *id est*, hebdomadum annus 120. 338

ARSAMENES IX. Persarum rex an. 3.

Manlianum imperium. Manlius Torquatus dictator filium interficit, quod contra Dictatoris mandatum cum hoste provocante dimicasset. Liv. dec. 1. lib. 4. Gel. lib. 9. c. 13. Eras. Chil. 1. c. 10. ad. 87.

Decius pater se devovit pro legionibus Romanis. Hinc ad filij ejus devotionem anni 44.

3634 *Pugna ad Cheronaeam, qua victi sunt à Philippo Macedone Athenienses & Thebani. Huic pugnae interfuit Alexander, agens annum aetat. 18. Iust. 9.*

Isocrates orator Mor. *aetat. 98.*

3635 *DARIUS X. & ultimus Persarum rex ann. 6. regnare cepit ante hujus anni finem.*

3636 *Olymp. 111. V. C. 417. à Carano 478.* 335

PHILIPPUS Macedonum rex occisus aetat. 46. Diod. Iust. 9.

REGNUM ALEXANDRI MAGNI.

Qui totum penè orbem partim vi & armis, partim terrore subegit.

ALEXANDER MAGNUS regnat an 12 mens. 7. aut 8. Hujus res gestae secundum annos singulos, leguntur apud Diodorum, Arrianum, Curtium, Plutarchum, Iustinum & alios. Estque hic annus aetatis Alexandri 20. Ea gessit quae plus reperiant admirationis quàm fidei. Suid.

3637 *Thebae deletae ab Alexandro Magno post captas à Lysandro Athenas 70. Thebanorum numerus fuit supra 6000. capti plures 30. millib. Diod.*

Timocleae factum. Plutarch. in lib. de virtutibus mulierum.

3638 *Expeditio Alexandri in Asiam.*

Pugna ad Granicum flumen, qua Alexander Darij copias primò profligavit.

3639 *Pugna ad Issum, qua Alexander Persas secundò vicit.* 332

Continentia heroica Alexandri parcentis pudicitiae Gynecaei regis Darij, quod in ipsius potestatem venerat.

3640 *Olymp. 112. V. C. 421.* XIX. HEBDOMAS DANIELIS, *id est*, annus hebdomadum 127.

Alexander Tyrum capit post 7. mens. obsidionem.

Alexan-

Alexander Hierosolymam venit.

Alexander reverenter salutato summo Pontifice Iudæorum, ingreditur Hierosolymam, & Deo Israelis sacrificia offert. Ita Alexander terror gentium fit supplex Deo Israelis. Hinc ad excidium urbis Ierusalem sub Vespasiano 401.

3641 *Alexandria in Ægypto condita.* 330

Eclipsis Lunæ ante pugnam ad Arbela.

Pugna ad Arbela, qua Alexander tertiò fudit copias Darij, & Asiæ imperio potitus est, anno regni sui sexto. Hac victoria translata est Monarchia Persarum ad Græcos.

3642 MONARCHIA III. GRÆCORUM. 329

Quæ duravit usque ad Iulij Monarchiam 282. Augusti 300.

ALEXANDER Monarchiam tenuit septennio.

DARIUS Persarum rex ult. interfectus à Besso Præfecto suo.

Prima CALIPPI periodus, quæ est annorum 76. incipit. Est V. C. 423. à morte Cyri 200.

3643 *Alexander cum exercitu intrat Hircaniam, Asiaticis delitiis corrumpitur. Diod.* 328

3644 *Olympias 113. V. C. 425.* 327

Alexander ad Caucasum proficiscitur.

Bessus captus adducitur ad Alexandrum, & à cognatis Darij crudeliter necatur. Diod. & alij.

3645 *Alexander Indiam ingressus ad eius fines usque pervenit, duas urbes condit Niceam & Bucephalam de equi sui nomine, qui tum fortè interfectus fuerat. Diod. & alij.* 326

3647 XX. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, hebdomadum annus 134. 324

Arrianus. Alexander devictis Cossæis exercitum reducit Babylonem. In itinere processêre obviã Chaldæi

vates, nunciantes se nosse ex divinatione astrorum Babylone ei mortis periculum immunere. Philosophi autem persuaserunt Alexandro, ut contemtis illorum divinationibus Babylonem intraret. Diodor.

3648 *Olymp. 114. V. C. 429.*

ALEXANDER MAGNUS Mor. an. *regni 12. mense 7. vixit an. 32. mens. 7. aut 8. Diod. & alij.*

Mortuus est Alexander M. post Cyrum 226. qui apud Persas regnare cœpit Oly.

A regno Nabonassaris ad mortem ... guntur anni 424. Ptolem.

Est à partitione terræ annus 1148. hoc c. Solar. A morte Salomon. 678. David ... sonis 838. Romuli 392. Cyri 206. 100. Hinc ad mortem Iulij 280. hoc c. Solar.

ARIDÆUS XXII. Rex Macedoni ... Alexandri an. 7.

Regnum Lagidarum in Ægypto annorum : Ptol. Clem.

Ptolemæus Lagi, mortuo Alexandro regnat in Ægypto an. 39. ab hoc Ptolemæo Lagi filio dicuntur Lagidæ.

Bellum Lamiacum: Athenienses ab Antipatro ad Cranonem victi urbem dediderunt: Antipater Athenis potitus mutat formam Reipub. Diod. Plut.

3650 IVBILÆVS MVNDI 73. *Mosis 23.*

Aridæus consumtis duobus ferè annis in operum apparatu deportavit Alexandri M. cadaver de Babylone Alexandriam in curru aureo. Diod.

Aristoteles & Demosthenes Mor. ætat. 63. à morte Mosis 1157.

3651 *V. C. 432. Clades Caudina, Romani ... Caudium victi à Samnitib. ac sub jugum missi, turpi fœdere facto discesserunt. Gell. lib. 17. c. 21.*

Pt...

[illegible] Trois ad V. C. & ii de a [illegible] anni 432.

[illegible] exercitu, cum regnasset ann [illegible]

[illegible] annus 2[illegible] V. C. 4[illegible]. 319

[illegible] primus regnavit Anti[illegible] 318

[illegible]

[illegible] pto 1200. ante mortem 317

[illegible]

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS [illegible]

[illegible] annus 141.

[illegible] quibus [illegible]

[illegible] & [illegible]

[illegible] Diod. Plut.

[illegible] Graeciae. [illegible]

[illegible] Iustin. [illegible]

[illegible] ab Olympiade [illegible]

[illegible] regnasset in Macedonia an. [illegible]

[illegible]

[illegible] Olympias [illegible] V. C. 437. 315

[illegible] Rhodium. Diod. A diluvio Noha 2000.

CASSANDER XXIII. Rex Maced. an. 18.

Cassander Thebas instaurat anno 20. post, quàm fuerant ab Alexandro dirutae. Diod.

Eumenes unus ex ducibus Alexandri M. occisus.

Olympias Alexandri Magni mater (quae Aridaeum [illegible]) occisa.

[illegible] Olympias [illegible] V. C. 441. 311

[illegible] Appia. Per App. Claudium Cens. via [illegible] & [illegible] est, quae ipsius nomine nuncupatur. [illegible]

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS incipit. 310

Foedus Successorum Alexandri M. Cassander [illegible] Lysimachus [illegible], Ptolemaeus [illegible]

Ægypto, Antigonus Asiæ, Seleucus Syriæ. Diodorus.
Ab hujus anni autumno ordimur annos Seleucidarum, sive Æram Chaldæorum, cuius annos Ptolemęus annotat.

REGES SYRIÆ.

Primus Syrię rex SELEUCUS NICANOR an. 30 circiter.
Anni Græcorum in libris Maccabæorum annotati, numerantur ab huius anni fine: aut sequentis initio.
Agathoclis in Asiam trajectio.
3663 *Hercules Alexandri filius interfectus. Diod. & Iustin. lib. 15.* 30[illegible]
Cleomenes Lacedæmoniorum rex moritur, cum regnasset ann. 60. menses 10. Successit Aretas filius, qui regnavit 44.
Amilcar dux Carthaginensium captus & occisus à Syracusanis & centum viginti millia peditum & quinque millia equitum exiguus hostiũ numerus ope fraudis & loci superavit. Diod.
3664 *Olympias 118. V. C. 445.* 307
3665 *Demetrius pugna navali vincit Ptolemæum. Diod.* 30[illegible]
Agathocles iterum vincit Carthaginenses pugna navali: tandem ex Africa fugit, ejusque milites deficiunt ad Carthaginenses. Diod.
3666 *Agathocles cum Carthaginensib. pacem facit. Diod.* 305
3668 *Olympias 119. V. C. 449.* 303
XXIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *hoc est*, hebdomadum annus 155.
Coss. spacio 60 dierum oppugnando capiunt 41. oppida Æquorum: quorum pleraq; diruta ac incensa: nomenq; Æquorum prope ad internecionem deletum. Liv.

FASTI ROMANORUM.

C. Flavius Scriba Ædilis Curulis Civile Ius repositum

in penetralib. Pontificum evulgavit, & FASTOS circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur. Liv.

Romani & Samnites pacem fecerunt bello gesto per annos 22. menses 6. Diod.

3670 *V. C. 451. A morte Salom. 700.*

Mithridates interfectus cum regnasset 35. an. successit filius Mithridates in regno Cappadociæ & Paphlagoniæ, & imperavit an. 36. Diod. 301

Diodori Siculi historia deficit.

3671 *ANTIGONUS Rex Asiæ interficitur, succedit Demetrius Polyorcetes annis 17. Euseb.* 300

3674 *Cassander Rex Maced. moritur, cum regnasset ann. 18. Euseb. Iustin. 16.* 297

3675 XXIV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 162. annus hebdomadum Danielis. 296

3677 *Pyrrhus regnare cœpit.*

V. C. 458. Pugna ad Clusium, in qua cum equitatus Romanus à Gallis in fugam verteretur, Decius Coss. se devovit pro Romanis, morteq́; sua victoriam civibus tradidit. Huius Decij pater se quoque pro Romanis legionibus devoverat ante annos 44. Liv. 294

Timocbares Alexandrinus vixit an. 36. primæ periodi Calippi. Ptolem.

3679 *Papyrius Cursor Cos. egregiam de Samnitibus retulit victoriam cæsis eodem die Samnitum 30. millibus, trecentis quadraginta: captis 3870. captis item signis militaribus 97. Livius.* 292

3680 *Olympias 122. V. C. 461.*

Decas I. Livij desinit. Tota II. Decas interiit: qua iactura amisimus historiam annorum 70. 291

Theocritus Bucolici carminis scriptor, & Euclides Megarensis claruerunt.

Menander Poeta Comicus obiit. Eus.

3682 XXV. HEBDOMAS DANIELIS, *id est*, 169. annus hebdomadum incipit. 289

M. Curius Cos. ad focum sedens & rapis coquendis vacans, aurum oblatum à Samnitibus aspernatus est: malle se dictitans aurum habentibus imperare: quam aurum habere: quod talis cœna non indigeret multo auro. Cic. Senect. Plut. in Catone & Apophth.

3683 *Demetrius amittit regnum Macedoniæ.* 28[illegible]

3684 *Olymp. 123. V. C. 465.* 287

PYRRHVS in Macedonia regnat 7. mensibus.

LYSIMACHVS eum eycit, & regnat in Macedonia annis 5. Euseb. Iustin. 16.

III. Viri Capitales primi Romę creati.

3685 *Post Agathoclis mortem alter est Syracusanis tyrannus exortus Hieron, Hieroclis filius. Pausan. lib. 6.* 28[illegible]

3686 *Tertia secessio plebis Rom. in Ianiculum V. C. 467.* 285

3687 *Æra Dionysij.* 284

Ptolemæus (Lagi) moritur. Is contra jus gentium, minimo natu ex filiis ante infirmitatem regnum tradiderat. Iustin. 16.

3688 *Olymp. 124. V. C. 469. ab excisa Troia 900.* 283

PTOLEMÆVS PHILADELPHVS II. Lagidarum rex Ægypti regnavit an. 38. solus, quia biennio regnavit cum patre, teste Luciano & aliis.

Polybij historia (lib. 2.) incipit.

Vltima pugna successorum Alexandri, in qua occ[illegible] est Lysimachus anno ætat. 74. à morte Alexandri 42.

3689 *V. C. 470.* XXVI. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *hoc est*, 176. annus hebdomadum. 28[illegible]

SELEVCVS NICANOR I. Rex Syriæ 7. mense post victum à se Lysimachum ætatis suæ 77. interficitur à Ptolemæo Cerauno fratre conjugis Lysimachi. Iustin. 17. Oros. 3.

Ptolemæus Ceraunus in Macedonia regnat 1. annum. Iu[illegible] [illegible]. Euseb.

Pugna ad Lacum Vadimonis, qua Galli cæsi sunt a [illegible] [illegible]

3690 *Hoc tempore fluit Aratus, qui scripsit Phænomena, sive de sideribus carmen.* 281

ANTIOCHUS SOTER II. Rex Syriæ an. 19 completis. Euseb.

Bellum Tarentinum & cum rege Pyrrho.

3692 *Olympias 125. V.C. 473. A bello Xerxis 200.* 279

Pugna Pyrrhi cum Cos. Levino apud Heracleam: qua Italia primùm vidit Elephantos.

Milites Tarentini inter cœnandum multa liberius dixerant in Pyrrhum. Res ad eum delata est. Acciti sunt juvenes, ac periclitabantur omnes, cum factum nec negari posset nec defendi. Tum unus illorum deterioris ingenij, Imo, inquit, Rex & ista diximus & longè acerbiora dicturi fueramus, nisi nos lagena defecisset, linguæ petulantiam in temulentiam rejiciens. Itaq; mox ira Principis in risum versa dimissi sunt. Quis neget hoc dictum fuisse bene collocatum? Eras. 6. Apoph.

ANTIGONUS GONATES filius Demetrij Polyorcetæ occupat Macedoniam, & in ea regnat an. 36. Ab hoc tempore Macedones tenuerunt regnum suum usque ad Persea ultimum regem captum a Romanis. Euseb. & Iustin. 25.

3693 *A morte Mosis & initio Iosuæ 1200.* 278

Appius Claudius Cæcus cum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus cum Pyrrho faciendum: non dubitavit ea, quæ versibus complexus est Ennius, commemorare:

Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant,
Antehac, dementi sese flexêre ruina. Cic. Cat.

Secunda pugna Pyrrhi cum Romanis ad Asculum, cæsa Romanorum 5000, Pyrrhi 20000.

Galli è Græcia pulsi, & dux eorum Brennus mortuus. Pausf. 10. Iustin. 24.

3694 *Quidam perfuga pollicitus est Fabricio Cos. si præmium sibi daretur, in castra rediturum, & regem Pyrrhum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum* 277

3598 XIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *idest*, hebdomadum annus 85. 373

Hoc anno quintum mutata est forma Rom. Reipubl. Quia à tribunis militum ad Tribunos plebis recidit administratio Reipublicæ. Hanc magistratuum solitudinem Diodorus appellat ἀναρχίαν & ei tribuit quadriennium.

Magni terræmotus & inundationes incredibiles in Peloponneso.

3599 *Helice & Bura deletæ, altera hiatu terræ, altera fluctib. Pauf. Strabo.* 372

3600 IVBILÆUS MUNDI 72. *Mosis 22.* 371

Olimp. 102. V. C. 381.

Græciæ civitates Artaxerxe cohortante pacem faciunt inter se præter Thebanos. Diod.

3601 *Pugna Leuctrica: victi Lacedæmonij à Thebanis ad oppidum Leuctra, ducibus Pelopida & Epaminõda. Cleombrotus Lacedæmoniorum rex occubuit. Diod. & Probus in Epaminonda.* 370

3602 *ALEXANDER XVII. rex Maced. an. 1. Diodor.* 369

Tres viri in imperio viventes eodem tempore vitam reliquerunt. Amyntas rex Maced. mortuus anno regni 24. relictis tribus filiis, Alexandro, Perdicca et Philippo. Successit Alexander & unum annum gubernavit. Similiter Agesipolis Lacedæmoniorum rex obijt anno 1. regni. Successit Cleomenes frater qui regnavit 43. annis. Tertius Jason Pherensis per dolum interfectus. Successit frater Polydorus qui imperavit unum annum.

3604 *Olimp 103. V. C. 385. Dionysius senior, Siciliæ tyrãnus Mor. Successit ei Dionysius Junior.* 367

PTOLEMÆVS ALORITES XVIII. Rex Maced per dolum interfecto Alexandro fratre in Macedonia regnat. an. 3. Diod.

3605 XIV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *idest*, hebdomadum annus 92. 366

Coss.

3607 Coss. è plebe primùm Romæ creati. *Primus Prætor, primi Ædiles Curules Romæ creati. V. C. 388. Hinc ad Ciceronis Præturam 300.* 364

Ptolemaus Macedonum rex interfectus à Perdicca fratre, qui ei in regno successit.

PERDICCAS XIX. rex Maced. an. 5. Diod

3608 *Olymp. 104. V. C. 389. Pelopidas Thebanorum dux in prælio cadit. Diod.* 363

Camillus moritur, qui Remp. Romanam à Gallis vastatam restituit in integrum. Eclipsis Solis. Plutarch. in Pelop. *Item Diod.*

3609 *Pugna ad Mantineam: victi Lacedæmonij à Thebanis.* 362

Epaminondas dux Theb. Mor relictis duabus filiis (ut ipse loquebatur) victoria Leuctrica *& Mantinea. Xenoph.*

Xenophontis historia de bello Græcorum desinit.

3610 *Artaxerxes rex Persarum vita defunctus est cum regnasset 43. Successit ARTAXERXES OCHUS VIII. Pers. rex annis 23.* 361

3611 *Curtius equo insilit in vastum specum, qui ab ipso lacus Curtius appellatus.* Liv. 360

Perdiccas Maced. rex ab Illyriis victus occumbit.

3612 *Olymp. 105. V. C. 393.* XV. HEBDOMAS DANIELIS, *id est*, hebdomadum annus 99. incipit. 359

PHILIPPUS rex Maced. ann. 24. Hujus res gestas in annos singulos distributas habent, Diodorus, Gemistus Piethon, *& alij.*

Galli Anienem transgressi non procul ab urbe Roma castra ponunt.

MONOMACHIA Manlij Torquati & Galli apud Anienem: Manlius Gallo torquem detraxit, sibi q; tam torquem quam nomen Torquati induit.

Xenophon Mor. Laert.

3613 Annus 100. HEBDOMADUM DANIELIS inchoatur 358

3614 ... Diod.
Philippus cum Crenidas oppidum cepisset, inductis multis ... incolis, vetus nomen abolevit, & instituit, ut de suo nomine urbs appellaretur Philippi. Diod. ... hos Philippenses scripsit Paulus epistolam.
3615 Templum Delphicum direptum à Phocensibus, unde ortum bellum sacrum decennale, inter Phocenses ... Thebanos. Paus.
Eclipsis Lunæ. Plutarch. Crusius die 22. Augusti.
3616 Olymp. 106. V. C. 379. Alexander M. Nasc. die sexto ... : quo die pater Philippus per Parmenionem Illyricos prælio vicerat: Potidæam ceperat: in Olympico certamine Victor declaratus fuerat. Quibus auditis Deos oraverat, ut hanc felicitatem levi aliquo incommodo expiarent. Eodem die templum Dianæ Ephesi conflagravit: ubi sacerdotes per oppidum quasi lymphati discurrentes, magnum eo die malum Asiæ alicubi nasci vociferati sunt. Plutarch. in Alex. Solin. cap. 49.
Philippus Macedonum rex, cum triplicis et felicitatis nuncium eadem die accepisset: primum Olympus ... : quodque Præfectus ejus Parmenio ... superasset: tertium verò uxor ... peperisse: sublatis in cœlum manibus dixisse fertur: O dij, mediocre aliquod infortunium tot tantisque felicitatibus meis opponatis oro. Jacob. Sadolet.
Bellum sociale finitum est cum durasset triennio. ...
3618 ... de plebe Dictator Romæ dictus, C. Martius Rutilus: id verò patribus indignum videri, etiam dictaturam jam in promiscuo esse. Liv. 35
Philippus rex Macedonum urbem Methonam expugnavit, direptamq; evertit. Diod. Gemistus.
3619 XVI. HEBDOMAS DANIELIS incipit, ..., hebdomadum annus 106.
Philippus Macedo cæcidit ad 6000. Phocensium ...

[illegible]

[illegible] *Olympiade* [illegible] 351

[illegible]

[illegible]

[illegible] *Ægyptios bello, sum-* 350
[illegible] *Phœniciam & Cyprum*
[illegible] *per proditionem de-*
[illegible]

[illegible] *Liv.* 349

[illegible] *tempore dicti sunt* 348
[illegible]

[illegible] *Contra pugnan-* 347
[illegible] *Corinthii* [illegible]
[illegible] *Monarchiam* [illegible]

[illegible] *Liv. Athen.* [illegible]

[illegible] *Philippo Macedone.*

[illegible] *legatis Romam* [illegible] 346
[illegible] *ac societatem petentes venis-*
[illegible]

XVII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, 345
[illegible], hebdomadum annus 113.

[illegible]

[illegible] *pulsus, inops venit Corin-* 342
thum. [illegible]

[illegible] *constituit.*

[illegible] 341

[illegible] *Alexandri Magni, atat. Alex.*
[illegible] *Imperium 300.*

[illegible] *a Timoleonte* [illegible] *Si-*
[illegible] *est.*

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS 338
[illegible], hebdomadum annus 120.

[illegible] *IX. Persarum rex an. 5.*

[illegible] *Manlius Torquatus dicta-*
[illegible] *quod contra Dictatoris man-*
[illegible] *domestis. Liv. dec.*
[illegible]

Decius pater se devovit pro legionibus Romanis. Hinc ad filij ejus devotionem anni 44.

3634 *Pugna ad Cheronaam, qua victi sunt à Philippo Macedone Athenienses & Thebani. Huic pugnæ interfuit Alexander, agens annum ætat. 18. Iust. 9.*

Isocrates orator Mor. ætat. 98.

3635 *DARIUS X. & ultimus Persarum rex ... re-gnare cepit ante hujus anni finem.*

3636 *Olymp. 111. V. C. 417. à Carano 478.*

PHILIPPUS Macedonum rex occisus ætat. 46. Diod. Iust. 9.

REGNUM ALEXANDRI MAGNI.

Qui totum penè orbem partim vi & armis, partim terrore subegit.

ALEXANDER MAGNUS regnat an 12 mens. 7. aut 8. Hujus res gestæ secundum annos singulos, legantur apud Diodorum, Arrianum, Curtium, Plutarchum, Iustinum & alios. Estque hic annus ætatis Alexandri 20. Ea gessit quæ plus reperiant admirationis quàm fidei. Suid.

3637 *Theba deleta ab Alexandro Magno post captas à Lysandro Athenas 70. Thebanorum numerus fuit supra 6000. capti plures 30. millib. Diod.*

Timocleæ factum. Plutarch. in lib. de virtutibus mulierum.

3638 *Expeditio Alexandri in Asiam.*

Pugna ad Granicum flumen, qua Alexander Darij copias primò profligavit.

3639 *Pugna ad Issum, qua Alexander Persas secundò vicit.*

Continentia heroica Alexandri parcentis pudicitiæ ... regis Darij, quod in ipsius potestatem venerunt.

3640 *Olymp. 112. V. C. 421.* XIX. HEBDOMAS DANIELIS, *id est*, annus hebdomadum 127

Alexander Tyrum capit post 7. mens. obsidionem.

Alexan-

[illegible] venit.

[illegible] Iudæ- [illegible]

[illegible] 330

[illegible]

[illegible]ONARCHIA III. GRÆ- 329

[illegible]ORUM.

[illegible] ad Iulij Monarchiam 282.

[illegible]gusti 300.

[illegible] Monarchiam tenuit ſeptennio.

DARIUS [illegible] interfectus à Beſſo Præ- [illegible]

[illegible] quæ eſt annorum 76. [illegible] morte Cyri 200.

[illegible] Hircaniam, [illegible] 328

327

[illegible] ad Caucaſum [illegible]

[illegible] Alexandrum, [illegible]

[illegible] Ind. & alia. 326

[illegible] Nicæam & Bucephalum [illegible]

[illegible]BDOMAS DANIELIS incipit, 324

[illegible] annus 124.

[illegible] Alexander [illegible] Chaldæ[illegible]

vates, nunciantes se nosse ex divinatione ...
Babylone ei mortis periculum imminere. Philosophi
autem persuaserunt Alexandro, ut contem-
tis illorum divinationibus Babylonem in...
Diodor.

3648 *Olymp. 114. V. C. 429.*
ALEXANDER MAGNUS ...
regni 12. mense 7. vixit an. 32. mens. 7. aut ...
& alij.
Mortuus est Alexander M. post Cyrum ...
qui apud Persas regnare cœpit Ol...
A regno Nabonassaris ad mortem ...
guntur anni 424. Ptolem.
Est à partitione terræ annus 1148. hoc ...
Solar. A morte Salomon. 678. Da...
sonis 838. Romuli 392. Cyri 2...
100. Hinc ad mortem Iulij 280. hoc ...
Solar.
ARIDÆVS XXII. Rex Mac...
Alexandri an. 7.
Regnum Lagidarum in Ægypto annorum ...
Ptol. Clem.
Ptolemæus Lagi, mortuo Alexandro regnat in Æ-
gypto an. 39. ab hoc Ptolemæo L... filio dicun-
Lagidæ.
Bellum Lamiacum: Athenienses ab ...
nonem victi urbem dediderunt: ...
nis potitus mutat formam Reipub. ... Plut.

3650 IVBILÆVS MVNDI 73. ...
Aridæus consumtis duobus ferè annis ... um appa-
ratu deportat Alexandri M. cadaver de Babylo-
ne Alexandriam in curru aureo. Diod.
Aristoteles & Demosthenes Mor. ætat. 63. à morte
M...

3651 *V. C. ... Caudina, Romani apud Caudium*
victi ... ac sub iugum missi, turpi foede-
ris ... Gell. lib. 17. c. 21.

[illegible] *Troia ad V. C. & inde a* [illegible]
[illegible] *anni 432.*
[illegible] *exercitu, cum regnasset ann.*
[illegible]

[illegible] *annus* [illegible] *V. C. 415.* 319
[illegible] *primus regnavit* [illegible] 318
[illegible]
[illegible]
[illegible] *1200. ante mortem.* 317
[illegible]

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS

[illegible] *annus 141.*
[illegible] *quibus* [illegible]
[illegible]
[illegible] *Thuc.* [illegible]
[illegible]
[illegible] *Iustin.* [illegible] 316
[illegible] *ab Olympiade* [illegible]
[illegible] *in Macedonia* [illegible]
[illegible]
Olympias [illegible] *V. C. 437.* 315
[illegible] *Diod. A diluvio Nohe* [illegible]
[illegible]
[illegible] *XIII. Rex Maced. an. 18.*
[illegible] *Thebas instaurat anno 20. post, quam fuerant ab Alexandro dirutæ. Diod.*
[illegible] *ex ducibus Alexandri M. occisus.*
[illegible] *Alexandri* [illegible] *mater (quæ Aridæum* [illegible]
[illegible]
[illegible] *V. C. 441.* 311
[illegible] *App. Claudium Cens.* [illegible]
[illegible] *quæ* [illegible] *nomine nuncupatur.*

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS in [illegible] 310

[illegible] *Alexandri M.* [illegible]
[illegible]
[illegible]

Ægypto, Antigonus Asiæ, Seleucus Syriæ. Diodorus.

Ab hujus anni autumno ordimur annos Seleucidarum, sive Æram Chaldæorum, cuius annos Ptolemęus annotat.

REGES SYRIÆ.

Primus Syrię rex SELEUCUS NICANOR an. 30 circiter.

Anni Græcorum in libris Maccabæorum annotati, numerantur ab huius anni fine: aut sequentis initio.

Agathoclis in Asiam trajectio.

3663 *Hercules Alexandri filius interfectus. Diod. & Iustin. lib. 15.* 30[illegible]

Cleomenes Lacedæmoniorum rex moritur, cum regnasset ann. 60. menses 10. Successit Aretas filius, qui regnavit 44.

Amilcar dux Carthaginensium captus & occisus à Syracusanis & centum viginti millia peditum & quinque millia equitum exiguus hostiū numerus ope fraudis & loci superavit. Diod.

3664 *Olympias 118. V. C. 445.* 30[illegible]

3665 *Demetrius pugna navali vincit Ptolemæum. Diod.* 30[illegible]

Agathocles iterum vincit Carthaginenses pugna navali: tandem ex Africa fugit, ejusque milites deficiunt ad Carthaginenses. Diod.

3666 *Agathocles cum Carthaginensib. pacem facit. Diod.* 30[illegible]

3668 *Olympias 119. V. C. 449.* 30[illegible]

XXIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *hoc est*, hebdomadum annus 155.

Coss. spacio 60. dierum oppugnando capiunt 41. oppida Æquorum: quorum pleraq; diruta ac incensa: nomenq; Æquorum prope ad internecionem deletum. Liv.

FASTI ROMANORUM.

C. Flavius Scriba Ædilis Curulis Civile Ius repositum

[illegible] & FASTOS [illegible], ut quando lege agi pos[illegible]

[illegible] fecerunt bello gesto per an- [illegible]

V. C. [illegible] 301

[illegible] cum regnasset 35. an. successit fi- [illegible] Cappadocia & Paphlago- [illegible]. Diod.

[illegible].

[illegible] Rex [illegible], succedit 300
[illegible] annos [illegible].

[illegible], cum regnasset ann. 18. 297
[illegible].

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS 296
[illegible] annus hebdomadum Da-
[illegible]

[illegible]. 294

[illegible] Cæsium, in qua cum equitatu [illegible] in fugam verteretur, Decius Coss. [illegible], morteq. sua victoriam [illegible]. Huius Decij pater se quoque pro Romanis [illegible] devoverat ante annos 44. Liv. [illegible] Alexandrinus vixit an. 36. prima periodi Calipp. [illegible].

[illegible] Cursor Coss. egregiam de Samnitibus retulit vi- 293
[illegible] eodem die Samnitum 30. millibus, tre- [illegible] quadraginta: captis 3870. captis item signis [illegible] 97. Livius.

[illegible] 122. V. C. [illegible]. 293

[illegible]. Tota II. Decasimerus qua [illegible] historiam annorum 70.

[illegible] carmina scriptor, & Euclides Me- [illegible].

[illegible] Poeta Comicus [illegible]. Eus.

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS, [illegible] 289
[illegible] hebdomadum incipit.

[illegible] per [illegible] Pannoniam, [illegible] 281
[illegible].

ANTIOCHUS SOTER II. Rex Syriae [illegible]
[illegible]

[illegible] Pyrrho.

Olympias [illegible] *a bello Xerxis 200.* 279

[illegible] *apud Heracleam: qua* [illegible] *Elephantos.*

[illegible] *multa liberius di-* [illegible] *delata est. Ad cui(us)* [illegible] *omnes, cum factum* [illegible] *Tum unus ex iis* [illegible] *Rex & ista diximus &* [illegible] *nisi nos lagena de-* [illegible] *temulentiam rej*[illegible] [illegible] *Quinam* [illegible] *collisi*[illegible]

ANTIGONUS GONATAS filius Deme[illegible] *Macedoniam, & in ea re*[illegible] *an.* [illegible] *Ab hoc tempore Macedones tenue*[illegible] *regnum* [illegible] *ad Persea ultimum regem captum a Romanis.* [illegible] *& Iustin. 25.*

A morte Mosis & initio Iosue 1250. 278

Appius Claudius Caecus cum sententia Senatus inclina-
ret ad pacem & foedus cum Pyrrho faciendum: non
[illegible] *ea, quae versibus complexus est Ennius,*
[illegible]*memorare:*

[illegible] *vobis mentes, rectae quae stare solebant,*
[illegible] *dementis sese flexere viai. Cic. Cat.*

[illegible] *Pyrrhi* [illegible] *ad* [illegible]
[illegible]

[illegible] *Graecia* [illegible] *&* [illegible] *Brenno* [illegible] *mortem*
[illegible] *Iustin. 24.*

[illegible] 277
[illegible] *Pyrrhum*
[illegible]

[illegible] *Eutrop.* 266

[illegible] *primum excitatum est, se-* 264
[illegible]

Distantiae [illegible] bella Punica pertinentes.

[illegible]	[illegible] *finem 23. 3730.*
	[illegible] *secundi (exclusivè*
	46. 37[illegible].
	[illegible] *secundi 45. 3770.*
	[illegible] *tertij 1[illegible]6. 3823.*
	[illegible] *tertij 1[illegible]9. 3826.*
[illegible]	[illegible] *secundi, exclusivè*
	23. 3763.
	[illegible] *secundi 46. 3770.*
	[illegible] *tertij 93. 3823.*
	[illegible] *tertij 9[illegible]. 38[illegible].*
[illegible] *principio [illegible] belli Punici ad*	[illegible] *finem 1[illegible]. 3[illegible].*
	[illegible] *tertij 7[illegible]. 3[illegible].*
	[illegible] *tertij 73. 3826.*
[illegible] *fine secundi [illegible] Punici ad*	[illegible] *tertij 53. 38[illegible].*
	[illegible] *tertij 56. 3826.*

Olymp. 1[illegible]. V. ([illegible] 265
[illegible] *lib. 1.) incipit, praeterquam quòd repetit res superiorum temporum ab Olympiade 124. hoc est, an. mundi 3688.*

[illegible] imum bellum Punicum, gestum à Romanis ad[illegible]sus Carthaginenses, duravit annos 23.

[illegible]IX. HEBDOMAS DANIELIS [illegible], 261
[illegible] annus hebdomadum incipit.
[illegible] *captum à Romanis.*

[illegible] *TIOCHUS THEOS III. Rex Syri*[illegible] 260
[illegible] *Euseb.* [illegible] *conjuges:* [illegible]
[illegible] *Seleuci Callinici & Antiochi, qui dictus*
[illegible] *Hierax: & Berenicen filiam Ptolem. Phila*
delphi,

[illegible] 61

[illegible] multiplicati 312. per 7. fiunt [illegible]

[illegible] HE[illegible] DANIELIS ad e[illegible]

[illegible] annus [illegible] incipit.

[illegible] completo templo

[illegible]

[illegible] rex moritur. 246

[illegible] Christi [illegible] De hac [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] EVERGETES, [illegible] 245

[illegible]

[illegible] SELEUCUS 244

[illegible] regnat [illegible]

[illegible]

[illegible] Ptolemai Evergetis [illegible]

[illegible] Iustin. 27.

[illegible] Antiochus Hierax.

Olympias [illegible] 243

DEMETRI[illegible] Macedonum an. 10. Po[illegible] 2. Euseb.

[illegible] 242

[illegible] Pugna [illegible] victi Carthaginenses à 241

[illegible] Lutatio Coss. & primum bellum Punicum fini[illegible] est.

[illegible] tempora Ptol. Evergetes Seleucum Callinicum [illegible] Iustin. 27. Eutrop. 3.

[illegible] Romanos & Carthaginenses facta. 240

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS in[illegible] [illegible] Coss. 218. annus hebdomadum.

[illegible] Amilcare.

[illegible] a Coss. qui intra sex dies [illegible] cesis [illegible] Eutrop. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Prima fabula Romæ acta à Livio Andronico Poeta Comico. Cic.

3733 *Ennius Poeta nascitur. Cic. Gell.*

3734 *Galli Cisalpini novi extitère hostes, in primo conflictu Valerij Cos. 3500. cecidère Romani: secundo 14. millia Gallorum cæsa, duo millia capti sunt.*

Bellum Ligusticum contra Ligures susceptum. Sigonius.

Finitum est bellum Africum, quo Carthaginenses Africam recuperârunt, cum durasset an. 3. mens. 4. Polyb. 1.

Amilcar a Carthaginensibus mittitur in Hispaniam: Annibale filio comite, qui tum ferè nonum ætatis annum agebat. Polyb. 2.

3737 *V. C. 518. Ianus Clausus II.* 234

3738 XXXIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 225. annus hebdomadum. 233

ANTIGONUS in Macedonia regnat an. 15 Euseb.

Medium inter exitum ex Babel & inter excidium Hierosolymorum: utrinq; an. 303.

3740 *Olymp. 137. V. C. 521.*

Iesus Syrach floret. Euseb.

Cato major natus est. Cic. senect.

3741 *Nævius poeta fabulas apud populum Romæ dedit. Gellius 17.* 230

3742 *Amilcar pater Annibalis obiit. Polyb.* 229

3743 *Bellum Illyricum. Prima Romanorum cum exercitu transfretatio in Illyriam. Polyb 2.* 228

DEMETRIUS Rex Macedonum obiit. Polyb. lib. . .

3745 XXXIV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 232. annus hebdomadum. 226

3747 *Bellum Gallicum Cisalpinum, de quo Polybius 2. Plut. Perierunt eo prælio 40. millia Gallorum.* 224

Seleucus Callinicus obiit. Succedit SELEUCUS CERAUNUS

[illegible]

[illegible] PTOLEM[illegible] VI. Rex [illegible] [illegible] anno prope completo regnavit [illegible] à morte Alexandri Magni 101. 222

[illegible] Messi. 25. 221

[illegible] victi à Romanis [illegible] Iovi spolia [illegible]

[illegible] Romanis. Eutrop. Oros.

[illegible] III incipit. 220

[illegible] etat. 26. interfecto fratre [illegible] cum an. 8. exer[illegible]

PTOLE[illegible] PHILOPATOR IV. [illegible]

[illegible] 219

[illegible]MAS DANIELIS inci[illegible] hebdomadum.

[illegible] & reliquos trans Iberum [illegible] Appian. in Hisp[illegible]

[illegible] oppidum Romanis [illegible] 218 [illegible] cepit. Saguntum longa ob[illegible], ut maluerint [illegible] quàm in [illegible] de Romanorum discede[illegible] Nec im[illegible] Polyb. Liv. [illegible] Saguntini [illegible] communi [illegible]

[illegible] Punicum à tori 17. de- 217
[illegible]

scriptum à Polybio, Livio, Silio Italico, Appiano Alexandrino, Æmilio Probo in Annibale, Eutropio, Orosio.

Pugna ad { *Ticinum amnem* / *Trebiam flum.* } *Romani à Carthaginensibus duce Annibale victi.*

Ex hac re tantus terror Romanos invasit: ut crederent: Pœnum victorem jam ad urbem venturum. Polyb.

Antiochus & Ptolemæus Syriacum bellum inceperunt.

3755 *Pugna ad lacum Thrasimenum commissa: in qua ad 15. millia Romanorum, alij 25. alij 20. cæsa: sex millia (ut refert Val. Max. lib. 1. cap. 6. d. 6.) capta & decem millia fugata sunt. Consulis obtruncati corpus ad funerandum ab Annibale quæsitũ est: qui quantum in ipso fuerat, Romanum sepelierat imperium.*

Livius lib. 2. Dec. 3. Ad Thrasimenum lacum tantus fuit ardor animorum, adeo intentus pugnæ animus, ut eum terræmotum, qui multarum Urbium Italiæ magnas partes prostravit, avertitq; cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit. Tres fermè horas pugnatum est & ubique atrociter: donec Insuber equum faciemq; noscitans Consulem Flaminium lancea transfixit.

Cunctatio Fabij Dictatoris rem Romanam restituit: cujus non dimicare vincere fuit, ut ait Valer. Maxim.

3756 *V. C. 537. à Diluvio 2100. Pugna ad Cannas Apuliæ vicum: in qua ceciderunt 40. (alij 44.) millia Romanorum, die 2. Augusti. Macrob. lib. 1. cap. 16. Gell. lib. 5. cap. 17. Vide etiam Dionys. Halicar. & Orosium.* 213

Distat clades Cannensis ab Alliensi [illegible].

[illegible]

non procul ab urbe Roma, estque annus 149. ab e[illegible] tempore, quo Galli Anienem trãsgressi sunt Roman[illegible] occupaturi.

Eodem anno, Manlius, cum ei Consulatus deferretu[r] ab omnibus, isq́; eum prætextu adversæ valetudini[s] recusaret, nec audiretur: instantibus cunctis, alium, inquit Quirites, quærite, in quem hunc honorẽ trans feratis: Nam si me eum gerere coegeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. Val. 6. cap. 4. d. 1.

3762 *Ætoli adjuvantibus Romanis cũ Philippo rege bellum gerere cœperunt.*

Scipio Africanus novam Carthaginem urbem H[illegible]niæ opulentiss. expugnat. Atque hæc prima eius est victoria: in qua illustre illud continentiæ suæ edidit specimen. Virginem enim captivam sponsam Allucij, ad se adductam intactam & sancte custoditam, ad parentes & sponsum remisit: addito etiã auro, quod parentes pro redimenda ea attulerant, dotis loco. Quo facto rumor de eo increbuit per Hispanias: venisse diis simillimum juvenem, vincentem omnia cum armis, tùm benignitate ac beneficiis. Liv. Val. M.

3763 *Tarentum à Q. Fabio Cos. per proditionem arte Punica receptum.* 208

3764 *Olymp. 143. V. C. 545.*

Iesus Syrach anno 38. Ptolemæi Evergetis librum suum scripsit, ut ipse testatur.

Pugna ad Venusiam: Marcellus V. Cos. in prælio occisus, & à Victore Annibale magnificè sepultus. Liv. Alter etiam Cos. Quinctius Crispinus saucius [illegible] & ex vulnere obiit. Ita uno eodemq; anno Respub. Rom. utroq; Consule orbata est.

3765 Romani primum auro signato uti cœperunt, an[illegible] ex quo argento signato usi fuerant.

Asdrubal filius Amilcaris, frater Anniba[illegible] [illegible] Cos. Claudio Ne[illegible] [illegible]niverso exercitu suo deleto. Quinquagin[illegible] [illegible]x millia

[illegible] *quadringenti.* [illegible] *nullo ferme nullo* [illegible]

[illegible] *caperat* [illegible] *nullo aut imperio* [illegible] *omnes deleri* [illegible] *Val. Max. lib. 3. cap.* [illegible]

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS, 205
[illegible] annis hebdomadum incipit.

[illegible] *auspicio P. Cornelij Scipionis* [illegible] *Hispania expulsi sunt.*

[illegible] *negligentia virginis* [illegible] *habita. Liv. Valer. Max.* [illegible] *tenebras non occupasse totum terrarum* [illegible] *& claro scilicet lumine ex* [illegible]

[illegible] *Scipionis Africani.* 204

Olymp. [illegible] 203

[illegible] *primum instituti, ut fierent prid. Id. April.*

[illegible] *EPIPHANES V. Æ* [illegible] 202

[illegible] *capitur à Scipione. Polyb. 14.*

[illegible] *a Lælio ad Scipionem pertractus* [illegible] *dextram regio insidens solio arroganti* [illegible] *ad eius genua supplex procubuit,* [illegible] *affluunt subito, dilabuntur re* [illegible]

[illegible]

[illegible] *utum quatuor mil-* [illegible]

[illegible] *orum potestatem tota Asia* [illegible]

[illegible]

[illegible] *incipit, continet pro-* [illegible] 188

[illegible] *Rege Syriæ & victa Asia* [illegible] *volunt. Fæ-* [illegible] *: Gallograeci* [illegible] *datæ. Li-* [illegible]

[illegible] *ab Antio-* [illegible] *Linternum concessit:* [illegible] 186

[illegible] 185

[illegible] *ab exercitu Asiatico invecta* [illegible]

Antiochus Magnus Rex Syriæ obiit, cum regnasset 36. [illegible]

SELEUCUS PHILOPATOR VII. Rex Syriæ regnat an. 12.

XL. HEBDOMAS DANIELIS in- 184
cipit. *V. C.* [illegible]

P. Corn. Scipio Africanus major cum res maximas totis 27. annis gessisset, moritur Linterni ætat. 54. ibidemq; etiam sepeliri voluit: ne ingrata patria vel ossibus potiretur. Alij ad se 7.

Scipio Africanus minor Carthaginis eversor natus est [illegible] *ferme anno.*

Olymp. 149. V. C. [illegible] *Ab excidio Troiæ 1000. à* 183
morte Romuli 532.

Plautus Poeta mor. Censore Catone Majore. Cic.

Annibal dux Carthag. veneno gustato periit ætat. 63. 182
completo: atq; ita populum Rom. diuturna cura liberavit. [illegible]

Philopœmen dux Achæorum in carcere & vinculis veneno necatus expiravit.

3790 *V. C. 571. Perseus Philippi regis Macedonum filius Demetrium fratrem tentati in se parricidij accusat apud patrem. De ea tres orationes Patris Persei & Demetrij, quæ mirifico excellunt artificio apud Liv. studiosi sibi commendatas habeant.*

3791 *Annus 1000. à condito Lavinio & ab adventu Æneæ in Italiam & regno eius apud Latinos post mortem Latini soceri. A regno Davidis 900. à regno Samsonis 1000. A nato Iacob 1680. compl.*

Demetrius filius Philippi regis Macedonum iubente patre de falsis criminibus veneno necatur. Livius.

IANNA HYRCANVS II. XV. & postremus dux Iuda ex stirpe Davidis fuit, ita domus David fit truncus putris, unde exoritur virga Iesse. Esa. 9. Euseb. Philo Annij.

3792 *Olymp. 150. V. C. 573.*

PTOLEMÆVS PHILOMETOR VI. Ægypti rex an. 35. Euseb. 34. Epiphan.

3793 *PHILIPPVS rex Macedonum moritur, confectus animi ægritudine ob Demetrium filium falsis Persei delationibus veneno necatum.*

PERSEVS ultimus rex Macedonum regnat ann. 11. Liv. Hic regno potitus, Legatos Romam misit ad amicitiam paternam renovandam, petendumq́; ut Rex à Senatu appellaretur. Liv.

3794 XLI. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, annus hebdomadum 281. Annus à morte Æneæ 1000. à regno Iosuæ 1300.

Incipit V. Decas Livij.

3795 *Bellum Istricum.*

3796 *Olymp. 151. V. C. 577. à prima Olympiade 600.*

Petilius Consul in Liguria bellum gerens, cum montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret: interq́; adhortationem militum dixisset: hodie ego Letum utiq; capiam: inconsideratius præliando, fortuitum iactum

vitis

[illegible] Max.

[illegible] PHILOPATOR Syriæ Rex 174
[illegible].

ANTIOCHUS EPIPHANES Magni fi[illegible] Romanis [illegible] tre datus, dimissus Roma con[illegible] Syriam, [illegible] in regno successurus.

Ab [illegible] tépli Salomonis ad eius destructio nem [illegible] Antiochum, qui templum secun [illegible] sunt spacia, utrinq; an. 431

[illegible] Græcorum 137. 173

[illegible] EPIPHANES aliàs Epi[illegible] III. [illegible] an. 12. Regnare cœpit anni [illegible] Maccab. 1. a morte Alexandr[illegible]

[illegible]ion [illegible] emit ab Antiocho Epi phane [illegible] Hic Hiero[illegible] Gymnasium, instituit ludos, [illegible] Ethnicos in urbem Ierusalem [illegible] 2. *Maccab. 4.* à regno Davidis in Ierusalem [illegible].

Primus Liber MACCABÆORUM incipit & historiam annorum 41. complectitur, ab anno Græcorum 137. ad 177. Hic primum sacrarum literarum historiæ cum Romanis copulantur.

IVBILÆVS MVNDI 76. *Mosis 20.* 172
Olympiad. 152. U. C. 581. Græcorum 139.
[illegible] primi è plebe Coss. facti. Capitol. tab.
Macedonicum bellum II. contra Persen ultimum regem Macedonum.

Hoc fermè tempore Antiochus Epiphanes venit Hierosolymam à Iasone summo sacerdote magnificè exceptus, de quo 2. Macc. 4.

[illegible] & Statius poetæ vixerunt.

XLII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, [illegible], 228. annus hebdomadum. 170

[illegible]rima expeditio Antiochi Epiphanis in Ægyptum [illegible] vide Danielem cap. 11. Liv. Decad. 5. lib.

M[illegible] Onias, summum Sacerdotium emit [illegible] Ianone fratre suo. Præfuit Sacerdotio an[illegible]

[illegible] *ætatis 70. à nato Socrate 300.* [illegible]

[illegible] *Græcorum 143.* [illegible]

[illegible] *à morte Alexandri Ma*[illegible]

Pe[illegible] *Macedonum in pugna ad Pidnam captus* [illegible] *Paulo Imp. Cuius oratio super ea re le*[illegible] *Liv. Est* [illegible] *inter eminentiss. una. Hac* [illegible] *Macedonum transitum est ad* [illegible] *Hanc pugnam præcessit Eclipsis Lu*[illegible] *quæ anteccssit diem 4. Septembris. Li*[illegible]

Secunda expeditio Antiochi in Ægyptum.

Popilius Rom. legatus [illegible] *Antiochum Epiphanem virga circumscribit,* [illegible] *atque Ægypto discedere iubet, & subito responsum, quod differebat, dare cogit.* [illegible]

Antiochus Epiphanes Romanorum edicto ex Ægypto ejectus, Hierosolymam cum exercitu ingreditur, templum spoliat, urbem diripit, multos cives trucidat. 1. Macc. 1.

Prędixit hoc Daniel cap. 11. his verbis: Ad tempus præfinitum iterum ingredietur Australē terram (Ægyptum) nō tamen posterior expeditio simi[illegible] erit priori. Venient enim contra eum naves Kittim (legati Romanorum) & consternabitur, ac revertens indignabitur sancto fœderi (templo & urbi Ierusalē) & inibit consilia cum desertoribus sancti fœderis.

5805 *L. Æmilius Paulus Romæ triumphat de Rege Perse per triduum, 28. 29. & 30. Novemb. Eum triumphum ita descripsit Plut. ut & inde triumphandi ratio peti possit: & nihil usquam legatur de triumphis simile. Ductus est ante currum Rex Perseus unà cum duo*[illegible] 16[illegible]

Eadem

[illegible] *Pater filiorum &*
[illegible] *in provinciā Romanam*
[illegible] *Æmilium aliquot diebus*
[illegible] *Illyriorum Rege cum fratre,*
[illegible] *rum ducto.*
[illegible] *custodia decessisset: Senatus*
[illegible] *qui eum publico funere effer-*
[illegible] *jacere inhonoratas patere-*
[illegible] *l. 5. cap. 1. d. 1. Velleius mor-*
[illegible] *an. V. C. 589. Alij ad an. V.*
[illegible]

[illegible] *V. C.* [illegible] 165
[illegible] *historiæ*
[illegible] *auctoribus* [illegible] *manda*
[illegible]

[illegible]

[illegible] Dux ultimus de Domo Davidica [illegible] metu Antiochi. Hic de- [illegible] Davidicæ. Successerunt Maccabæi. [illegible] cap. 5.

MATATHIAS Sacerdos pater Maccabæorum regnat an. 1. Hujus viri filiorumque ejus pietate, virtute ac fortitudine immanes conatus Antiochi Epiphanis adversus Iudęos repressi, & divinitus instituti cultus suę puritati & integritati restituti sunt.

Idolum Iovis Olympij collocatur Hierosolymis in templo, die 15. mens. 9. anno Gręcorum 145. die 25. in ara nova sacrificaunt Idolo. 1. Macc. 1. Est [illegible] à dedicato templo secundo 350. [illegible] distant hujus templi dedicatio [illegible] [illegible]anatio.

[illegible] sabbatho pugnare in[illegible] 164
MATATHIAS pater Iudæ Maccabæi moritur [illegible] [Græ]corum 146. 1. Mac. [illegible] 2.
IUDAS MACCABÆUS Primus A[illegible] Dux Iudæorum [illegible] 1. Macc. 2.

Iudas Maccabæus profligat exercitum Appollonij cujus occisi gladio posthac in pręlijs usus est: Funduntur & Seronis præfecti Syriaci copiæ, parvaque manu trucidantur octingenti hostes. 1. Maccab. 3.

Hę primæ victoriæ clarum ubique fecerunt nomen Maccabæi.

Templum ante annos 167. extructum in mõte Garizim, dedicatur appellatione Iovis Cretensis. Ioseph.

Hecyra Terentij acta. V. C. 588.

3808 *Olympias 154. V. C. 589. Annus Græcorum 147.* 163

XLIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 295. annus hebdomadum.

Antiochus expeditionẽ suscipit in Persidẽ, & Gorgiam mittit ad devastandam Iudæam, cum quo feliciter præliatur Iudas Maccabæus, & trucidat 3000. hostium. 1. Macc. 4.

3809 ENCOENIA, id est, festum repurgati templi die 25. mensis 9. celebrari cœptum à Iuda Maccabæo anno Græcorum 148. 1. Maccab. 4. Hinc ad templum à Pompeio profanatum 100. 162

Iudas Maccabæus fundit exercitum Lysiæ. 1. Maccab. 4.

Rex Ptolemæus à minore fratre regno spoliatus, petendi auxilij gratia Romam venit. Val. M. 5.

Heautontimorumenos Terentij acta. V. C. 590.

3810 *V. C. 591. Græcorum 149.* 161

Iudas Maccabæus debellavit & devicit Idumęos, Ammonitas, Tyrios, item Timotheum, in cuius exercitu periere ad 8000. 1. Maccab. 5.

ANTIOCHUS EPIPHANES periit. 1. Macc. 6.

ANTIOCHUS EUPATOR Antiochi Epiphanis filius IX. Rex Syriæ. an. 2.

Annus Græcorum 150. Sabbatarius. V. C. 592.

3811 ELEAZAR Iudæ Maccabæi frater, confossi à se elephanti lapsu oppressus perit. 1. Macc. 6.

MENE

75

... occiditur: succedit Alcimus. 2. Mac. ...

Templum Oniæ Heliopoli in Ægypto conditum. Ios.

... Terentij acta.

Olymp. ... 151. 159

DEMETRIVS SOTER Seleuci filius X. rex Syriæ ... Eupatore & Lysia regnat annos ...

Nicanor interfectus à Iuda Maccabæo 13 Mensis Adar. Hic Nicanor extenso contra templum brachio iuraverat, se illud deleturum: Sed ei in acie interfecto, præcidi iussit Iudas Maccabæus caput & brachia, & ea ante templum suspendi. 1. Macc. 7.

Primum fœdus Iudæorum cum Romanis 1. Mac. 8. à principio regni Cyri 400. Hinc ad excid. urbis Hierosol. sub Vespasiano anni 210. inclusivè.

Adelphi Terentij acta.

L. Æmilius Paulus obiit. Val. Max. lib. 2. cap. ... lib. 5. cap. 3. ubi de paupertate Pauli Æmilij dicitur existimasse præclarè secum agi, si ex victoriis alij pecuniam, ipse verò patriæ salutem & gloriam sibi pararet.

Iudas Maccabæus occumbit in prælio fortissimè dimicans cum Bacchide Demetrij Duce. 1. Mac. 9. à regno Cyri 400. 158

IONATHAS regnat an. 18. 1. Maccab. 9.

Terentius Poeta mor. V. C. 594. Hinc ad natum Ciceronem 52.

... Romæ factum, cuius fluxu dies ... horas noctium & dierum anno V. C. 595. (secundum Varronem) Plin. lib. ... c. ...

Alcimus Sacerdos cū iussisset dirui interius atrium templi, percussus est Paralysi, & mor. mense 2. 1. Macc. 9. 157

Templum summo sacerdote caret septennio. Ios.

XLIV.

XLIV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *hoc est*, 302. annus hebdomadum.

Attilius Arator fit Imperator. Valer. Max. 4 cap. 4.

3816 *Olympias 156. V. C. 597. Græcorum 155. A morte Romuli 560. Hinc ad natalem Julij Cæsaris 56.*

Bacchides cum Ionatha pacem componit, & Iudæa à bellis aliquantisper quiescit. 1. Macc. 9.

3817 *P. Cornel. Scipio Nasica Cos. Dolminiũ Dalmatarum urbem expugnavit.*

3819 V. C. 600. Coss. primum Calend. Ianuarij cœperunt inire magistratum. Cassiod. Florus.

Bellum Celtibericum annis 20. gestum & Numantiæ excidio finitum est.

3821 *Annus Græcorum 160.*

Ionathas donatus summo Sacerdotio, ab Alexandro novo rege Syriæ, induit stolam sanctam mense 7. die Scenopægiorum. Tenuit Pontificatum an. 10. 1. Macc. 10.

Corduba in Hispania condita à M. Claudio Marcello. Strab. 3.

3822 XLV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *idest*, 309. annus hebdomadum.

Hoc anno Cicero fingit Catonem Majorem habuisse sermonem de senectute, quem annis ab hinc 106. peculiari scripto complexus est.

DEMETRIUS Syriæ Rex in prælio adversus Alexandrum occumbit. 1. Macc. 10.

ALEXANDER XI. Rex Syriæ annis 5. aut 6. incoatis.

3823 V. C. 604. Tertium bellum Punicum, quadriennio gestum à Romanis adversus Carthaginenses, & Carthaginis excidio finitum est. De quo Appianus Alexandrinus & alij. Hinc ad bellũ civile Iulij & Pompeij 100. Plinius & Censorinus referũt hoc bellum ad an. V.C. 605. secundũ Varronem: Solinus verò ad 604. secundũ Dion[illegible]

[illegible] 14.

[illegible] Q. C[illegible]pane, quidem [illegible] Pontifex, [illegible] facinus [illegible]

[illegible] Græcorum 1[illegible]. 147

[illegible] adversus Pseudophilippum, [illegible] qui Philippi nomine sumpto [illegible] Macedonici suum esse mentitus [illegible] Q. Cæcilio Mete[illegible] Macedonici nomen sortitus est. Vell. [illegible]

[illegible] Rom. populi [illegible] Vell. lib. [illegible]

[illegible] 14[illegible]

[illegible] hodie legis.

[illegible]

V. C[illegible] belli Punici. 145

[illegible] Romanos [illegible] [illegible] cognomen [illegible] Oros. lib. 4. cap. 23. [illegible] orthogonaliter [illegible] ut quos belli clade [illegible] Primum agmen [illegible] magis [illegible] Nam [illegible] Transfuga [illegible] templum [illegible] Carthaginem, quem [illegible] concursionis [illegible]

[illegible] IV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, hoc est, 302. annus hebdomadum.

Atilius Arator fit Imperator. Valer. Max. 4. cap. 4.

[illegible] *Olympias 156. V. C. 597. Græcorum 155. A morte Romuli 560. Hinc ad natalem Julij Cæsaris 56.* 153

Bacchides cum Ionatha pacem componit, & Iudæa à bellis aliquantisper quiescit. 1. Macc. 9.

P. Cornel. Scipio Nasica Cos. Dolminiũ Dalmatarum urbem expugnavit. 15[illegible]

[illegible] V. C. 600. Coss. primum Calend. Ianuarij cœperunt inire magistratum. Cassiod. Florus. 152

Bellum Celtibericum annis 20. gestum & Numantiæ excidio finitum est.

[illegible] *Annus Græcorum 160.* 150

Ionathas donatus summo Sacerdotio, ab Alexandro novo rege Syriæ, induit stolam sanctam mense 7. die Scenopægiorum. Tenuit Pontificatum an. 10. 1. Macc. 10.

Corduba in Hispania condita à M. Claudio Marcello. Strab. 3.

3822 XLV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 309. annus hebdomadum. 149

Hoc anno Cicero fingit Catonem Majorem habuisse sermonem de senectute, quem annis ab hinc 106. peculiari scripto complexus est.

DEMETRIUS Syriæ Rex in prælio adversus Alexandrum occumbit. 1. Mac. 10.

ALEXANDER XI. Rex Syriæ annis 5. aut 6. incoatis.

3823 V. C. 604. Tertium bellum Punicum, quadriennio gestum à Romanis adversus Carthaginenses, & Carthaginis excidio finitum est. De quo Appianus Alexandrinus & alij. Hinc ad bellũ civile Iulij & Pompeij 100. Plinius & Censorinus referũt hoc bellum ad an. V. C. 605. secundũ Varronem: Solinus verò ad 604. secundũ Dionysium. 148

Cice-

[illegible]

[illegible] quibus in- [illegible] Pontifex, [illegible]

[illegible]

Olymp. [illegible] Annus Graecorum 165. 147

Bellum [illegible] III. adversus Pseudophilippum, [illegible] qui Philippi nomine sumpto se Persei [illegible] Macedonici filium esse mentitus fuerat [illegible] a Q. Caecilio Metello: is [illegible] nomen sortitus est. Vell. [illegible]

[illegible]

3825 [illegible] 146

[illegible]

[illegible]

3826 V. [illegible] Panisi. 145

CARTHAGO [illegible]

[illegible]

[illegible] ut quos belli [illegible]

[illegible]

[illegible] Carthaginem [illegible]

[illegible]

conditionis humanæ victoribus suis præbuit. Val. Ma. lib. 2 cap. 2. d. 8. Vide etiam Appian. Alexandrinū.

Hic finis fuit tertij belli Punici, cum à primo bello Punico suscepto exacti essent huc usque anni 119.

CORINTHUS Achaiæ caput capta & excisa à L. Mummio Cos. qui inde Achaici cognomen sumpsit. Appian. Lybic.

P. Cornel. Scipio Africanus minor Romæ triumphat de Pœnis & Asdrubale. Distat hic triumphus Scipionis Africani Minoris à triumpho Scipionis Africani Majoris an. 55.

Q. Metellus Macedoniam in provinciam Rom. redegit, deq; ea triumphavit, & Macedonici nomen accepit.

Polybius historicus & Panætius Philosophus florent.

Appollonius dux exercitus Demetrij victus à Ionatha. 1. Macc. 10.

3827 *Cleopatra erepta Alexandro socero Ptolemæo Philometore, & tradita Demetrio, Demetrij superioris filio.* 144

ALEXANDER Syriæ rex occiditur.

PTOLEMÆUS PHILOMETOR Ægypti rex triduo post moritur. 1. Macc. 11. Iustin. 35. Florus 52.

L. Mummius Achaicus triumphavit de Achæis & Corinthiis.

3828 *Olymp. 159. V. C. 609. Annus Græcorum 167.* 143

DEMETRIUS NICANOR XII Syriæ rex an. 8. incoatis, connumerato triennio Tryphonis.

PTOLEMÆUS EVERGETES I. Lagidarum, VII. Ægypti Rex. an. 29.

3829 *Annus Græcorum 168.* 142

XLVI. HEBDOMAS DANIELIS, *idest*, 316. annus hebdomadum incipit.

3830 *Annus Græcorum 169. A reperto libro legis 500. à morte Tobiæ 400.* 141

Ionathas cum Romanis & Spartanis fœdus renovat per legatos. Iona-

[illegible] thas frater [illegible] Maccab. occisus insidiis Try- phonis cum duobus filiis. 1 Macc. 12.

[illegible] undus liber Maccabæorum cap. 1. recitat Episto- lam scriptam [illegible] anno Græcorum 169.

M. Antonius Orator (Ciceronis encomiis clarus nasci- tur, [illegible] L. Crassum Oratorem.

Anni Græcorum [illegible] a regno Salomonis 900. 140

Simon Dux Maccabæus regnat an. 8.

Iudæi excutiunt iugum gentium. 1. Macc. 13.

Simon arcem Sion eiecto hostiũ præsidio occupat, 139
[illegible] ritu expiat, ingenti omniũ lęti- tia, [illegible] die 23. quem & quotannis fe- stivo gaudio celebrari præcepit. 1. Macc. 13. Hinc ad [illegible] Herodis factam Romæ 100.

L. Crassus Orator, cuius Cicero tanta cum laude memi- nit, [illegible] in Bruto.

Bellum Numantinum V. C. 613. a morte Ascanii [illegible]

Simon fœdus cum Romanis renovat. 1. Macc. 14. 138

TRYPHON [illegible] fecto Antiocho Theo (cuius tu- tor erat) [illegible] 3. 1. Macc. 13. Ioseph.

[illegible] Demetrius [illegible] ad auxilia contrahenda pro- [illegible] Tryphoni bellum inferret: ab Arsace rege [illegible] in custodiam traditus est. 1. Macc. 14. Iustinus.

Legati Simonis Roma redeunt. 1. Macc. 15. 136

ANTIOCHUS SEDETES cum Simone fœ- [illegible] 1 Macc. 15. Hinc aliqui numerant 9. an- [illegible] Antiochi.

A [illegible] Cyri & reditu primo Iudęorum ex Ba- bylone an. 400. compl.

Hoc [illegible] quattuor millibus Numantinorum [illegible] millia Romanorum. Flor. [illegible] Val. Max.

Olymp. [illegible] V. C. [illegible] Anni Græcorum 17[illegible]. 135

XLVII. HEBDOMAS DANIELIS inci- pit [illegible] 323. annus hebdomadum.

[illegible] ANTIOCHUS SE- DETES

DIETAS VIII. rex [illegible]

[illegible]

3837 *[illegible] primum: cum servi in Sicili[illegible]* [illegible] *arma sumpsissent,* [illegible]

[illegible]

3838 Simon Maccabæus à Ptolemæo genero suo [illegible] interemptus in convivio, anno Græcorum [illegible] mense undecimo. 1 Macc. 16.

Definit I. Liber Maccabæorum.

Secundus Consulatus Scipionis Africani [illegible].

3839 *Annus Græcorum 178. Sabbatarius V. C. [illegible]*

Numantia excisa à P. Scipione.

Numantini tanta fame laborarunt: ut jumentis omnibus & herbis consumptis lora & pelles [illegible] comederint. Tandem ipsi [illegible] victoris venirent, invicem [illegible] subjecto & sese & Urbem perdiderunt. [illegible] Val. Max. l. [illegible] c. 6. [illegible]

Tib. Gracchus Tribun. pleb. [illegible] captandam legem de [illegible] Cn. Octavio Colleg[illegible] optim[illegible] occisus, [illegible] Vid. Appianum [illegible] Max. lib. 5. [illegible]

ATTALUS Rex [illegible] populum Romanum [illegible].

[illegible] Hircanus filius Simonis, Iudæorum Dux [illegible] Ioseph.

384[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] natali [illegible]

[illegible] 201.

[illegible]

[illegible] Ephes [illegible]

[illegible] *Roma* [illegible]

[illegible] *Val. Max.*

[illegible] DANIELIS [illegible]

[illegible] hebdomadum.

[illegible] *Minor*, *qui* [illegible]

[illegible] *Carthaginem* [illegible]

[illegible] *cent. 50.* [illegible]

[illegible] *quem* [illegible]

[illegible] *quo tempore* [illegible]

[illegible] *Hanc* [illegible]

[illegible] *completus* [illegible]

[illegible] 117

[illegible] Garizim ab Hyrcano eversum [illegible]

[illegible] cepit: quo primum Roma [illegible]

[illegible] Alpes dimicarant [illegible]

[illegible]

[illegible] libri Machabaeorum [illegible]

[illegible] post, quam [illegible]
[illegible]
[illegible] Balnearum.
Sextius [illegible] Salviorum [illegible]
quas Sextius condidit, ob aquarum [illegible]
dos ac frigidos fontes à nomine suo app[illegible]

[illegible] IVBILÆVS MVNDI 77. [illegible]
XLIX. HEBDOMAS DANI[illegible]
id est, 3[illegible]7. annus hebdomadum.
Circa hæc tempora ortæ sunt Sectæ [illegible] Sadducæorum & Essæorum, quæ [illegible] doctri næ magnam caliginem ac tene[illegible]

[illegible] *C. Sempronius Gracchus occisus, [illegible] trem Tib. Gracchum an. 12.) cum per [illegible] pleb. Rempub. seditiosis legibus [illegible] cædes fuit initium bellorum civ[illegible]*

3852 *Olymp. 165. V. C. 633. A[illegible] cundi.*

Hyrcanus Samariam solo æquavit. [illegible]

3854 *Cretenses obsidione Q. Cæcilij M[illegible] penuriam compulsi, sua jumen[illegible] sitim torserunt, verius quam [illegible] vinci timent, id passi sunt, quo[illegible] pati coegisset. Valer. Max. lib [illegible] cap. 6.*

3856 *PTOLEMÆVS LATHYRUS [illegible] & Physcon VIII. Ægypti rex an. 15. Hic [illegible] Iudæorum occidit, & reliquos [illegible] vesci coegit, anno 491. à principio [illegible] lonicæ.*

M. Terentius Varro Philosophus [illegible] Poet[illegible] Euseb.

3857 L. HEBDOMAS DANIELIS [illegible] annus hebdomadum: qui est annus [illegible] à princi pio Ieremie.

Q. Cæcilius Metellus Macedonicus moritur: [illegible] [illegible] Cos. [illegible] Cens[illegible] [illegible], [illegible] autem pr[illegible]

[illegible] 115

[illegible] *foris*, [illegible]

[illegible] 112

[illegible]

[illegible] 111

[illegible] *NUS* [illegible] *Rex*

[illegible] 110

[illegible] *STIII* [illegible]

[illegible]

[illegible] *amicus Ciceronis* [illegible]

[illegible] *Vixit an. 77.*

[illegible] *pugna* [illegible]

[illegible] *triumphavit*, [illegible]

[illegible]

[illegible] DOMAS DANIELIS incipit,

[illegible] hebdomadum.

[illegible] *Cos.* [illegible]

[illegible] *Helvetiis* [illegible]

[illegible]

[illegible] incipiunt [illegible]

[illegible] *Pompeius* [illegible]

[illegible] IIIS CIC. Latini [illegible]

[illegible] nascitur Arpini [illegible]

parte, C. Attilio Serrano, & Q. Servilio Cæpione Coss. 3. Ian. anno U. C. 647. ...
Marcus prænomē, Tullius nomen est ... Cicero nisi à Cicere factum est cognomen ... gura tuberculum habuisse in nasi extremo ... citur, qui primus hoc familiæ co... Plut. Cic. Mater Ciceronis fuit Helvia.

POMPEIUS MAGNUS ... ptembr. septennio ante Iulium C... Cicer.

IUGURTHA capitur à C. Mario ... ex Salustio) & bellum in Numidia finitur.

Manlius Cos. & Q. Cæpio Procos. adversus ... feliciter pugnarunt, cæsis 80. millibus ... 6. Octob. Cæpioni imperium abrogatum ... bona publicata. Oros. Cic. Liv.

3868 C. Marius II. Cos. de Iugurtha triumphat ... Januar.

Aquilam Romanis legionibus in secundo ... tu suo C. Marius propriè dicavit. ... 4. Hinc ad ingressum Aquila Romana in terram sanctam anni 170.

3869 Iohannes Hyrcanus moritur & princeps Iudæorum & summus pontifex & propheta: cum quo Deus ita colloquebatur, ut etiam futura ... ret. Ioseph.

3870 Aristobulus rex Iudæorum an. 1. Hic post captivitatem babylonicam primus sibi diadema imposuit, & principatum in Regiam dignitatem commutavit. Ioseph. A morte ... à regno Davidis 950. Hinc ad ... dis in Hierusalem 63. ad ... Christi ...

... Con... ... Cic...

[illegible] HEBDOMAS DANIELIS [illegible]
[illegible] annus [illegible] incipit.
[illegible] 27. inchoa-
[illegible]

[illegible] *se, bellum* [illegible] *Tuli.*

[illegible] *Mare.*
[illegible] *Tunc enim eventum* [illegible] *Isla electrum eve-* [illegible] *In-* [illegible] *Mys* [illegible] *quibus sustentarentur, cer-* [illegible] *erunt, a quibus compre-* [illegible] *strangulati. Corpus est* [illegible] *que de alto curru se* [illegible] *per vinum mortuus* [illegible]

PTOLEMÆUS [illegible] *ATHYRUS a matre* [illegible] *In Ægypto regnat.*
PTOLEMÆUS ALEXANDER [illegible] *Hunc a Leapium* [illegible]

[illegible] 93

[illegible] *ALEXANDER* [illegible]
[illegible] *CÆSAR nascitur, post eventum* [illegible] *C. Mario VII. L. Val. Fla-* [illegible] *paucis post eum mensibus* [illegible] *Marius* [illegible] *Pompeius* [illegible]
[illegible]

tre Aurelia C. Aurelij Cottæ filia: apud quam [illegible] educatus est. Cognominis rationem alij [illegible] dunt: quidam quòd qui primus Iuliorum [illegible] est, cæso matris utero natus sit: alij ab elephanto [illegible] alij à cæsiis oculis, vel cæsarie. Sed de elephanto, [illegible] Cæsar Punica lingua diceretur, sententia [illegible] visa probabilior: cùm quòd matris utero cæsos [illegible] propria vocabulo cæsones dixerint: tum [illegible] inter Cæsaris numos non pauci spectentur cum [illegible] Elephanti: interq; cæteros unus Punicis literis [illegible] Elephantum inscriptus: ut meritò videri possit [illegible] ea ratione suæ familiæ cognominis originem [illegible] voluisse: præsertim nullo evidente alicujus [illegible] argumento, quare Elephantum in numis suis [illegible] rit. Hæc Goltzius. De Cæsarum familia [illegible] inquit, in gente Julia & Cæsarum familia: quo [illegible] mine primum usum tradunt Sext. Julium Cæsarem qui anno belli Punici sec. undecimo M. C[illegible] Marcello. T. Quinctio Crispino Coss. (V.C. [illegible] Siciliam provinciam Pr. obtinuit, ab hoc in [illegible] sam familiam cognomen defluxisse. Sylla de C[illegible] adhuc puero dixit, ei multos inesse Marios, futurum que eum aliquando optimatum sectæ exitio.

Est annus à morte Cyri [illegible] nato Alexandro M. [illegible] eius Monarchia: 250. eius morte 224. nato [illegible] 670. eius morte 616. Hinc ad bellum civile [illegible] Pompeij 51. Paria sunt spacia a regno Cyri [illegible] narchiam Alexandri M. & inde [illegible] Cos. [illegible] Pompejo [illegible].

L. Appuleius Saturninus [illegible] motam [illegible] Rabir [illegible].

SVETONII historia [illegible].

[illegible] Mathan avus Mariæ virginis [illegible]

[illegible]

[illegible] Q. 94

[illegible]

[illegible] DANIELIS, [illegible]

[illegible] Selime [illegible]

[illegible] 92

[illegible] 90

[illegible] quam Cicero [illegible]

[illegible] vel Italicum [illegible]

[illegible] Plinius [illegible]

[illegible]

[illegible] ŒTHEVS [illegible]

[illegible] [illegible] anni.

[illegible] [illegible] studio Iuris Civilis [illegible]

[illegible] Cn. Pompeij.

[illegible] Porcius [illegible], Cos in pugna cecidit. Cn. Pompeius [illegible] Cos. [illegible] cœpit, & Vestinos atque Pelignos [illegible] coegit. Idem de Asculanis triumphavit. Appian. [illegible]. Ab hoc triumpho patris Pompeij ad triumphum filij Pompeij Magni anni 28. ad [illegible] eius Consulatum 19. ad secundum 34. ad [illegible] 37. ad mortem eius 41.

[illegible]. Tam varia atque atrox fortuna [illegible] fuit, ut per biennium, continuo duo [illegible] [illegible] tilius & deinde Cato ab hostibus oc[illegible]

Olymp. 173. V. C. 665.

Primum civile bellum inter Syllam & Marium [illegible] dictum Marianum. Hinc ad civile bellum Iulij [illegible] Pompeij 40.

Primus Syllæ Consulatus.

Bellum Mithridaticum.

Mithridates Asiam in potestatem re[illegible] omnes cives Romanos in omnibus Asiæ civitatibus uno die, uno[illegible] numero [illegible] Q. Oppium Proc[illegible] M. Aquil[illegible] Hanc [illegible] [illegible] Romanorum [illegible] meminit Cic. [illegible] Manil. & pro Flacco [illegible] Appian. in Mithridaticis & Val. Maxim. [illegible] cap. 2. d. 5. Oros. lib. [illegible] cap. 19. Eutrop. lib. [illegible]

Q. Mutius Augur Ciceroni exposuit sermonem [illegible] memoria habitum a Lælio [illegible] an. [illegible]

[illegible] LIV. HEBDOMAS DANIELIS, [illegible] 372. annus hebdomadum incipit. [illegible]

[illegible] Marius [illegible]

[illegible] Romam occupat [illegible]

Tres Oratores [illegible] M. Antonius [illegible] Q. [illegible] [illegible]

[illegible] C[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Romæ [illegible]

[illegible] Romanos fuis- [illegible]

[illegible] *Hieronym [illegible]* 85

[illegible] & fixo [illegible] pro- [illegible] Ut- [illegible] haud [illegible] per [illegible]

[illegible] M [illegible] Machabæus [illegible]

[illegible] anni Laur prophet [illegible] capta ab Antiocho [illegible], & inter [illegible] Christi. Utrinque [illegible] 84

[illegible] Mithridatis.

[illegible] 83

[illegible] exercitu. Hoc anno Verres fuit Quæstor [illegible], in quem Cicero Verrinas scripsit post annos [illegible]

[illegible]

[illegible] conflagravit [illegible]

Scipio fluctibus reipub. expulsus, Massiliæ postea in exilio vixit. Cic. pro Sest.

3890 *V. C. 671.*

Sylla Dictator creatus circa huius anni exitum interfectis Coss. Mario Juniore, & Papyrio Carbone: & felicem se appellari voluit. Eius honoris usurpatio (ut scribunt Velleius & Plutarchus) per annos 120. intermissa fuerat.

Obsequens scribit centena millia hominum Italico, civiliq. bello consumta.

3891 *Annus 1000. à morte Saulis & regno Davidis.*

Pompeius (ætat. 25.) triumphavit de Hiarba Numidarum Rege, & a Sylla Dictatore Magnus appellatus est. Hic primus eques Romanus triumphasse legitur. Hinc ad alteram triumphum an. 20.

Cicero primam causam privatam pro Quintio dixit ætat. 26. V. C. 672.

PTOLEMÆUS AULETES alias Dionysius, id est, Ægypti rex annos 30. alii 31.

3892 *Olymp. 175. Cyclus Sol. 139. V. C. 673.*

LV. HEBDOMAS DANIELIS incipit. *id est,* 379. annus hebdomadum.

Oratio Ciceronis pro Sexto Roscio ætat. 27. Gell. Cicer. Brut. Quintil.

Mitylenæ in Asia expugnatæ à Romanis: & Julius Cæsar corona civica donatus est ætat. 20. Sueton. Liv. Epitom. lib. 89.

Captum est bellum Sertorianum in Hispania. Flor. Val. Maxim.

3893 *Huius anni æstate Cicero (ætat. 28.) hortatu amicorum in Asiam profectus est.*

Sylla se abdicavit Dictatura, quam in perpetuum ceperat, & dimisso à se præsidio pub. palàm in foro dixit se omnium à se gestorum rerum paratum esse rea[illegible]

3894 *Sylla [illegible]*

[illegible] Rhodum [illegible]
[illegible] crematus & sepul-
[illegible]. Hinc [illegible]
[illegible] anni 30.
[illegible] & cum summis O
[illegible], Molone, Posidonio
[illegible] de Syllæ morte cogno
[illegible]

[illegible] Romam, 76
[illegible] autem au-
[illegible] Remp. summo rape-
[illegible] Delphi
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible],
[illegible] : non iam pedetentim
[illegible] fluxit, cæterisq; o
[illegible]. Plut.
[illegible] bellum patriæ movet: sed
[illegible] Appian. & Plut.
[illegible] Olymp. [illegible] Olymp. 75
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible] 75
[illegible] anno Romam [illegible]
[illegible] reduit, anu. [illegible]
[illegible] rex Iudę moritur, imp. an [illegible]
[illegible] 19. Ioseph. [illegible]

A[illegible] Regina Iudæorum ann. [illegible] [illegible] loco. à regno Davidis in Ierusalem. Post [illegible] annos regnum Davidis recidit [illegible] fœminam. Hæc Regina evexit Pharisæos, eorumq; potentiam auxit. Paria sunt spacia à Creatione ad natalem Abrahæ: & à nato Abrah. ad hũc annum utrinque 1949. & bis 1949. sunt 3898.

Hyrcanus loco patris defuncti cõstituitur summus [illegible].

Nicomedes Bythiniæ rex moritur, populum Rom. relinquens regni heredem. Eutrop. Flor. Cic. pro Planc.

3899 LVI. HEBDOMAS DANIELIS, *id est,* annus 386. *V. C. 680.*

Hinc incipit L. Luculli imperium, quod duravit septennio.

L. Lucullus, qui anno superiore contra Mithridatem profectus fuerat, ad Cyzicum urbem exercitum ejus fame ferroq; delevit. Liv. lib. 95.

Bellum Servile sive Gladiatorium duce Spartaco in Italia excitatum. Item: Sertorius interfectus. Sigonius.

3900 IVBILÆVS MVNDI 73. *Mosis 28.*

Olymp. 177. V. C. 681. Ciceronis 35.

Lucullus Mithridatem persecutus, Pontum Romanis legionibus patefecit, qui antea populo Romano clausus erat. Cic.

Seculum Simeonis, Annæ prophetissæ, Zachariæ, Elizabethæ, &c. penes quos hoc tempore inter tot Sectas Iudæorum, fuit veræ doctrinæ custodia.

3901 *Bellum Servile confectum à Prætore M. Crasso: cum fuisset extractum in annum tertium. App.*

Pompejus iterum triumphavit ult. Decembris, postridie Consulatum initurus.

Mithridates [illegible]

[illegible]

Circ[illegible]

[illegible] gem, quod [illegible] [illegible], & imperatore [illegible] reb. [illegible] [illegible] (ut scribit Val. Max.) [illegible] & [illegible] cere. Vide Flor. Epitom. Iust. 40. Appian. Syr. Val. Max.

Cicero Prætor fuit ætat. 41. à primis Prætorib. 300. [illegible] præturam Cal. Ian. Orationes pro lege Manili[illegible] pro Cluentio habitæ.

ALEXANDRA regina Iudæorum moritur ætat. 73. cùm præfuisset Iudæis fermè novennium, anno 100. regni Maccabæorū. Ioseph. Egesippus.

ARISTOBULUS Rex & Pontifex Iudæorum an. 3. mens. 3.

3907 Hyrcanus cohortante Antipatro patre Herodis fugit ad Aretam regem Arabum. Ioseph.

Horatius Poeta nasc. 8. Decemb. V. C. 688.

3908 *Olymp. 179. annus 456. Templi Secundi completus. V. C. 689.*

ARETAS rex Arabum invadit Iudęam: Hierosolymis obsidet Aristobulum Hyrcani fratrē. Aristobulus Pompeium vite aurea aliisque muneribus invitatum accersit in Iudæam: ita fratrū dissidia primùm Romanos in Iudæam attraxerunt. Pompeius Aristobulo regi subsidio mittit Scaurum cum exercitu. Aretas ex Iudęa discedit. Onias vir sanctus, cùm & obsessis & obsidentib. benè precaretur, à Iudæis interfectus est. Hinc ad belli Iudaici initium, defectionemque Iudæorum a Romanis 130.

[illegible] Epistola Cic. lib. 1 ad Att. [illegible]. Cicero [illegible] auctus est filiolo. [illegible] C. P[illegible] [illegible].

[illegible]cero Consulatum petit, com[illegible] C[illegible], [illegible] lore repulsæ, quam tum [illegible] C[illegible] nem hominem novum. [illegible] Catilinæ [illegible]iuratio.

3909 *V. C. 690.* Pompeius [illegible]

[illegible] Iudæi Romæ [illegible]

[illegible]

[illegible] fecundo [illegible]

[illegible] Romano 707. [illegible]

[illegible] Ciceronis 20. ad [illegible] ad baptismum Chri[illegible]

[illegible]

Ci

Circa [illegible] tempus [illegible], [illegible] [illegible] centes, [illegible] anno, quo [illegible] [illegible] anis tributaria facta, ac in provinciæ Romanæ [illegible] redacta est. Testabantur ista in propinquo [illegible] tempus adventus Messiæ.

Iulius Cæsar Romæ fit summus Pontifex. Dio.

3910 *C[illegible] armis a C. Antonio, qui [illegible] Ciceronis Consulatus fuerat.*

C[illegible] pudicitiæ Pompejæ, uxoris Iulij Cæsaris [illegible] lo Bonæ Deæ, die 30. Septembris: cumque [illegible] in judicio, Cicero contra illum testimonium dixit. Qua re Cicero Clodij odium in se [illegible].

Orationes Cic. pro Sylla & pro [illegible] Poeta [illegible].

3911 *Hoc anno Q. Cicero, Marci frater, [illegible] obtinuit: eamque administravit [illegible]. [illegible] 1. ad Att. epist. 12.*

Syria à Pompejo Magno victa, leges Romanas accepit, & provinciarum Roman. numerum auxit. Triumphavit Pōpejus tertium die 29. & 30. Sept. pridie sui natalis, ex Syria, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia & Iudæis: item de regibus Mithridate & Tigrane. Aristobulum Regem Iudæorum ejusque filium Antigonum in triumpho duxit. Hinc ad excidium Ierosolymæ & ad triumphū Vespasiani de Iudæis [illegible]

Cicero ætat. 46. cum Clodio contendit in Senatu Idibus [illegible].

3912 *Olymp 180. V. C. 693.*

Diodorus Siculus, historicus [illegible] auctor, [illegible] strat Ægyptum, [illegible]

C[illegible] principes [illegible], Pompejus, [illegible] Cæsar. [illegible].

3913 LVIII. HEBDOMAS DANIELIS incip[illegible]

Primus C[illegible] Iulij C[illegible] 41. [illegible] Cic. [illegible] primus [illegible]. [illegible].

Cæsar hoc Consulatu, legem Agrariam diu multumque repugnante Bibulo Collega, sed suffragantib. vbiq; & per omnia Crasso & Pompeio, pertulit. Itaq; agri à Decemviris diuisi: addito etiam Campano agro, qui trium liberorum & plurium patribus diuideretur.

Cæsar Ciceroni & clam & palam iniquissimus, Clodium illi inimicissimum fouit, Tribunatumq; ei confecit, vt perniciem Ciceroni facilius machinaretur.

Eodem anno Cicero ad Q. Fratrem scripsit Epistolam illam pulcherrimam, quæ est prima libro 1. ad Q. Fratrem. in qua fratri præscribit omnia prouinciæ bene administrandæ præcepta.

TITVS LIVIVS historiographus nasc. Euseb.

Oratio pro Flacco ætat. Ciceronis 48.

3914 *V. C. 695. Bellum Gallicum Transalpinum à Iulio Cæsare nouennio gestum.* 57

Libri IVLII CÆSARIS de bello Gallico incipiunt, & singuli libri singulorum annorum res gestas recitant.

Exilium Ciceronis ætat. an. 49.

Pub. Clodius Tribunus pl. diem Ciceroni dixit, quod coniuratos Catilinæ, homines nobiles indemnatos necasset in carcere? Cicero nolens se obiicere furori Tribunitio, vrbe cessit. Bona eius diripiuntur, domus incenditur.

3915 Gabinius in Syriam prouinciam venit, inde in Iudæam, vbi prælio vicit Alexandrum regem Iudæorum, Aristobuli filium, peremptis 3000. Iudæorum & totidem captis. Ioseph. 56

PTOLEMÆVS Ægypti Rex regno pulsus Romam venit, petens reductionem in regnum.

Romæ in Senatu agi cœptum de reuocando Cicerone. Lex de eo lata est 4. Augusti, quo & Dyrrachio profectus est. Postridie venit Brundusium, vbi Tulliola præsto ipsi fuit die suo natali. Vrbem ingressus est 4. Septembr. maximo congratulantium ciuium plausu.

Orationes Ciceronis post reditum ad Quirites: pro domo sua.

Catullus Poeta mor. ætat. 30. Euseb.

Secundus liber belli Gallici huius anni res gestas recitat.

3916 *Epistola Ciceronis famil. 1. incipiunt.*

Hoc anno scripta est prima Epist. Cicer. 1. lib. famil. sicut & reliqua de reductione Ptolemai regis Ægypti P. Lentulo decernenda. Anno V. C. 697. Ciceronis 51. 55

Oratio Cic. de prouinciis Consularibus dicta, item Haruspicum responsis.

Tertius annus belli Gallici, cuius res gestas habet Cæsar lib. 3.

Gabinius Romam scribit de rebus à se in Palæstina gestis: cui Senatus die 15. Maii supplicationem denegat. Cic. ad Q. Fratrem lib. 2. epist. 5.

Circa hæc tempora Aristobulus Iudæorum rex, cum Antigono filio Roma profugit, & nouum in Iudæa bellum concitauit. Verum à Gabinio superatus mittitur Romam cum filio vinctus. Iosephus.

3917 *Hic est 4. annus belli Gallici, cuius res gestas vide apud Cæsar. lib. 4.* 54

IVLIVS CAESAR primus omnium ponte facto cum exercitu in Germanos mouens Rhenum transgreditur: Sed visa tantum Germania, post dies pauculos rebus infectis & rescisso ponte regreditur, metuens haud dubie, ne Germani discedentem insequerentur. Primus etiam Romanorum hoc anno in Britanniam traiecit, Romanis ante hac incognitam & inaccessam. Cæs.

De hac bellica expeditione Iulii Cæsaris ita scribit Goltzius: Germani (inquit) qui Rhenum transierant, maxima strage edita, à Cæsare vincuntur. Hoc bello confecto, Cæsar quo se Germanis terribiliorem redderet, suisque illos rebus

rebus timere doceret, omnino Rhenum sibi transeundum existimauit, maxime Vbiis inuitantibus. Ponte ergo sublicio opere militari, magna celeritate, industriaque, in latißimo, profundißimo, simulque rapidißimo flumine excitato, exercitum facilime traducit, primus Romanorum ducum eum limitem transire ausus. Dies XVIII. trans Rhenum moratus, in Galliam, ponte rescisso exercitum reduxit.

Bellum Parthicum: Crassus Cos. in Syriam proficiscitur. De hoc Appianus, Dio. Plut.

Gabinius Syriæ præfectus Ptolemæum Auleten Aegypti Regem in regnum restituit, iussu Pompeii. Huius Ptolemai filius Pompeium (post septennium) interfici curauit.

Pompeius ludos fecit, quibus theatrum à se factum dedicauit. Plut.

Hoc anno Cicero ad Q. Fratrem scripsit epist. 8. 9. 10. lib. 2. & ad Att. ep. 9. 10. 11. & 12. lib. 4.

Oratio Ciceronis in Pisonem dicta.

Tres libri de Oratore à Cicerone scripti, æt. 52. à morte Craßi Oratoris an. 37.

3918 *Annus quintus belli Gallici, cuius res gestas habet Cæsar lib. 5.* 53

Iulia Pompeii coniunx, Iulii Cæs. filia, enixa filiolam moritur, infante paucißimis diebus matri superstite. Hac morte dissoluta est Iulii & Pompeii coniunctio. Cæsar tamen Pompeii affinitatem quoquo modo sibi retinendam ratus, Octauiam sororis suæ neptem C. Marcello desponsatam, Pompeio obtulit: Pompeii vicißim filiam, quæ Fausto Syllæ destinata erat, sibi dari postulans. Goltzius.

Crassus Euphrate transmisso magnam Mesopotamiæ partem populando peragrat: & dum in Syriam proficiscitur relictis in Mesopotamia militibus Romanis, Parthis se ad bellum parandi spacium præbuit, ipse in Syria hybernauit, totumque illud tempus cogendis pecuniis consumsit, magis exactorem quam Imperato-

 rem

rem agens. A sacris etiam templorum pecuniis non abstinuit.

Cicero pro Vatinio, Scauro, item pro Plancio dixit.

Gabinius cui Crassus in Syria successerat, Romam noctu intrauit 28. Septemb. eum Cicero defendit.

Epistolæ 6. 7. 8. 9. 10. lib. 7. Fam. ad Trebat. scriptæ. Item epist. vlt. lib. 2. ad Q. Fratrem. In extremis mensibus huius anni Cicero omnes Epistolas lib. 3. ad Fratr. & postremas lib. 4. ad Atticum, & longam ad Lentulum scripsit.

Iulius Cæsar Britannis subactis obsides imperauit, & vectigal, quod Pop. Rom. singulis annis penderent, constituit. Goltzius.

3919 *V.C.700.* Crassus templum Hierosolymis spoliat huius anni (inuentis) hieme: decennio post, quam Pompeius templum ingressus pecunias illas intactas reliquerat: Eiusdem anni æstate Crassus sacrilegii pœnas morte sua luit. 52

Crassus occisus à Parthis vna cum vniuerso exercitu circa 9. Iunii. Ouid. 6. Fast. Quidam referunt, inquit Dio, Parthos aurum liquefactum in os Crassi infudisse, verbis insuper insultantes. Cassius in Syriæ administratione succedit Crasso.

Romæ per hoc tempus ita tumultuatum est, & iudiciis & comitiis per largitiones profusissimas corruptis: vt septimo tandem mense anni non sine max. turbis Coss. creati sint. Goltzius.

Cæsar ponte eodem fere loco, eademq; ratione, qua prius, breuissimo tempore constituto, Rhenum secundo traiicit. Goltzius.

Sex primæ epistolæ lib. 2. fam. scriptæ: Item 11. & sequentes lib. 7. fam.

3920 *Annus à mundi creatione octies 490.* 51

Olympias 182. V.C.701.

LIX. HEBDOMAS DANIELIS incipit. Estq; annus hebdomadum 407.

Pom-

Pompeius III. Cos. creatus est solus, quod nulli ante contigerat. Hunc Consulatum Cicero vocat diuinum. Pompeius legem de Comitiis & iure magistratuum tulit, quæ omnes magistratum petituros comitiis interesse iuberet, absentium rationem haberi vetaret. Sanciuit quoque vt quicunque à primo suo Consulatu in illum diem magistratus gessissent, actorum rationes reddere cogerentur: frementibus atque ægerrime vtrunq; hoc Pompeii decretum ferentibus Cæsarianis, quod priore quidem Cæsar à secundi Consulatus petitione summoueretur, altero vero, acta Consulatus eius, in disquisitionem vocarentur. Golz. Inter alias leges etiam hoc sanxit, vt ad dicendum accusator 2. horas: reus tres haberet: eodemq; die illo res iudicaretur.

Milo interfecit Clodium 20. Ian.

Oratio pro Milone: æt. Ciceronis 55.

Corpus Clodii comburitur, qua flamma conflagrat Curia.

VII. & vltimus liber Cæs. de bello Gallico desinit.

3921 Cicero Proconsul in Cilicia ætat. 56. Imperator appellatur apud Issum. 50

Nonis Oct. in Senatu recitatæ sunt Ciceronis literæ, quas publice de Parthico tumultu miserat. Epist. 1. lib. 15. fam.

Parthi Syriam armis hostiliter inuadentes à Caßio præfecto non magno negocio ex ea eiiciuntur & repelluntur. Dio. Hic finis fuit belli Parthici, postquam durasset an. 4.

Hirtius belli Gallici historiam continuat, lib. 8.

PTOLEMÆVS AVLETES X. Rex Ægypti moritur. Cic fam. lib 8. epist. 4.

CLEOPATRA in Ægypto regnat an. 22.

Cicero scripsit libros de Legibus.

Ad hunc annum pertinet 15. lib. Epist. Famil. & lib. 2. epist. 7. 9. Item lib. 8. epist. 4. 9. 11. Item lib. 16. epist. 10.

3922 Cicero (ætat. 57.) ex prouincia decedit 30. Iulii. Athenas venit 14. Octobr. 49

Huc pertinent Epistola Ciceronis lib.16.fam.ad Tironem Libertum, qui è Cilicia in Italiam reuertens ægrotare cœpit in itinere.

Hortensius Orator & amicus Ciceronis moritur æt. 64. æquauit Ciceronem annis vitæ. Cicero è prouincia Cilicia decedens Rhodi cognouit de morte Hortensii. Cic. in Bruto.

Cæsar nouem illis annis in Gallia trecentos, vel vt alii tradidere, quadringentos popp. subegit: oppida octoginta per vim cœpit: prælio tricies dimicauit: Galliam denique totam Romanis subiectam in prouinciæ formam redegit.

Romæ in Senatu diuersis de Pompeii & Cæsaris imperio sententiis diu variatum est, Curione potissimum pro Cæsare strenue decertante. In cuius sententiam, censentis vtrique imperium abrogandum, tandem longe maior Senatorum pars discessit, indignante C. Marcello Cos. altero, exclamanteq; Vincite tandem, vt Dominum habeatis Cæsarem. Coltzius.

3923 BELLVM CIVILE *Iulii & Pompeii. V.C. 704.* 48

Cicero Romam rediit 4. Ianuarii postridie sui natalis: quo tum incoabat annum ætat. 58. Ita Cicero (vt ipse loquitur) incidit in ipsam belli ciuilis flammam inter Iulium & Pompeium, cui se miscere noluit, frustra interim tentatis inter eos pacis & concordiæ conditionibus.

LIBER I. IVLII CAESARIS DE BELLO CIVILI INCIPIT: in quo ipse Cæsar huius anni res exponit.

Die 7. Ianuarii perscriptum est Senatusconsultum: Darent operam Coss. ne quid Respubl. detrimenti caperet: quo armati sunt Coss. & Pompeius aduersus Iulium. Fuitque hoc classicum belli ciuilis. De hoc bello vide Appianum & Lucanum. Senatusconsultum autem tale fieri non solebat,

bat, nisi in maximis Reip. periculis, summa id extorquente necessitate.

Consules & optimates vna cum Pompeio Roma profugiunt.

Cicero 7. Idus Iunii ad Pompeium in Graeciam proficiscens nauim conscendit.

AERA ANTIOCHENORVM, quam citant Eusebius & alii, hoc anno incipit: teste Mariano Scoto: ante N. C. 48.

ARISTOBVLVS Iudaeorum rex à Iulio dimissus in Iudaeam ad oppugnandum Pompeium, veneno necatur. Filius eius Alexander à Pompeianis securi percutitur.

Prima Dictatura Iulii Caesaris, quam gessit diebus 11. Hinc ad Monarchiam Augusti & bellorum ciuilium finem anni 20.

Epistola lib. 10. ad Atticum scripta.

3924 *Olymp. 183. V. C. 705. Ciceronis 59.* 47

PVGNA PHARSALICA.

C. IVLIVS CAESAR *Pompeium in campis Pharsalicis inter Pharsalum ipsum & Enipeum flumen praelio ingenti vicit & profligauit, circa diem 20. Iulii.*

Inter praeliandum Pompeius subinde inclamasse dicitur, incertum siue ad suos siue ad Caesarem: PARCE CIVIBVS: *Caesarem verò ex alia parte,* MILES FACIEM FERI: *Quod Pompeianum militem vtpote tyronem adhuc, & per aetatem rei bellicae insuetum, formaeque & venustatis conseruandae, quam decoris militaris studiosiorem, huiusmodi plagas propter cicatricum deformitatem maxime vitaturum, imo ne expectaturum quidem sibi persuadebat: cum alias non tàm oculos & os, quàm crura & brachia ferire Romanis moris esset. Alii vtramque hanc vocem Caesari tribuunt.*

De numero occisorum variant auctorum sententiae. Quidam

enim è Pompeianis 6. millia, alii 25. millia: è Cæsarianis vero præter 30. Centuriones 1200. periisse scriptum reliquerunt. Ipse autem Cæsar è suis quidem ducentos nec amplius desideratos auctor est, & præter hos Centuriones 30. è Pompeianis vero 15. millia cæsa refert. Capta ibidem præterea fuerunt 24. millia, signa militaria 180. & nouem Aquilæ ad Cæsarem relata. Goltzius.

Pompeius ad Pharsalum victus in Aegyptum ad Ptolemæum Auletæ filium (cuius patrem expulsum regno & exulantem Senatui commendauerat regnumq; eidem summa cum fide restituerat) supplex confugit, ibiq; cum ad Pelusium oppidum è maiori nauigio in minorem scapham exceptus fuisset, ab Achilla & L. Septimio Ptolemæi Regis familiaribus, quorum posterior bello Piratico sub eo meruerat, in conspectu Corneliæ coniugis & Sexti filii obtruncatus est, pridie quam compleret annum ætat. 58. eo ipso die, quo quondam de Mithridate & piratis triumphum duxerat, 30. Septembris, alii postridie: à profanato templo Hierosolymitano an. 15. Huius caput amputatum cum postea Cæsari Alexandriæ offerretur: & ingemuisse ille cum lacrymis: & illud sepeliisse honorifice in suburbio dicitur: Percussoribus non tantum non laudatis: sed etiam è medio sublatis: & in eo loco fano Nemesis erecto. O miserabilem exitum tanti viri, qui semper in ore habuerat versum Homericum.

αἰὲν ἀριστεύειν, δὲ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Allato nuncio Romam de pugna Pharsalica cædisq; Pompeianæ fama confirmata, Pompeii & Syllæ imagines, quæ pro rostris stabant, disiectæ sunt: Cæsariq; inter summos honores cum annua Dictatura Tribunitia potestas in perpetuum decreta est. Goltzius.

QVAR-

QVARTA ET VLTIMA MONARCHIA ROMANA.

IVLIVS CÆSAR (ætat.52.) primus Monarcha & Imperator Romanus imperauit an.3.menſ.6. Numeramus autem annos Monarchiæ à pugna Pharſalica & morte Pompeii.

Ab exitu ex Aegypto ad hunc annum ſunt 1470. compl.à reditu Iſraelis ex Babel & monarchia Cyri 490. à deſolatione primi templi & captiuitate Babylon.560. à Nehemia reparante vrbem 397. à vocatione Abrahæ 1900. A monarchia Alexandri 283. à principio regni Medorum & fine regni Aſſyriorum & Sardanapali interitu 777. Ab eiectis regibus 460.à primo Dictatore 452. Decemuiris 402.

Bellum Alexandrinum circa huius anni finem geſtum à Iulio. Hirtius.

Deſinit Iulius Cæſar de bello ciuili.

3925 *Iulius Cæſar ſecundam Dictaturam geßit: ſed anno ſuperiore ei decretam.* 46

Antipater Iudæus (qui prius Pompeii partes iuuerat) Iulium Cæſarem in bello Alexandrino adiuuat, adductis tribus millibus Iudæorum, Syriſque compluribus & Arabum primatibus, iuſſu Hyrcani ſummi Pontificis.

Cæſar Alexandria, atq; adeo vniuerſa Aegypto ſibi ſubacta, Cleopatræ regnum conceßit, & minorem Ptolemæum illi matrimonio iungit, Arſinoen vero minorem filiam regno eduxit & Romam miſit. Atq; ita bellum Alexandrinum, in quo Ptolemæus, qui Pompeium interfici iuſſerat, periit, confectum eſt. Hinc ad occupatam Aegyptum ab Auguſto 17.

Bibliotheca Alexandrina conflagrauit. Plut. Feruntur in ea fuiſſe ad 700. ferme millia voluminum à Ptolemæis Aegypti regibus congeſtorum.

Pharnaces Ponti rex victus à Iulio, quarta postquam in conspectum venissent hora: quare de hoc scripsit: VENI, VIDI, VICI, *qui fuit etiam triumphi titulus. Ferunt item Cæsarem profligato statim Pharnace exclamasse: O te beatum Pompei, qui cum talibus bello Mithridatico decertans,* MAGNI *cognomen accepisti. Goltzius.*

Romæ seditiones à P. Cornelio Dolabella Tribuno pleb. & Tullia marito legem ferente de nouis tabulis excitata sunt, de quibus Liu.lib.113. Dio.lib. 42.

Epistola Ciceronis lib.11.ad Att.scripta. Item epist.20.lib.14. fam.

IVDÆÆ PROCVRATOR ANTIPATER.

Antipater Herodis Magni pater à Iulio Cæsare præficitur Iudææ vt tutor: Hyrcano confirmatur sacerdotium: instauratio murorum vrbis Ierusalem Antipatro conceditur: & Iudæi suis legibus viuere permittuntur. Et hæc facta sunt anno 490. (septies septuagesimo) à soluta captiuitate Babylonica & reditu Iudæorum in terram suam.

3926 *Iulius Dictator III. Cos. III. V. C. 707. à deleta Carthagine* 100. *Ciceronis 61.* 45

Pugna ad Thapsum. Bellum Africanum Iulii Cæs. susceptum mense Ianuario aduersus P. Scipionem, Catonem & regem Iubam, de quo Hirtius. Scipionis exercitus fugatur. Cato (ætat. 49.) & Scipio sibi manus inferunt, Rex vero Iuba interficitur.

Regnum Mauritaniæ Cæsar tributarium populo Romano reddidit: eique Sallustium Crispum præfecit, ignouitque Vticensibus & Catonis filio. Filiam quoque Pompeii in ea vrbe deprehensam cum duobus liberis ad fratrem mulieris misit incolumen. Intellecta morte Catonis plurimùm indoluisse fertur, exclamasseque: Ego tibi Cato mortem inuideo, qui mihi gloriam salutis tuæ inuideris. Goltzius.

Senatus accepto victoriæ Africanæ nuncio, decreta quadraginta

ginta dierum supplicatione, plurimis amplißimisque honoribus Cæsarem per Senatusconsulta decretis ornauit. Dictatorem ipsum deinceps in decennium crearunt: præfectum quoque moribus Censoria potestate (quod Censoris nomen infra ipsius merita videretur) in triennium constituerunt: simulque decreuerunt: vt curuli sella proximus semper Consulibus in Curia & Senatu aßideret: sententiam primus diceret: præmiaque in equestribus certaminibus solus diuideret: & equis albis ac lictoribus, quos in prima secundaque Dictatura habuerat, in triumpho vteretur: vt quadrigæ ipsi in Capitolio ante Iouem statuerentur, imago ipsius simulacrum Orbis terrarum pedibus premens cum titulo SEMIDEI (quem tamen postea reiecit) poneretur: atque his fermè contentus, alia pleraque his similia, vel maiora repudiauit. Goltzius.

Quatuor triumphi à Iulio Cæsare post reditum ex Africa ad vrbem acti. Primus quidem isque celeberrimus de Gallis & Germanis, cuius apparatus ex citro potißimum constitit: inter cuius fercula fuit Rhenus, Rhodanus, Oceanique captiui ex auro simulacrum, interque captiuos ductus Vercingetorix Rex Germanorum, qui post triumphum necatus est. Secundus Alexandrinus ex Aegypto de Rege Ptolemæo, apparatusque eius testudineus: in hoc Nilus & Pharus ardens: inter captiuos Arsinoe Cleopatræ soror traducta est. Tertius Ponticus de Rege Pharnace, acantho spectabilis, in cuius ferculis fuit Pharnacis imago, & hic titulus, VENI, VIDI, VICI: celeritatem belli confecti significans. Quartus autem & nouißimus fuit Africanus de Rege Iuba, ebore insignis: quo triumpho inter captiuos ductus est Iuba Regis filius patri cognominis, & præterea Catonis, Scipionis, Petreii aliorumq; primi nominis ciuium Rom. qui eo bello contra Cæsarem militauerant, imagines non sine max. dolore populi in pompa transmissæ sunt. Goltzius.

ANNVS

ANNVS emendatur à Iulio. Fuitq; hic annus mensium ferme 15. aut dierum circiter 445. De intercalatione vide Macr. Saturn. l. 1. c. 14.

Numidia in formam prouinciæ redacta. Dio.

Brutus, id est, Liber de claris oratoribus à Cicerone (ætat. 61.) scriptus & anno sequenti editus. Item liber dictus orator ad Brutum.

Oratio pro M. Marcello à Cicerone dicta, cum Iulius Marcellum recepisset in gratiam,

Antipater muros vrbis Ierusalem reædificat : quos Pompeius ante 17. annos destruxerat. Eius rei potestatem Antipater à Iulio Cæs. acceperat anno superiore. Estque hic annus 400. ex quo Nehemias permittente Artaxerxe Longimano illos ipsos muros Ierusalem excitauerat. Ioseph. Hinc ad excidium vrbis Ierusalem 115.

3927 *V.C. 708. Ciceronis 62.* 44

LX. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 414. annus hebdomadum.

Iulius Dictator IV. Cos. IV.

Cicero, Terentia dimissa, virginem Publiliam vxorem duxit, vt illius facultatibus æs alienum (quod permagnum habebat) dissolueret. Plut.

Tullia filia Ciceronis apud Lentulum pariens decessit. Cicero cum omnem consolationem vinceret dolor, se ipse per literas consolatus est, scripsitq; librum, quem consolationem, vel de luctu minuendo inscripsit. Scripsit item Hortensium, quo in libro Philosophiam ab Hortensio accusatam & vituperatam ipse defendit & collaudauit. Huius libri lectione D. Augustinus se ad veræ, hoc est, Christianæ Philosophiæ contemplationem incensum fuisse, aliquot locis fatetur. Scripsit libros Academicos, & vnum Catulum, alterum Lucullum appellauit: quorum posterior adhuc extat. Scripsit libros de finibus. Orationes pro Deiotaro & pro Ligario dictæ. Scripsit epistolas lib. 12. & 13. ad Att.

Post

Post Tulliæ mortem, Tullius M. Filius Athenas cum L. Tullio Montano profectus est: vbi Cratippum audiuit.

Confecto bello Africano T. Quintius Scapula nouum in Hispania commouit, cuius meminit Cic. epist. 13. lib. 9. fam.

Primus annus Iulianus scilicet correctus & emendatus.

Bellum Hispaniense Iulii Cæs. aduersus Cneum & Sextum Pompeii filios, de quo Hirtius.

Pugna ad Mundam & postrema victoria Iulii Cæsaris, in qua ad diem 17. Martii ceciderunt ad 30. millia hominum. Cneius Pompeii filius interfectus, eiusque caput prid. Id. Aprilis ad Cæsarem allatum est.

Huius frater Sextus à Corduba salutem fuga comparans,
tracto paululum temporis inter Hispanos bello, Siciliam
44 *ad rebellandum sollicitauit, post in Asiam è Sicilia fugiens captus ab Antonianis ductoribus Mileti occisus est.*

Prælium Mundense plurima aduersa portenta, quæ haud dubiam alteri partium perniciem portendere credebantur, præcessere. Inter quæ præ cæteris obseruatione dignum est: quod aquilæ in Pompeianarum legionum signis fulminibus aureis, quibus insistebant, proiectis, motisque alis à Pompeio ad Cæsarem auolantes, certissimum Pompeianis exitium denunciare videri poterant. Quo loco prælium commissum est, statim post victoriam palmam enatam esse ferunt. Quod ostentum non tam Cæsari, quam Octauio Cæsaris ex sorore nepoti, qui tum forte cum Cæsare militabat, felices rerum successus portendisse volunt: quanquam Cæsar ad se traheret. Post hanc pugnam Cæs. ad amicos dixisse fertur: pro laude se & gloria sæpius: tum autem pro salute demum & vita decertasse.

Cæsar Romam reuersus, quintum ex Hispania triumphum (cuius apparatum ex argento rasili fuisse tradunt) egit: non

non sine graui inuidia & dolore populi: quod de ciuibus cæsis agi videretur. Goltzius.

Iulius proximo ante mortem anno Carthaginem & Corinthum hactenus desertas & neglectas, missis eo cum ciuibus libertini generis, tùm pluribus è militibus suis, Colonias pop. Rom. constituit: pristinisque suis nominibus restitutas, nouis operibus exornauit. Goltzius.

Suffecti siue Honorarii Coss. primùm creari cœpti, anno a primis Coss. 464.

Hoc anno Hispania recepta, ob omnia bella ciuilia confecta, & singularem in ciues clementiam, C. Iulius Cæsar Liberator, parens patriæ & Dictator perpetuus appellatus est: primusque IMPERATORIS prænomen accepit.

Iulius Cæsar Testamentum 13. Septemb. à se conditum tradit seruandum Vestalibus.

3928 *Olympias 184. V.C. 709. Ciceronis 63.* 43

Iulii Dictatura V. siue perpetua, Consulatus V.

Iulius Cæsar ouans ex monte Albano vrbem ingressus est die 48. antè quàm interficeretur, videlicet 26. Ian.

IVLIVS CAESAR à Bruto & Cassio, eorumque coniuratis interfectus. æt. 56. die 15. Martii, à morte Alexandri M. 280. Philippi Macedonis 293. Romuli 672. Cyri 486. Mosis 1435. Ante cædem paucis diebus cùm nunciaretur immolanti in curia cor in extis victimæ non repertum, irrisit: & Spurinæ auguri, qui periculum non vltra Idus Martias differri dixerat, ipso die cædis, venisse Idus, ait: cui ille, venisse, sed non præteriisse. Ita ingressus curiam peremptus est 23. vulneribus. Post ipsius cædem testamentum apertum & palàm recitatum est: funusque ei amplissimum, prosequentib. cum vniuerso ferè Senatu Magistratib. frequentique cùm ciuium tum militum etiam armatorum ad corporis custodiam multitudine, factum est.

Hoc anno mensis Quintilis appellatus est Iulius, in hono-

honorem Iulii Cæsaris, qui hoc mense natus erat ante annos 56.

Iulius Cæsar per omnem vitam quinquagies dicitur collatis signis cum hostibus dimicasse.

C. Octauius cum Cæsar auunculus eius Romæ interficeretur, Apolloniæ erat. Factus certior de Cæsaris cæde in Italiam transiit, & Neapolim venit 14. Cal. Maii. Cic. ep. 10. lib. 14. ad Att. Adita Cæsaris hæreditate nomen quoque eius tulit, cumque prius Octauius nominaretur, deinceps C. Iulius Cæsar Octauianus de more dictus est. Agens annum ætatis 19. peruenit ex Schola ad regnum, à literarum studiis ad bella, à Musis ad Imperium.

Cicero de recuperanda libertate cogitans Octauium Augustum armat aduersus Antonium: quod ei consilium infelicissimè cessit.

Cic. habuit 4. priores orationes in Antonium, quas inscripsit Philippicas.

Hoc ferme tempore Cicero (ætat. 63.) scripsit Tusculanas quæstiones: de Nat. Deor. de Diuinat. de Fato, de Senect. de Amicitia, de Offic. & Topica. Item Epist. lib. 14. ad Att. & illas quæ in initio lib. 15 leguntur.

Cicero post cædem Iulii Cæsaris ἀμνηστίαν inducendam atque omnium odiorum & discordiarum memoriam obliuione sempiterna sepeliendam censuit, Atheniensium exemplo, qui autore Thrasybulo idem sanxerant ante annos fermè 360.

Extremo hoc anno turbinis vi simulacrum, quod M. Cicero ante cellam Mineruæ pridie, quàm in exilium iret, posuerat, dissipatum membris pronum iacuit, fractis humeris, brachiis, capite, mortem Ciceronis portendens. Obseq. Dio.

Eclipsis Solis hoc anno accidit. Virg. 1. Georg.

3929 *V.C. 710. Pugna ad Mutinam: Duo Coss. Hirtius & Pansa occisi: Antonius ab Octauio Cæsare victus, & à Mutina repulsus circa 14. diem April. Ouid. 4. Fast.* 42

AVGV-

AVGVSTI CÆSARIS IMPERIVM.

Octauianus Cæsar quadringentos milites Romam ad Senatum misit: qui Consulatum sibi nomine exercitus deposcerent: cum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere: Hic faciet: si non feceritis vos. Suet. Dio. Consulatum primum iniit die 22. Sept. (alii malunt 19. Aug.) pridie sui natalis, exeunte anno ætat. 20. Hinc numeramus 56. annos imperii Augusti: alii habent 57. scilicet à morte Iulii ad mortem Augusti.

Antipater Herodis Magni pater veneno necatur per pincernam pecunia corruptum à Malicho. Herodis animum ita percelluit hoc indignum facinus, vt Hierosolymam ingressus sit cum militibus instante festo & ieiunante populo. Tandem arte Herodis per milites Cassii Malichus occisus est. Ioseph.

Cicero hoc anno habuit quintam orationem Philippicam & nouem reliquas.

Epistolarum lib. 10. fam. ad hunc annum pertinet, præsertim Planci Epistolæ.

TRIVMVIRATVS Antonii, Octauii Augusti & Lepidi cæpit 27. Nouemb.

Consul factus Octauius Ciceronem valere iußit, & pace cum Antonio Lepidoque facta, copias omnes in vnum locum contraxerunt: ibique imperium Romanum quasi poßeßionem aliquam inter se diuiserunt. In hoc triumuiratu alii alios hostes proscripserunt, Antonius Ciceronem.

Tabulæ præscriptionis Senatorum ac ciuium proposita.

Ouidius Poeta nascitur 20. Martii.

Qui

Quidam etiam Tibulli Poetæ natalem huc referunt ex eius lib. 3.

Cicero interfectus 7. Decemb. à Consulatu 20. Vixit ann. 64. minus 26. diebus. De eo quidam scripsit: Cicero mortuus est vt philosophus, vixit vt homo. Mors Ciceronis videtur referenda esse ad finem huius anni: quia, vt Sigonius ex lapide Colotiano demonstrat, inierunt illi Triumuiratum 27. Nouembris, & postea tabulam proscriptionis proposuerunt: cuius indicio interfectus est Cicero.

Antonius percussori Cicer. Popilio Tribuno (quem parricidii reum olim defenderat Cicero) pro allato capite, dedit 25. millia coronatorum, Goltzius: id est, vt Hostus supputat, Ioachimicos 31250. Caput eius pro rostris positum vna cum dextra, publicum præbuit spectaculum.

Mors Dauidis & Ciceronis distant annis 1000. Considera nouissima verba vtriusque videbis ibi lucem, hic tenebras.

VERREM triumuiralis proscriptio sustulit: cum quidem ante sui accusatoris mortem audisset. Lactant. lib. 2. cap. 5.

3930 *V.* C. 711. à reditu ex Babel 496. à morte Adam 3000. 41
Simsonis 1120. Leui 1596. à morte Dauidis & regno Salomonis 1000. Hinc ad Baptismum Christi 70.

COLLATIO SALOMONIS ET AVGVSTI CÆSARIS.

Vterq; potens, sapiens, pace florens, bello felix, & euentibus sui temporis clarissimus: sub illo conditum templum: sub hoc natus Christus. Nec ingeniis, moribus ac fortuna admodum dissimiles. Sola religione & cultu Dei nequaquam conferendi.

Bellum Philippense, in quo perierunt percussores Cæsaris, Cassius & Brutus. Cassius αὐτόχειρ: Brutus transfossus à

comite fuga. Nullo magis prælio quàm isto de libertate & statu reipubl. populari actum est. Ab hoc prælio nunquam ad libertatem Pop. Rom. oculos sustulit. A se ipso enim superatus sibi ipsi & cladem attulit & accepit. Dio.

Victo Cassio Cæsar in Italiam rediit: Antonius in Asiam.

TYBERIVS Imp. nasc. 16. Nouemb.

Legati Iudæorum accusaturi Phaselum & Herodem, non audiuntur ab Antonio. Hyrcanus Antonio donat coronam auream, & impetrat edictum, vt agri ablati Iudæis restituantur, & captiui dimittantur.

Herodes & Phaselus fratres ab Antonio creantur TETRARCHÆ Iudææ. Ioseph.

3931 *Antonius Cleopatræ amoribus vacans, omnia boni Imp. munia negligit: interim Parthi in Syriam irruunt, Duce Labieno. Inde est, quod aliqui scribunt, eum cum Cleopatra 12. annis vixisse.* 40

Bellum Perusinum ab Augusto contra Antonium susceptum propter agrorum diuisionem. Cæsar secundum pactum, quod cum Antonio fecerat post victoriam, omnibus suis, Antoniique militibus agros diuidere volebat, vt eorum sibi animos beneuolentia obstringeret. Antonius & Fuluia suis militibus competentem partem assignare volebant. Dio.

Prima Ecloga Virgilii hoc tempore scripta, quando Augustus veteranis militibus agros diuidi, & in eos militares colonias deduci iussit.

3932 *Olympias 185. V.C. 713.* 39

Perusia vrbs incendio consumta. Multi Senatores & Equites ad aram Iulio Cæsari sacratam mactati sunt.

Fuluia Antonii vxor, quæ Ciceronis mortui linguam aciculis confixerat, Sicyone moritur. Dio.

Mortua Fuluia Augustus & Antonius armis positis redierunt in gratiam, & tum denuo imperii diuisio facta, bellique contra Sextum Pompeium societas inter vtrunque inita, etsi Antonius per internuncios se obstrinxe-

rat

rat Pompeio ad consortium belli contra Cæsarem. Dio.

Antigonus Aristobuli filius Parthos in Iudæam introducit: Pacorus Parthorum rex victo Decidio Saxa M. Antonii legato vniuersam eam prouinciam & Palæstinam occupauit: Antonio ipso amore Cleopatræ in Aegypto implicato. Hierosolyma occupata à Parthis: Hyrcano Pontifici præciduntur aures & nares: Phaselus frater Herodis in vinculis mortem sibi consciscit. Herodes Romam properat. Ioseph.

ANTIGONVS in Iudæa regnat. an. 3. mens. 3.

HERODES Romæ creatur & coronatur Rex Iudæorum regnauit an. 40., Estq; annus 700. ab abductis 10. tribubus Israel in Assyriam. Annus templi secundi 480.

Hoc anno fuit Cos. C. Asinius Pollio: de quo Virgilius Ecloga 4. canit:

Teq; adeo decus hoc æui te Consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.

Hac itaq; Ecloga scripta est ætat. Virg. 30.

3933 HERODES Galilæam recuperat: hinc numerandi sunt anni Herodis, quia & in fine superioris anni media hyeme coronatus est, & hoc anno Iudæam primum regio titulo ingressus est. 38

Ventidius Bassus ab Antonio contra Parthos missus prælio eos vicit, & Labieno occiso Syria expulit, & Palæstinam recepit. Dio.

ÆRA SYNODICA.

AERA SYNODICA in Conciliorum inscriptionibus vsitata incipit hoc anno ante N. C. 38. Cumq; huius æræ initium cadat in 5. annum Augusti Cæsaris, suspicantur eruditi inde natam esse fictitiam vocẽ AEræ, q̃ olim notati sint anni Augusti his literis A. ER. A. id est, annus erat Augusti.

Hæ literæ contractæ genuerunt vocem Aera, qua significatur principium vsitatæ alicuius supputationis annorum, dependens ab insigni aliquo euentu. Nos vocamus Eine Jarzahl. De hac æra Iulianus Pomerius in libris contra Iudæos anno nati Christi 686. scriptis ita, Aera, inquit, inuenta est annis 38. ante, quam Christus nasceretur: & nunc est Aera 724.

Lex Falcidia lata à C. Falcidio Tribuno pl. Dio. Euſ. Iſid. Zaſ. & Freymon.

3934 Antonius aliquot Legiones Romanas mittit in Iudæam, opem laturas Herodi Hierosolymam oppugnanti. Ioseph. 37

Iosippus frater Herodis interemptus.

Annus 1000. à condito templo Salomonis completus.

Pacorus Parthorum rex interfectus à Ventidio, eo die quo ante annos 15. Crassus à Parthis interfectus fuerat.

Augustus Cæsar nuptias celebrat cum Liuia matre Tiberii Imp. Vixit cum marito annos 51. superuixit marito annis 15. Interrogata hæc matrona: quanam ratione maritum ita in suam potestatem redegisset: respondit: Exquisita pudicitia: omnia eius mandata libenter exequendo: nullas eius res scrutando: & quædam eius vitia non persequendo, sed dissimulando.

Claudius Drusus ex Liuia nascitur mense tertio à nuptiis: quia Liuia erat ex marito suo grauida mense iam sexto. Vnde natum est prouerbium: fortunatis etiam trimestres nasci liberos.

3935 Regnum Herodis in Ierusalem. 36

Ierosolyma capta ab Herode & sceptrum ablatum à Iuda: quod Iacob moriturus prædixerat ante annos 1680. (inclus.) id est, 6. Cyclos Sol. Hinc ad excidium Ierosolymorum Iosephus (inclus.) numerat annos 107. in quo nobiscum concordat.

HERODES Iudæorum Rex Hierosolymis regnat ann.

ann.37. Annus à creatione quinquies 787. à Cyri Monarchia & reditu Iudæorum ex Babel 500. à morte Philippi Macedonis & principio regni Alexandri 300. à regno Matathiæ patris Maccabæorum (incluſ.) 130. Hinc ad mortem & aſcenſum Chriſti (incluſiue) 70. quorum medium eſt conceptio Chriſti: & vtrimque eſt diſtantia annorum (incoatorum) 35.

Omnes ſeptenarii poſt 3900. ſunt inſignes euentibus ad Eccleſiam vel Politias pertinentibus 3907. 14. 21. 28. 35, (medium) per Herodem ablatum ſceptrum à Iuda 42. 49. 56. 63. 70.

ANTIGONVS vltimus Regum Iudæorum ex Aſmonæis, ab Antonio occiſus Antiochiæ, hoc vel ſequenti anno. Ioſeph.

Bellum Siculum aduerſus Sext. Pompeium Cn. Pompeii Magni filium minorem ab Auguſto geſtum. Dio.

3936 *Olymp. 186. V.C. 717.* 35

Fugato Pompeio comperit Cæſar M. Lepidum occulta pacta cum Pompeio feciſſe. Victus itaq; Lepidus, & Cæſari ſupplex factus, vix vitam impetrat, & triumuiratu ſe abdicare cogitur.

Ariſtobulus frater Mariannes coniugis Herodis conſtituitur ſummus Sacerdos Iudæorum: præfuit ann. 1.

Saluſtius hiſtoricus moritur quadriennio ante bellum Actiacum. Euſeb.

Dioſcorides Medicus vixit.

3937 *Sextus Pompeius Magni filius ab Antonianis captus necatur; à nece Iulii 10. à morte patris 13.* 34

Ariſtobulus ſummus Sacerdos anno ætatis 18. ſubmergitur per ludum Hierichunti, calliditate Herodis.

3938 *C. Soſius Procoſ. ex Iudæa & aliis locis triumphat 3. Septemb.* 33

Antonius regem Armeniæ Artabazum accerſitum ad collo-

quium, argenteis catenis vinxit, & vniuersam Armeniam partim vi, partim deditione in suam potestatem accepit. Dio.

3939 *Cæsaris & Antonii mutuæ accusationes erumpunt, vnde & postremum ciuile bellum exoritur.* 32

Pactum Antonii cum Rege Medorum aduersus Cæsarem. Antonius in Græciam properauit belli contra Cæsarem adornandi gratia.

3940 *Olymp.187. V. C.721.* 31

Pomponius Atticus, intimus Ciceronis amicus, mor. ætat.77. die 31. Martii.

Antonius à Senatu iudicatus hostis, & bellum contra eum & Cleopatram decretum.

3941 *V.C.27.* LXII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 428. annus hebdomadum. 30

Pugna Actiaca: qua victus est nauali certamine Antonius ab Augusto ad Actium Epiri promontorium die 2. Septemb. & Monarchia Romana ad Augustum translata. A monarchia Alexandri Magni 300. Post pugnam Cæsar templum Actio Apollini construxit, triremes consecrauit, ludos & quinquennale sacrum, quod Actium diceretur, instituit. Hanc pugnam descripsit Virgilius 8. Aeneid. Orosius lib.6. cap.19. Famosum & magnum hoc bellum apud Actium fuit. Ab hora 5. vsq; in horam 7. incerta vincendi spe, grauissima vtrimq; cædes acta: reliquum diei cum subsequente nocte in victoriam Cæsaris declinauit: Prior regina Cleopatra cum 60. velocissimis nauibus fugit. Antonius fugientem vxorem secutus est. Ex victis 12. millia cecidisse referuntur: septem millia vulnerata sunt: è quibus mille inter curandum defecerunt. Ab hac victoria plerique numerant 44. annos Monarchiæ Augusti, quod hoc tempore solus rerum potitus sit. Hactenus enim vna cum Antonio imperauerat ann.12.

Hero-

Herodes deserens Antonium fidem cum fortuna mutat, & transit cum cohortibus ad Cæsarem. Plut.in Ant.

MONARCHIA AVGVSTI CÆSARIS ætat. Augusti 32.

3942 *Est annus à bello Peloponnesiaco 400.à Monarchia Alexandri 300.* 29

AEgyptus ab Augusto capta & in Romanam prouinciam redacta fit Rom.tributaria: & primus ei præficitur Cornelius Gallus.

Antonius victus ab Augusto mense Augusto perit αὐτόχειρ, *anno ætat 56.alii 53.in vrbe Aegypti Alexandria. Cleopatra vero morsu aspidum se necat ætat.39.regni 22. & regio funere cum Antonio iussu Cæs. Augusti ibidem sepelitur.*

Finis regni Aegyptiaci, quod à morte Alexandri Magni durauit annis 294.vt annotarunt Ptol.& Clemens: Et totidem supputatio nostra producit.

Hyrcanus summus Sacerdos ab Herode interficitur octogenarius.Ioseph.

Herodes Augustum venientem in Syriam magnifico apparatu excipit,eumq; officii causa prosequitur.Augustus Herodi regnum confirmat:adiectis eius ditioni multis oppidis & regni parte quæ Cleopatræ fuerat. Est annus 10. à Romana coronatione Herodis: à regno eius in Ierusalem 7. à morte Cyri 500. Hinc ad excidium Ierosol.100.

Dionysius Halicarnassensis historiæ Romanæ scriptor diligentissimus Romam venit circa medium Olymp.187. & spacio annorum 22.sibi comparauit cognitionem & lingua & historia Romana.

Mensis Sextilis vocatus est Augustus, quod ipso die primo huius mensis Antonium & Cleopatram superauerit, & imperium populi Romani firmauerit. Beda

Hoc anno Ciceronis filius fuit Cos. mense Septemb.Dio.& alii.

3943 *Augustus V. Cos. ætat. 34. triduo triumphauit, Primo scilicet die (8. Iulii.) de Pannonibus, Dalmatis, Iapydib. & Gallis. Secundo (9. Iul.) de Antonio ad Actium caso: quem Actiacum dixit triumphum. Tertio (10. Iulii) de Aegypto, in quo Cleopatræ reginæ imago ad viuum expressa, cuius sinistro brachio aspis mordicus affixa hærebat, perlata est. Plutarchus. Macrobius hos triumphos refert ad mensem Augustum.* 28

Ianus clausus ab V.C. III. ab Augusto I.

Herodes Mariannem coniugem suam à nuptiis 8. interfecit.

Imp. Cæsar Octauianus in hoc honore republ. conseruata à S. P. Q. R. pater Patriæ est appellatus.

3944 *Olymp. 188. V.C. 725. ætat. Augusti 35.* 27

Quinquennales ludi ab Augusto instituti. Dio.

3945 *Octauianus VII. Cos. appellatur Augustus a Senatu æt. 36. die 17. Ian.* 26

3946 *Cornelius Gallus poeta, cuius fatum deplorat Virg. Ecloga 10. sibiipsi manus infert, ætat. 43.* 25

Eodem tempore vixit Poeta Manilius, cuius extant ad Augustum libri Astronomici: Et Propertius, cuius sæpe meminit Ouidius.

Bellum Cantabricum gestum in Hispania ab Augusto.

3947 *V.C. 728. Ianus IV. clausus.* 24

Olymp. 189. V.C. 729.

3948 Horrenda fames in Iudæa, subleuatur munificentia & ope Herodis, regni eius 13. Ioseph. 23

3949 *V.C. 730. Augustus XI. Cos. Tribunitiam potestatem accepit ætat. 40. die 27. Iunii. Hoc summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adsumeret: & tamen aliqua appellatione imperia cætera præemineret. Tacitus.* 22

Augustus grauissimè decumbens sanitati restituitur ab Antonio Musa medico.

Marcellus filius Octauiæ sororis Augusti, quem Augustus sibi adoptauerat, moritur in Baiano ætat. 18. Huc pertinent versus Virgilii in fine libri 6. Aeneïdos, de Marcello,

cello, &c. pro quibus (teste Seruio) Virgilius ab Octauia Augusti sorore, Marcelli matre, accepit 210 sestertia, id est, vt Hostius supputat, 6562. Ioachimicos.

3950 IVBILÆVS MVNDI *79. Mosis 29.* 21

3952 *Olymp. 190. V.C. 733.* 19

Annus 500. Templi secundi completur mense 9.

Augustus in Syria agens, Herodem magnis honoribus adficit, eiusque regnum adiecta nou. ditione ampliat. Ioseph.

Pax facta cum Parthis, signis receptis à clade Crassi anno 33.

3953 Annus 1500. ab exitu ex Aegypto. 18

Templum ab Herode renouatum.

Herodes ruinosas templi Hierosolymitani partes renouare aggressus est, & additis porticib. similibusq; ædificiis templum exornauit, regni sui anno 18, (ante N.C. 18.) Ioseph. Estque hic annus ab eodem templo sub Dario condito 500. Hinc ad ministerium Christi 46. pleni. Ioan. 2.

Contendunt aliqui tria fuisse templa Ierosolymis condita: Primum à Salomone: secundum sub Dario: tertium ab Herode, regni eius 18. anno, de quo Ioseph. lib. 15. cap. 14. belli Iudaici lib. 1. cap. 16. Verum Aggæi cap. 2. dicitur, gloriam posterioris templi (quod Darii edicto tum condebatur) fore maiorem quam prioris, videlicet propter præsentiam Messiæ, qui stante templo secundo, docturus, miracula editurus, & opus redemptionis completurus erat. Nequaquam igitur Herodes nouum vel tertium templum extruxit; sed vetus illud reparauit, ampliauit & exornauit. Priora templa condita erant expresso Dei mandato: quid tale de Templo Herodis legitur? Et verò præcipuum argumentum aduersus Iudæorum blasphemias petitur ex hoc Aggæi loco de templo secundo. Vile erat templum se-

cundum præ magnificentia & splendore prioris sub Salomone. Verùm vbi Deus dicit, maiorem fore gloriam secundi quàm prioris, collationem instituit inter vtrumque templum, quoad ornatum: & affirmat, visibilem conspectum additurum templo secundo verius decus, quàm aurum in parietibus. Plura de hoc anno vide in Isagoge, harmonia 6. de millenariis.

Augusto Cæsari ex prouinciis redeunti currus cum corona aurea decretus est, quo ascendere noluit. Cassiod. Nunc Romani Augusto regiam coronam, sceptrum ac imperium deferunt, quam regi Tarquinio Superbo ante annos 490. detraxerant.

Vergilius Poetarum Latinorum princeps Brundusii moritur 22. Sept. ætat. 51. al. 52.

3955 LXIV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *hoc est*, 442. annus hebdomadum. 16

Beata virgo MARIA Domini nostri IESV CHRISTI Mater, hoc anno vel concepta vel nata creditur ex patre Eli, qui & Ioakim vel Eliakim: Ab erecto tabernaculo in deserto 1500. A condita Regia Salomonis 1014. eadem completa 1002. à tẽplo secundo condito 503. eodem perfecto 499. à morte & vaticinio Iacobi 1700. inclusiue.

Ludi Seculares, V. facti ab Augusto, in quibus se dominum appellari vetuit.

Clades Lolliana: victus M. Lollius à Germanis.

Agrippa filios Caium & Lucium nepotes suos ex filia Iulia Augustus adoptat. Dio.

3956 *Olympias 191. A diluuio 2300. V.C. 737.* 15

Augustus in Galliam proficiscitur.

M. Agrippa inuitatus ab Herode rege venit Hierosolymam, ibique in templo obtulit hostias Deo Israelis. Philo.

3957 *Rhæti qui inter Noricum & Galliam ad Alpes Tridentinas sedes suas habent, prælio victi & à Druso ac Tyberio subacti sunt. Dio.* 14

Pan-

3958 *Pannonii rebellantes denuo à Romanis subiugati sunt: Liguria Comata Romanis subditur. Dio.* 13

3959 *Augustus rebus Gallicis, Germanicis & Hispanicis ex sententia confectis, Romam redit.* 12

3960 *M. Agrippa gener Augusti ex Syria reuersus ab Augusto ornatur Tribunitia potestate, & paulò pòst moritur at.50. al.51. Vide Solin.c.4.* 11

Hoc anno Romæ Consul fuit P. Sulpitius Quirinius, qui decennio pòst censum egit in Syria nato Christo. Lucas & Iosephus eum nominant κυρήνιον. Tacitus Quirinium.

Drusus in Frisia bellum gerit.

Annus à nato Dauide 1100.

3961 *Desinit liber prodigiorum Iulii Obsequentis.* 10

Dedicatum est templum ab Herode renouatum, hoc vel sequente anno: consumptis in eius reparatione annis 8. Ioseph. A dedicato templo Salomonis 1020. à dedicato templo secundo 505. Ab Encæniis Iudæ Macabæi 152. Hinc ad excidium templi huius 80. ad Christi prædicationem 40.

Drusus Rhenum transiit, & fluminis Lupiæ ripis ponte iunctis per Sisambros in Cheruscorum regionem vsque ad Visurgin processit, quem tamen non transiit: vbi & hostium Germanorum insidiis petitus, in summum deuenit periculum, ita vt non procul abesset, quin cum toto periret exercitu. Dio.

Dalmatæ & Pannonii à Tyberio domiti. Dio.

3962 LXV. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 449. annus hebdomadum. 9

CLAVDIVS Imp. nascitur Calend. Augusti.

3963 Cæsarea ab Herode in honorem Cæsaris denominata & condita, dedicatur ludis magnificentissimis anno 28. Herodis. Ioseph. 8

Drusus Cos. Germanici pater, & Tyberii Imp. frater, moritur in Germania, cum ad Albim vsq; perrexisset. Florus.

Epitome Flori collecta ex Liuio desinit, anno V. C. 744. ab eiectis regibus 500.

Augu-

Augustus emendat annum. Macrob.

3964 *Olymp.193. V.C.745.* 7

Dionysius Halicarnassensis historiam Romanam conscribere cœpit, vt ipse testatur initio sui operis. Hunc autorem vt fide dignissimum plerumq; in historia Romana secuti sumus.

Mecœnas Augusti consiliarius & eruditorum patronus eximius moritur. Dio.

Horatius Poeta moritur æt. 57. Euseb.

Mensis Sextilis adpellatur Augustus. Dio. Censor.

3965 Annus 600. à captiuitate Babylonica Israelitarum. 6

Tiberius II. Cos. de Germanis triumphat Cal. Ian. & tribunitiam potestatem accipit in quinquennium.

Augustus Tiberium loco Drusi ad imperium prouexit, & nomine Imperatoris decorauit.

3966 *Iulia Augusti filia Tiberii vxor, propter impudicitiam relegata est in insulam Pandatariam. Dio.* 5

3967 INDICTIONES ab huius anni autumno numerantur à Beda, qui scribit CHRISTVM natũ esse indictione 4. ineunte, alii earum initium referunt ad an. Christi 312. Est autem Indictio spacium 15. annorum. *Vide Isagogen.* 4

Augustus Caium filium suum adoptiuum in forum deducit, principemq; iuuentutis creat.

3968 *Olympias 194. V.C.749.* 3

Annus postremus euentum veteris Testamenti, distat à Genesi 1678.

Caius Cæsar Augusti ex sorore nepos Iudæam prætereuectus, Hierosolymis Deo Iudæorum sacrificia offerre noluit: quod Augustus (ne peregrinas religiones adprobare videretur) collaudauit. Sueton.

3969 *V.C.750.* LXVI. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, annus hebdomadum 456. Templi secundi 517. à vocatione Abrahæ 1945. 2

NOVI

NOVI TESTAMENTI historiæ ab Euangelistis descriptæ incipiunt de vita & curriculo Domini nostri IESV CHRISTI, & præcursoris eius Ioannis Baptistæ: hoc tamen discrimine: Lucas narrationem suam orditur ab hoc anno: & capitibus 24. complectitur historiam an. 34. mensium ferme 8. à tempore annunciatæ concept. Baptistæ ad Christi ascensionem. Matthæus à sequenti: Marcus & Iohannes ferme à prædicatione Baptistæ.

Angelus Gabriel nunciat Zachariæ natiuitatem Iohannis Baptistæ. Luc. 1.

IOHANNES BAPTISTA conceptus (24. Septéb. vt credit Ecclesia) mense sexto ante, quam Christus conciperetur.

MARIA desponsatur Iosepho.

Natus GALBA Imp. 9. Cal. Ian. Sueton.

3970 *V.C. 751. Augustus Cæsar XIII. Plautius Siluanus Coss.* 1

Hic est felix ille & vltimus Consulatus Augusti: à quo initium capiunt narrationes sacræ in Noui Testamenti libris expositæ.

CONCEPTIO CHRISTI.

Angelus GABRIEL in oppido NAZARETH nunciat Virgini MARIÆ incarnationem Messiæ ex ipsa nasciturі: itaque conceptus est IESVS CHRISTVS Dominus noster in vtero beatiss. Virginis obumbrante, operante, admirandamq; illam actionem perficiente SPIRITV SANCTO. Luc. 1. Ecclesia refert ad 25. Martii.

Conceptio Isaaci & Christi distant annis 1922. confer verba Mariæ cum verbis Saræ. Gen. 18. videbis harmoniam.

CANTICVM MARIÆ VIRGINIS, QVOD EST IN NOVO Testamento primum.

MARIA

MARIA accepto nuncio Angelico festinanter abit in loca montana, de hoc diuino opere edoctura cognatam suam Elisabeth. Cumque Elisabeth audiret salutationem Mariæ, exiliit fœtus in vtero eius, & Baptista (vt Augustinus ait) Christum motu salutauit, quem voce non potuit. Maria repleta Spiritu Sancto, canit in domo Zachariæ sanctissimum illud Canticum suum: MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM. Lucæ 1. Eius rei typum elegantissimum vide Exodi 15. vbi Maria siue Miriam, soror Mosis primum Canticum veteris Testamenti incoat in choro fœminarum psallentium, & Deo gratias agentium pro liberatione ex Aegypto. Conferat Lector vtriusque Cantici verba, videbit miram typi conuenientiam cum his quæ canit virgo Maria. Distat Canticum Miriam à cantico beatæ Virginis annis 1517. Cecinit Miriam illud suum ἐπινίκιον in ipso Paschate: fortè Maria quoq; suum MAGNIFICAT sonuit circa tempus Paschatis: quia dicitur apud Lucam, id factum esse mense 6. à concepto Baptista. Refert autem Ecclesia festum concepti Baptistæ ad 24. Septemb. & Conceptionem CHRISTI ad mensem Martium fermè & ad tēpus vicinum Paschati. Congruet igitur ratio, si numeres à Septembri vsq; ad Martium.

NATIVITAS IOHANNIS BAPTISTÆ.

IOHANNES BAPTISTA nascitur ex matre sterili & effœta Elisabeth. Lucæ 1. Ecclesia festum natalis Baptistæ celebrat die 24. Iunii, circa Solstitium æstiuum.

CANTICVM ZACHARIÆ IN NOVO TESTAMENTO secundum.

ZACHARIÆ muto redditur sermo, cum in tabella exprimeret scripto nomen Iohannis filii sui. Hic sanctus Senex, Deo plenus, sonat Canticum in Nouo Testamento secũdum: BENEDICTVS DOMINVS DEVS ISRAEL, Luc.1.

MATTHÆI Euangelistæ narratio Euangelica incipit: & capitibus 28. absoluit historiam annorum 34. mensiumq; circiter duorum, à tempore concepti Christi ad eius ascensionem.

Ioseph monetur diuinitus, ne Mariam grauidam repudiet. Matth. 1.

Sulpitius Quirinius (qui à Luca κυρήνιος appellatur) censum in Iudæa primùm agit. Luc. Ios.

NATIVITAS CHRISTI.

Ex literis reperies colligendo annum mundi 3970

IESVS CHRISTVS DEI FILIVS EX PATRE NATVS AB ÆTERNO, HOC ANNO NASCITVR IN BETHLEHEM EX MARIA VIRGINE VERVS HOMO.

Ecclesia natalem CHRISTI celebrat 25. Decembris, circa Solstitium hyemale.

Historia nati Christi descripta est. Lucæ 2.

CANTICVM ANGELORVM QVOD EST IN NOVO Testamento tertium.

Angelus Domini pastoribus pro grege suo excubias nocturnas agentibus, patefacit Christi natiuitatem: Ecce, inquit, euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus: Et multitudo militiæ cœlestis Deum laudans dixit: GLORIA IN EXCELSIS DEO: ET IN TERRA PAX, ET HOMIMIBVS LÆTITIA.

DISTAN-

DISTANTIÆ.

Diſtat hic annus à morte Adæ 3040: à diluuio 1314: à natali Abrahæ 2021: Iſaaci 1921: Moſis 1597: Dauidis 1110: à Vocatione Abrahæ ex Haran 1947: ex Vr 1950: à morte Iacob 1714: ab exitu ex Ægypto 1517: morte Moſis 1477: partitione terræ, & Iubilæorum initio 1470: à morte Samſonis 1160: à regno Dauidis 1080: à morte Dauidis, & Coronatione Salomonis 1040: à regno Samuelis, & reducta arca ad populum Iſrael 1120: à condito Templo Salomonis 1037: eodem completo 1030: morte Salomonis 1000: à captiuitate Babylonica, & vrbis deſolatione prima 606: à fine captiuitatis Babylonicæ, & reditu populi in terram Iuda 536: à condito templo ſecundo 518: eodem perfecto 514: à principio hebdomadum Danielis 457: ab ablato ſceptro per Pompeium 61: à coronatione Herodis 38: à regno Herodis in Ieruſalem, & ablato ſceptro à Iuda per Herodem regem alienigenam 35: à prima victoria, primoque Conſulatu Auguſti Caeſ. 41. monarchia Auguſti 30. ineunte: 29. completo: ab Auguſti monarchia poſt mortem Antonii 28: à renouato templo per Herodem 18: eodem dedicato 8: à natali Mariæ Virginis 15. plus minus complet: Roma condita 751.

OBSERVATIO EX VELLEIO.

Vixit Romæ tempore Christi Velleius Paterculus, hiſtoriæ Romanæ ſcriptor, cuius fragmenta extant. Is libro ſecundo, de anno quo natus eſt Chriſtus, memorabile quiddam refert. At in Vrbe, inquit, eo ipſo anno, quo magnificentiſſimi gladiatorii muneris, naumachiæque ſpectaculis D. Auguſtus ab hinc annos 30. ſe & Gallo Caninio Coſſ. dedicato Martis templo, animos oculoſque Pop. Romani

mani

mani repleuerat. fœda dictu, memoriaq; horrenda in ipsius domo tempestas erupit. Quippe filia eius Iulia nihil, quod facere turpiter posset fœmina luxuria & libidine, infectum reliquit. Iulia relegata in Insulam, patria & parentum oculis subducta est. Hæc Velleius.

Tria ferè commemorat Velleius de anno quo Augustus postremò Cos. fuit, & quo Christum ex Maria Virgine natum esse diximus.

I. Quòd dedicârit templum Martis, id est, egerit Marti gratias pro tot victoriis, eumq; inuocârit, vt deinceps quoq; prœliantem adiuuaret.

II. Quòd repleuerit omnium oculos ludorum & spectaculorum varietate & vanitate.

III. Quòd scelera & turpitudines Iuliæ, filiæ Imperatoris, eruperint. & velut oceanus malorum vniuersam Augusti lætitiam obruerint.

Attende Lector Optime, quanto his gloriosiora & diuiniora sint, quæ in Ecclesia apud Iudææ oppidum Bethlehem fiunt ad præsepe Domini, recens ex Virgine nati: & quanta sit eorum dissimilitudo, quæ Augustus Romæ, & quæ DEVS in Ecclesia agit.

I. In Bethlehem non dedicatur Templum Idolo Martis, sed ipse DEVS angelicis Concionibus & Cantionibus dedicat templum omnium Augustissimum nato Christo, qui non est commentitium numen, vt Martis Idolum, sed est DEVS & Homo, & autor nostræ pacis cum Deo. Nihil ibi auditur Martiale: nihil quo terreatur mens ira Dei sensu anxia: sed introducit nos Deus in nouum illud Templum pacis à se conditum, quod & Angelorum lætitia atq; cantu dedicat, & hominibus præcipit, vt cum fiducia ad thronum gratiæ accedant, & ad propitiatorium confugiant, quod ipse in eo templo erexit, & velut commune asylum omnibus onere peccati & iræ Dei oppressis aperuit. Hæc pax per Immanuelem inter Deum & homi-

nes facta, promulgatur voce Angelorum clamantium: ET IN TERRA PAX. Ecce templum Pacis, q̃ q̃dem est huius festi & dedicationis templi beneficium summum, quale nobis non p̃stat vel Augusti magnificẽtia, vel vllius creaturæ potẽtia.

II. Augustus Romæ, vt diximus, replet nugacissimis ac vanissimis gaudiis stultæ multitudinis oculos & aures, postremum fortè Consulatum his factis insigniturus. In Bethlehem verò inter nocturnas tenebras Angelus Domini, amictus gloria lucis diuinæ, apparet, & pastoribus nunciat verum, æternum, mundoq; ignotum gaudium, cùm ait: ECCE EVANGELIZO VOBIS GAVDIVM MAGNVM: magnum, inquam, quod erit non tantùm vni, sed omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in Ciuitate Dauid. Mox spectantur in cœlo myriades Angelorum, laudantium Deum & dicentiũ: GLORIA IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX, ET HOMIMIBVS LÆTITIA. Hæc cœlestia spectacula verè cõmouent, & gaudio sancto replent animas, corda, oculos & aures piorum, qui intuentes in arcanum consilium Dei saluantis nos per Filium, plenum gratia & veritate, concipiunt gaudium maius mundo, & sentiunt in vita & morte consolationem, quæ est vitæ æternæ initium.

III. In vrbe Roma scelerum & impudicitiæ muliebris infamia deformat Augusti domum. In Ecclesia verò assidet ad præsepe Christi mater eius Maria Virgo sanctissima & castissima, q̃ Messiam Virgo concepit, & Virgo peperit, & post partum Virgo permansit: & partu suo omniũ beatissimo nobis ꝓtulit semen illud benedictum, per q̃ omnes gentes à maledictione legis & terroribus iræ Dei liberandę erãt. Hic omnia sunt casta, pura, sancta, & diui[illegible]onibus plenissima, & honestissimis exemplis ornatissima.

Itaq;

Itaq; si consideret Lector dissimilitudinem eorum, quæ Romæ,& quæ in Ecclesia facta sunt hoc anno,facile perspiciet Ecclesię beatitudinem & gloriam:mundi verò vanitatem ac miseriam. Apparet etiam in hoc dissimilitudo actionum siue cõsiliorum Dei & Augusti: Augustus primum censum agit in Iudæa,vt sciat,quid & quantum onerum publicorum terra ista ferat. DEVS autem ministerio Augusti vtitur ad promissionum suarum veritatem demonstrandam,eiusq; edicto tanquã manu perducit Iosephum cum Maria in Bethlehem, vt ibi nascatur Messias secundum promissionem, Micheæ 5. Deinde Augustus dat bona terrena & externa: DEVS cœlestia & æterna. Et tñ,vt diximus,Augustus Imperator potentissim⁹, nesciens famulatur impletioni promissionis diuinæ de natiuitate Christi. Fortassis etiam tectè significatum est, pauperi Christo seruituros aliquãdo Monarchas mundi, & eius pedib. omnem huius seculi potentiam subiiciendam esse.

EVSEBII historia Ecclesiastica incipit, complectens decem libris res annorum 324. à salutifero CHRISTI ortu vsq; ad Synodi Nicenæ tempus.

Hic desinimus recitare euentus secundum annos Mundi: & quia Ecclesia hodie annos à nato Christo ab ipsis Calendis Ian. numerat, Indici Chronolog. inferemus historias secundum annorum Christi supputationem in Ecclesia vsitatam. Etsi autem natalis Christi nobis cadit in annum Mundi 3970: tamen relato annorum Mundi initio ad vernum tempus, primus ætatis Christi annus recidet in 3971. & ex anno Mundi 3970. tres tantùm postremi ad postremos, ex 3971. nouem menses sibi vendicabit. A potiore itaque parte fiat denominatio, & docendi causa distinguamus annum concepti ab anno nati Christi, eam præcipuè ob causam, ne (quod Eusebio accidisse suspicamur) confusio fiat eius anni, quo conceptus est Christus, cum anno primo natiui-

tatis: Vbi id quoq; teneat beneuolus Lector, distare principia annorum Mundi & Christi trium fermè mensiũ spacio: & nos quomodocunque accommodare inter se annos Mundi & Christi, quia id non aliter tulit harum tabularum spacium angustum. Interim diligentia autoris id relinquitur, vt euentibus in Chronolgia annotatis tàm in Mundi quàm Christi annis conuenientem locum, debitamq; anni partem adsignet.

3971 ÆRA ANNORVM NATI CHRISTI, quam ordiemur secundum Ecclesiæ consuetudinem à circumcisione Domini: Annos verò mundi à tempore verno & die concepti Christi. I

ANNVS A NATO CHRISTO PRIMVS.

CHRISTVS circumcisus die 8. Luc. 2. Calend. Ianuar.

Magi ex Oriente venientes salutant, adorant, & muneribus oblatis honorant CHRISTVM, Matth. 2. (6. Ianuar.) alii ad annum seq.

CANTICVM SIMEONIS QVOD EST IN NOVO Testamento quartum.

MARIA elapso puerperii tempore (à Circumcisione Christi die 33: à natiuitate 40.) die 2. Februarii in templo Hierosolymitano filiolum suum sistit Domino. Simeon grandæuus vir sanctus lætissimo amplexu excipit Christum infantem, eũque intuens oculis diuino lumine ac numine plenis, de ipsius beneficiis vaticinatur. Idem facit Hanna Prophetista, Luc. 2. Festum hoc celebratur in Ecclesia 2. Februarii.

FVGA CHRISTI IN ÆGYPTVM.

Ioſeph Chriſti nutritius ac tutor monitus ab Angelo in ſomnis cum infante Chriſto & matre eius, ſecedit in Aegyptum, vt infantem gladio Herodis præſentiq; neci ſubtrahat, Mat. 2. Alii ad ſequent. Exulauit in Aegypto, vt veteres ſenſerunt, circiter quinquennium.

INFANTICIDIVM HERODIS.

Herodes inaudito crudelitatis exemplo trucidari iuſſit infantes Bethleemiticos, & vnum infantem Christum quærens in multos rabioſiſſimè ſæuiit. Matth. 2. In narratione Euangelica fit mentio bimatus infantum: adeo referimus hoc ad annum à concepto Chriſto ſecundum. Eſtq; hoc primum in Nouo Teſtamento martyrium, in quo Rex eſt carnifex: ſicuti Cain in Veteri Teſtamento erat & Rex & carnifex, iniuſtique ſupplicii adminiſter. Hæc immanitas Herodis locum fecit adagio Auguſti Cæſaris, quod recitat Macrobius lib. 2. Satur. cap. 2.

Diſtantiæ. A Creatione ad 3971. ſunt 209. Cycli Lunæ. Obſerua, natalis Chriſti incidit in Cyclū Lunæ: mors Chriſti in Cyclū Solis. Multiplica 209. per 19. erunt 3971. & 143. per 28. erunt 4004.

3972 *Ab hoc anno ſupputandæ ſunt omnes Eclipſes ante natum Chriſtum: quia hic annus eſt Mathematicis ipſa æra annorum nati Chriſti congruens vſitata numerationi annorum nati Chriſti: atq; ita vero tempori nati Chriſti deeſſit annus vnus.* 2

MORS HERODIS.

Herodes ex carnificatus morbis ſæuiſſimis Hierichunti moritur circa tempus Paſchatis. æt. fermè 70. Et conſentaneum eſt, cum horrendo iſti infanticidio Bethleemitico non diu fuiſſe ſuperſtitem, agitantibus & inquietantibus illum vltricibus furiis, & diuina Nemeſi ad ſupplicia iuſtiſſima tyrannum rapiente. Immodica enim ſæuitia,

enormis furor, & extrema rabies raro est diuturna atque durabilis. Quinto autem die ante quàm crudelem exhalaret animam, filium suum Antipatrum iugulari iussit. Ioseph.

Eclipsis Lunæ antecessit mortem Herodis. Ios.

Augustus filiis Herodis prouincias Iudaicas & paternam hæreditatem distribuit.

ARCHELAVS, Herodis filius, in Iudæa regnat an. 9. Ioseph. alii 6. vel 7.

Hoc regnante Christus reuersus est ex Aegypto. Matth. 2. annum alii alium definiunt.

Herodes Antipas & Philippus Tetrarchæ regnant, ille annis 40. hic 34. Ioseph. habet 37.

3975 *Augustus Tiberium adoptat & in Germaniam ablegat. Vell. Dio. Goltz.* 5

3976 *Olymp.* 196. *V. C.* 757. LXVII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 463. annus hebdomadum. 6

CHRISTVS ex Aegypto rediit natus annos 5. Cedrenus.

3977 Tiberius Cæsar in Germanos expeditionem fecit, & vsq; ad Albim progressus est, nulla re memorabili gesta. Dio. 7

3978 Sulpitius Quirinius secundum in Iudæa censum agit, & Archelai (ob tyrannidem in exilium circa hæc tempora deportati) bona vendita fisco Rom. imperii infert. Ioseph. 8

3979 *ARMINIVS apud Germanos regnat an. 12. Tacit.* 9

Dalmatæ & Pannonii cum Romanis pacem faciunt: Dio.

3980 *Quintilius Varus amissis tribus legionibus Rom. occiditur in Germania 4. Iulii. De hac clade clamauit Augustus, Quintili redde legiones. (Distat clades Variana à Cannensi annis 224) Vell. Dio.* 10

VESPASIANVS Imp. nascitur 17. Nouemb.

3982 CHRISTVS æt. 12. anno in paschate, cum omnium admiratione Doctores docuit, diuinæq; suæ sapientiæ specimen illustrissimum edidit, Luc. 2. 12

Alii

Alii ad seq. quia 12. Christi intelligunt completum. Est annus à templo secundo condito 530. dedicato 526. à prima vnctione Dauidis 1100.

3983 CALIGVLA Imperator nascitur Cal. Septemb. Sueton. 13

LXVIII. HEBDOMAS DANIELI'S incipit, id est, 470. annus hebdomadum.

Tiberius Cæsar de Illyriis, Pannoniis, Dalmatis, Germanis triumphat die 10. Maii.

3984 *Olymp. 198 V.C. 765.* 14

Augustus Cæsar testamentum condit 3. April. at. 75. Suet.

3985 *V.C. 766. AVGVSTVS Cæsar mor. at. 76. imperii 56. die 19. Aug. à monarchia Iulii 61. à victoria Actiaca 44.* 15

Eclipsis Solis hoc aut superiore anno ante mortem Augusti conspecta. Dio.

IMPERIVM TIBERII CÆSARIS.

CORNELII TACITI historia Augusta incipit: à morte diui Augusti complexa annos 57. & cum excidio Ierosolymitano desinit: nisi quòd aliquot libri intermedii interciderunt.

3986 VITELLIVS Imp. natus 8. cal. Oct. Sueton. 16

3987 Medium vitæ CHRISTI. 17

Germani magno prælio victi à Romanis. Tac. l. 2.

3988 *Olymp. 199. V.C. 769.* 18

Germanicus Drusi filius Romæ 26. Maii triumphat de Cheruscis, Cattis, Angriuariis, aliisq; Germaniæ populis inter Rhenum & Albim à se debellatis. Hic est ille Germanicus Cæsar, cui Ouidius Fastorum libros dedicauit.

Tredecim vrbes Asiæ, vna nocte, maximo terræmotu deiectæ & prostratæ corruerunt. Plin. Tacit. ab excisa Troia 1200.

3989 *V.C. 770. T. Liuius Historiographus moritur Patauii ætat. 76.* 19

Ouidius Poeta in exilio moritur, & iuxta oppidum Tomos sepelitur, at. 60. anno 4. Tiberii. Eus.

3990 LXIX. HEBDOMAS DANIELIS incipit, *id est*, 477. annus hebdomadum. A regno Dauidis 1100. 20

ARMINIVS Germanorum rex moritur ætat. 37. cùm in Germania regnasset an. 12. Tacitus.

Germanicus Cæsar pater Caligulæ veneno extinctus moritur Antiochiæ.

3991 *Piso qui Germanicum veneno necauerat, sibi mortem consciscit. Tacitus.* 21

3992 *Olymp. 200. V. C. 773.* 22

Quirinius, qui nato Christo censum egit, mor. Tac.

Tyberius IV. Drusus II. Coss. pater & filius.

3994 *Drusus Tyberii filius veneno necatus à Seiano.* 24

3996 *Olymp. 201. V. C. 777. à prima Olympiade 800.* 26

Hoc anno finitur 69 hebdomas Danielis, id est, hebdomadum annus 483.

Plinius nascitur.

3997 Septuagesima & vltima Hebdomas DANIELIS incipit, in cuius medio Daniel ait, Messiam in publicum proditurum, & nouum testamentum abrogato veteri docendo conditurum & moriendo confirmaturum. Daniel 9. 27

Pilatus mittitur in Iudæã à Tyberio. Ioseph. Euseb.

Tyberius Roma excedit, nunquam eò reuersus: ante obitum an. 11. Tac.

3998 Pilatus Iudææ præest annis 10. Ioseph, à regno Dauidis in Ierusalem 1100. ab exitu 1545. à morte Mosis & principio Iosuæ 1505. à morte Alexandri Magni 350. 28

3999 Hoc anno die 10. mensis 7. iniit parasceue Iubilæi 30. Mosis. 29

BAPTISMVS institutus.

IOANNES BAPTISTA anno 15. Tyberii Cæs. vocatione diuina excitatus pœnitentiam prædicare incipit: veteris testamenti abrogationem instituto baptismo orditur, & Messiæ præsentiam omnibus nunciat & proclamat. Luc. 3. Est annus templi

pli secundi 547. ab instituta circumcisione 1950. completus, & ita circumcisio exegit Iubilæos 39. Et totidem numerantur ab Adam ad natum Abraham, cui primùm tradita est circumcisio.

ELIÆ ET BAPTISTAE COLLATIO.

Hieronymus. Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem prophetauerunt: non quòd Iohannes Prophetarum sit finis & legis, sed ille qui Iohannis testimonio prædicatus est. Iohannes autem est Elias, qui eandem habuerit Spiritus Sancti gratiam, zona cinctus vt Elias, viuens in eremo, vt Elias: persecutionem passus ab Herodiade, vt ille sustinuit à Iezabele: & vt Elias secundi præcursor aduentus est, ita Iohannes venturum in carne Dominum Saluatorem non solùm in Eremo, sed ét in matris vtero salutârit, & exultatione corporis nunciârit.

MARCI Euangelistæ narratio Euangelica incipit, & capitibus 16. recitat historiam annorum 4. & mensium aliquot, à prædicatione Baptistæ ad Christi ascensionem.

4000 IVBILÆVS MVNDI 80. *Mosis* 30. 30

Olymp. 202. *V.C.* 781.

Medium hebdomadis vltimæ Danielis, id est, annus hebdomadum 487. quo Daniel ait, Messiam prędicatione sua abrogaturum esse vetus Testamentum. (*Vide Isagogen.*)

CHRISTVS anno æt. 30. baptizatur à Ioanne in Iordane, & illustrissima patefactione Diuinitatis ordinatur ad ministerium docendi Euangelium. Matth. 3. Marci 1. Luc. 3.

Exeunte Iubilæo Mosaico 30. iniit Iubilæus Christi, i.e. typum secuta est res ipsa & impletio.

MOSES munus & ministerium suum auspicatur expleto ætatis ann. 80.

CHRISTVS munus & ministerium suum auspicatur expleto Iubilæo mundi 80.

CHRISTVS tentatur à Diabolo in deserto dieb. 40. & ad Iordanem reuersus, manifestat sese mundo, docens Euangelium, & doctrinam confirmans miraculis.

IOHANNIS Euangelistæ narratio Euangelica incipit, & capitib. 21. contexit historiam annorum 4. circiter, à prædicatione Baptistæ, ad Christi resurgentis apparitionem ad mare Tyberiadis. Etsi autem meminit incarnationis Domini, cũ inquit: VERBVM CARO FACTVM EST: tamen historiam natiuitatis non texit. sed necessitate quadam ostendendæ vtriusq; in Christo naturæ, diuinæ copulat humanam. Nos hic ipsarum historiarum annos tantùm respicimus ac annotamus.

Legatio Iudæorum ad Iohannem.

CHRISTVS ex deserto reuersus digito monstratur à Iohanne clamante: ECCE AGNVS DEI, &c.

CHRISTI PRÆDICATIO ET MIRACVLA.

CHRISTVS vocat discipulos ad Euangelii propagationem. Ioh 1.

Nuptiæ in Cana Galileæ, & primum Christi miraculum. Ioh. 2.

Liuia coniux Augusti Cæsaris moritur ætat. 86. Tac. Superuixit marito annis 15.

DISTANTIÆ.

Est annus à partitione terræ 1500: morte Adami 3070: ministerio Noe 2464: à diluuio irruente 2344: vocatione Abrahæ 1977: instituta circumcisione 1952: exitu ex Aegypto 1547: condito tẽplo Salomonis 1067: eodem completo 1060: captiuitate Babylonica 636: ab eius fine 566: condito templo secũdo 548: eodem perfecto 544: migratione Esræ 487: ab amissa libertate sub Pompeio 91: ab ablato sceptro per Herodem 66: à renouato templo per Herodem 48: eodem dedicato 38. à Roma condita 781 à nato Abraham 2050. compl.

à nato

à nato Isaac 1950. compl. à morte Mosis & principio Iosuæ 1507: exaltato Ioseph 1770: regno Dauidis 1110. Coronatio Salomonis & Baptismus seu coronatio Christi distant annis 1070.

I. *Hic etiam annus est quartus mundi millenarius.*

II. *Ipsum medium vltimæ hebdomadis Danielis, id est, annus 487: quo Daniel ait, Meßiam prædicatione sua abrogatarum esse vetus Testamentum.*

III. *Annus 30. Christi.*

IV. *Iubilaus Mosis 30.*

V. *Annus 15. Tiberii.*

Et his ipsis nominibus insignitur hic annus in scripturis.

1. *Ab Ezechiele nominatur 4000. cubitus.*

2. *A Daniele medium 70. hebdomadis.*

3. *A Luca 30. Christi.*

4. *Rursus à Luca 15. Tiberii.*

Considera analogiam partitionis terræ & prædicationis Christi, quò ad tempora & rerum similitudinem. Primùm distantia est annorum 1500. siue Iubilæorum 30. Deinde partitio agrorum terræ sanctæ rectissimè accommodatur ad prædicationem Christi, qua cœlestis & æternę patris hæreditas ac possessio distribuitur credentibus.

Cum principio noui millenarii concurrit prædicatio noui Testamenti, & manifestatio Messiæ.

Congruit & typus diluuii cum Baptismo Christi. Columba affert Noæ ramum oleæ, & nunciat placatũ esse Deum humano generi: In Baptismo Christi apparet Spiritus Sanctos columbæ specie, ac ostendit, vnctum esse Christũ plenitudine Spiritus Sancti præ consortib. vt prædicet captiuis libertatẽ, & vinctis liberationem. Esa. 61. Luc. 4. *Plura de hac collatione vide in Chronologia nostra, an. 1657.*

4001 Primum Pascha anni primi pdicatiõis Christi. Ioa. 2. 31

CHRISTVS caupones è templo eiicit, & editis multis signis primùm inclarescit.

Colloquium CHRISTI cum Nicodemo.

CHRISTVS Ioanne nondum capto profectus in reliquam Iudæam ab Hierosolymis, docet & baptizat per discipulos. Ioan.3. redit ex Iudæa in Galilæam, vbi transiens per Samariam colloquitur cum Samaritana ad fontem: in Cana Galilææ sanat filium Reguli.

Carcer Iohannis.

Petrus, Andreas, Iacobus & Ioannes solenniter vocantur à Christo.

Reliquæ historiæ miraculorum Christi petantur ex Euangelistarum narrationibus.

Ad hunc annum pertinere videntur pleræq; historiæ & conciones descriptæ à Matthæo c.4.5.6.7.8.9.10.11. Mar.1.2. Luc.4.5.6. Ioan.1.2.3.4.

Vellei Paterculi historia Romana desinit.

Conferantur cum huius & superioris anni historiis ea quæ in libro Iosuæ cap.4. dicuntur, de arca stãte in Iordane die 10. mens. 1. Videbis miram harmoniam, & dulcissimum consensum Veteris & Noui Testamenti. Item illa de 12. lapidibus, & de Iosua introducente Israëlitas in terrã promissam. Est autem hic à ducatu Iosuæ & morte Mosis annus 1508: ab exitu 1548: à partitione terræ 1501: mundi secundi principio 2344.

4002 SECVNDVM PASCHA Luc.6. Mat.12. Marci 2. vbi discipuli octauo à Paschate vellũt spicas. 32

Ioannes è carcere ad Christum 2. legatos mittit. Matt 11. Luc.7.

Decollatio Ioannis anno æt.32.

Christus sanat hominem qui 38. annis decubuerat. Ioan. 5.

Miraculum quinq; panum, descriptum ab omnibus Euangelistis.

Concio Christi in Capernaum. Ioan.6.

Filius Viduæ in Nain & filia Iairi resuscitati.

Apostoli mittuntur à Christo ad prædicandum Euangelium.

Ad

Ad hunc annum pertinere videntur pleræq; historiæ Matt. cap.12.13.14.15.16. Mar. 2.3.4.5.6.7.8. Luc.6.7.8.Ioan.5.6.

Seianus Romæ vnco tractus & excruciatus perit, die 18. Octobr. à Drusi nece (cuius ipse autor fuerat) an. 8. Dio. Tac.

4003 TERTIVM PASCHA. Ioan.6. Circa hoc pascha incipit 490. annus hebdomadum DANIELIS, qui finitur anno sequenti circa tempus mortis & resurrectionis Christi. 33

Transfiguratio Christi in monte sancto. Matth.17. Mar.9. Luc.9. 2.Pet.1.

Iter Christi postremũ in Iudæam plenum miraculis.

Ad hunc annum pertinere videntur pleræq; narrationes Matth.17.18.19.20. Mar.9.10. Luc.9.10.13. 17.18.19. Ioan. 7.8.9.10.

Flaccus Auillius Aegypto præfuit an.6.

Natus OTTHO Imp. 4. Cal. Maii. Sueton.

4004 *Olymp.203. Cyclus Solis 143. V.C.785.* 34

QVARTVM PASCHA in quo Christus factus est Pascha nostrum: de quo omnes Euangelistæ.

Mortem Christi antecesserunt sequentes historiæ.

Resuscitatio Lazari paucis diebus ante Pascha. Io.11.

♄ Die sexto ante Pascha Christus cœnat in domo Simonis leprosi & vngitur à Maria. Ioa.12.

☉ Die Palmarum ingreditur Hierosolymam insidens asino. Matth.21. Mar.11. Luc.19. Ioa.12.

☽ Maledicit ficui. Matth.21. Mar.11.

♂ Videt ficum arefactam. Mar.11.

☿ Iudas paciscitur cum Iudęis deliberantibus de necando Christo biduo ante Pascha. Matt.26. Mar. 14. Luc.22.

♃ Primo die azymorum ablegantur à Domino duo discipuli paraturi Pascha. Sub vesperam edit Dominus cum discipulis agnum paschalem. Veteris Testamenti Pascha abrogatur à Christo, instituẽte in locum illius sacrosanctam Noui Testamenti COENAM. Lotio pedum. Longa concio Christi ad

ad discipulos descripta à Iohanne c.14.15.16.17.

♀ Historia passionis & mortis Domini nostri IESV CHRISTI.

♄ Sabbathum Christi in sepulcro.

☉ RESVRRECTIO DOMINI nostri ex morte die 3.

ACTA APOSTOLORVM descripta à Luca incipiunt, & capitib. 28. historiam annorum circiter 26. complectuntur: ab ascensione nimirum Domini vsq; ad an. Christi 59. Neronis 4.

ASCENSIO DOMINI in cœlum die 40. à resurrectione.

Matthiæ Apostoli electio in locum Iudæ proditoris. Act. 1.

Finis hebdomadum Danielis.

PRIMA PENTECOSTE Noui Testamenti: in qua visibili specie in Apostolos effusus est Spiritus Sanctus, ad propagandam Euangelii doctrinam in toto orbe.

DISTANTIÆ.

Distat mors Christi à morte Adæ annis 3074: à translatione Enoch 3017: diluuio 2348: vocatione Abrahæ 1980. exitu ex Aegypto 1551. à condito templo Salomonis 1070. à reditu Israelitarum ex Babel sub Cyro 570. migratione Esræ 490. ablato sceptro per Herodem & regno eius in Ierusalem 70. condito templo secundo 552: eodem perfecto 548: à morte Mosis 1511: à primo anno sanctificatorum fructuum terræ sanctæ 1500.

A concepto Christo ad ascensionem eius in cœlum anni 34. dies 42.

Ann. 34. post ablatum sceptrum ab Herode natus est Messias: Rursus post 34. annos moriente Christo redditum est populo Dei regnum Spirituale & liberatio à peccato, morte & tyrannide Diaboli.

IOSEPHI TESTIMONIVM DE CHRISTO.

Erat eodem tempore I E S V S *Vir sapiens, si tamen virum eũ dicere fas est. Erat enim operum admirabilium effector: & doctor eorum, qui libenter, quæ vera sunt, audiunt. Et multos quidem Iudæorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc à nostræ gentis Principib. accusatum, cùm Pilatus crucis supplicio addixisset, qui antea eum dilexerant, diligere non destiterunt. Apparuit enim eis tertia die iterum viuens: secundum quod diuinitus inspirati Prophetæ, & hæc & alia multa miranda de eo prædixerant. Et vsq; in hodiernum diem, Christianorum, qui ab ipso denominati sunt, genus permanet. Lib. 18. cap. 6.*

Tiberius cunctos qui accusati societatis cum Seiano carcere tenebantur, necari iubet. Tac.

Drusus & Agrippina à Tiberio necantur.

Ad huius anni calcem adiiciemus docti cuiusdam Viri obseruationem, qua præcipua C H R I S T I opera in singulos anni quadrantes distribuuntur: de qua tamen ita sentimus: ne alios diuersum opinantes redarguamus.

Hyemem		*Natiuitate*	
Ver	*insigniuit*	*Conceptione, morte & resurrectione*	*Christi.*
AEstatem	*Deus*	*Missione Spiritus Sãcti*	
Autumnũ		*Baptismo*	

4005 Stephani martyrium. Pauli conuersio. Euseb. 35

Stephanus lapidatur, Paulo assentiente & vestes lapidantium seruante. Inde Paulus conuersus peragrauit varias regiones, spargens Euangelium, & Christo Ecclesiam colligens.

P A V L I curriculum ὡς ἐν πλάτει delineabimus, cum certa annorum distinctione destituamur.

Philippus Tetrarcha Herodis Magni filius moritur anno 20. Tiberii sine liberis. Huic nupta fuit Herodias, sed abducta à fratre.

Circa hunc annũ Petrus claudum sanauit. Act. 3.

Persius Flaccus Poeta Satyricus nascitur 4. Decemb. Euseb.

Vale-

Valerius Maximus sub Tyberio vixit, & ei librum dictorum & factorum memorabilium dedicauit, qui extat.

Hic annus est ipsum medium inter natalem Christi & inter excidium Hierosolymorum. vtrimq; 35. Atq; paria propemodum sunt spacia à nato Christo ad Pauli conuersionem: Et inde ad mortem Pauli: vtrimq; 34. vel 35. Pauli sane curriculo tribuuntur nostra supputatione 35: ab aliis 36.

4007 Pilatus Romam reuocatur ex Iudæa, ob iniustitiam & crudelitatem. Nam à Samaræorum gente apud Vitellium accusatus fuerat de iniustis cædibus, Ioseph. 37

Vitellius Orientis præfectus Hierosolymam venit in festo Paschatis, reddit sacerdotibus sacras vestes, à Sacerdotio remouet Caipham, & sufficit ei Ionathan Annæ filium. Ios.

Agrippa maior Aristobuli filius Romam venit, & à Tiberio in vincula coniicitur. Ios.

4008 *Olymp.* 204. *V.C.* 789. Paulus triennio à conuersione sua exacto vidit Petrum Hierosolymis, cumq; eo mansit diebus 15. Gal. 1. Inde deductus Cæsaream venit in Syriam & Tarsum. Actor. 9. 38

TIBERIVS Imp. mor. die 16. Martii, ætat. 78. cùm imperasset an. 22. m. 7. d. 7. Dio. A morte Iulii Cæsaris 80. Vixit ante Christum conceptum 39. & 39. post Christum. Desunt menses aliquot, quò minùs anni 100. elapsi sint à natali Augusti Cæsaris ad mortem Tyberii.

IMPERIVM CALIGVLÆ.

AGRIPPA Maior Herodis Magni nepos à Caligula ex carcere dimissus ad regnum Iudææ euehitur: præest an. 7. Ioseph.

NOMEN CHRISTIANORVM ANTIOCHIÆ ORTVM.

Iudæorum nomen erat appellatio populi DEI: ea nunc desinit reiecto populo illo propter contéptum MESSIÆ, & mutatur in dulcissimum nomen Christianorum (id est, vnctorum) atq; ita Eccle-

Ecclesia DEI à Christo, in quem credit, & nomen & beneficia nomine ipso significata accipit.

Petrus Antiochenam Ecclesiam fundauit, ibiq; cathedram adeptus sedit an. 25. Eus.

NERO Imperator nascitur 15. Decembr. Dio. Sed Suetonius ad præcedentem.

IOSEPHVS historiæ Iudaicæ Scriptor nascitur, vt ipse refert.

A regno Xerxis ad Imperium Tiberii 500. à morte illius ad mortem huius 500. compl.

4010 Herodes qui Ioannem iugulauerat, in exilium pellitur vnà cum Herodiade. ann. 9. à morte Baptistæ, septimo à morte Christi, quem hic Herodes irriserat die passionis. 40

Pilatus in multas incidens calamitates manu sua se interfecit, vt scribunt Roman. historici 3. Caligulę Eus. Periit anno 7. à morte Christi, quē ipse morti adiudicauerat, anno præfecturæ suæ 7. Cassiodorus etiam refert interitum Pilati ad 3. Caligulæ.

MATTHÆVS Euangelium primus scribit in Iudæa. Euseb.

Lucanus Poeta nasc. 3. Nouemb.

TITVS VESPASIANVS Iunior nasc. 30. Decembris. Sequimur hic Dionem, qui ait: Titum vixisse, antequam imperaret, an. 39. mensib. 5. dieb. 25. Suetonius autem refert ad annū necis Caii 4012.

4011 Caligula Deum se facit, honoresq; diuinos poscit. Præcipit Hierosolymis in templo collocari suam statuam: quod ne fieret diuinitus impeditum est. Ioseph. Hinc ad excidium Ierusalem 30. 41

Legatio Philonis Iudæi doctissimi ad Caligulam, de qua Philo, Ioseph. & Euseb.

Pleriq; veterum censuerunt, librum illum, qui in Bibliis Salomoni inscribitur Liber Sapientiæ, scriptum esse à Philone: asscribi autem Salomoni, vt libro conciliaretur autoritas. Est reprehensio tyrannidis & iniustitiæ, & cōmendatio verbi DEI.

4012 *CALIGVLA interfectus 24. Ianuar. ætat. 29. regni an. 3. m. 9. d. 28. Dio. Atq; ita re ipsa comperit se non esse Deum, qui Dei immortalis honorem ac titulum temere ac impie vsurpauerat.* 41

IMPERIVM CLAVDII à regno Cyri 600.

4013 Martyrium Iacobi Maioris filii Zebedæi fratris Iohannis Euangelistæ, quem interfecit Herodes Euseb. Hic Iacobus Maior putatur inter Apostolos primus fuisse coronatus martyrio. 43

Obserua I. Herodes Magnus *interfecit infantes Bethleemiticos*: II. *Eius filius* Herodes Antipas *occidit Iohannem Baptistam*: III. Nepos Herodis Magni Agrippa Maior *necauit Iacobum Maiorem Apostolum.*

4014 PETRVS ab Angelo liberatur ex carcere in huius anni Paschate. Act. 12. A secundo reditu Iudæorum ex Babel, duce Esra sacerdote 500. 44

Ann. 2. Claudii scribit Hieronymus, Petrũ pfectum esse Romã ad expugnandum Simonẽ Magũ, ibiq; Cathedram Sacerdotalẽ tenuisse annis 25. vsq; ad vltimum annum Neronis. Idem habet Eus.

DECENNALIA MORTIS CHRISTI.

Quo die ante decennium (siue iniens siue cõpletũ) iacuerat Christus in sepulchro: eo Apostolus Petrus expectauit sententiam mortis, nõ iam abnegans Christum, sed confessionem edens piam & constantẽ. Rursus sicut Dominus noctu ex morte resuscitatus, viuum sese exhibuerat discipulis, tristitiam eorum in lætitiam permutans: ita Petrus vinculis quasi mortis solut⁹, educitur ab Angelo, dormientib. custodib. & incolumis reddit Ecclesiæ oranti. Cõsidera reliquas vtriusq; historię partes, videbis tẽporũ ac rerũ harmoniam. Vtrobiq; Angeli sunt administri lætissimorũ euẽtuũ. Christo surgente Angel⁹ lapidẽ reuoluit, resurrectionẽ Christi nunciat, custodes terret ac fugat: Hic Angel⁹ custodes fallit, vincula soluit, carcerẽ aperit,

Petrum educit ac deducit. In vtraq; etiam historia sequitur læta gratiarum actio Ecclesiæ erga Deum pro tanto beneficio, &c. Atq; ita anno 10. resurrectionis Domini redierunt in Ecclesia similes propemodum vices dolorum & gaudii.

Herodes Agrippa Maior ab Angelo percussus moritur æt. 54. regni 7. Act. 2.

MARCVS Euangelista interpres Petri, Christum annunciat Alexandriæ & in Aegypto. Euseb. Primus Antiochiæ Episcopus ordinatur Euodius.

Expeditio Claudii Cæsaris in Britanniam. Dio. Estq; hic annus 98. à prima expeditione Iulii Cæsaris in Britanniam inclusis annis extremis.

4015 *Fames sub Claudio ab Agabo prædicta à plerisq; huc refertur.* 45

Cuspius Fadus missus à Claudio in Iudæam. Ios.

Claudius Cæsar ex Britannia reuersus Romam, sexto quàm discesserat mense, sedecim tantùm diebus in Britannia actis triumphauit. Dio. Goltz.

HERODES rex Chalcidis regnum Agrippæ Maioris defuncti administrat quinquennio. Ios.

4016 HERODES rex Chalcidis impetrat à Claudio. Imp. ius eligendorũ summorũ Pontificum, & potestatẽ in tẽplũ sanctumq; ærarium: obtinetq; hæc omnia, ita vt etiam posteris ei⁹ idem ius manserit, vsq; ad belli Iudaici exitum. Ios. lib. 20. ca. 1. 46

Claudius Imp. concedit Iudæis custodiam stolæ & aliorum ornamentorum summi Sacerdotis.

Eclipsis Solis die natali Claudii, id est, Cal. Aug. Dio. Claudius eo die compleuit annum æt. 54.

Inter Theram & Therasiam exorta est insula stadiorum 30. Eus. Oros. Cassiodor.

18 Beatissima Virgo MARIA, Domini nostri IESV CHRISTI mater, ex hac vita ad filium migrat. Eus. 48

Vixit ante cõceptum Christũ 15. post ei⁹ resurrectionem totidẽ, cũ Christo 33. in vniuersum 63. Maria expleuit dimidium ætatis Saræ, q̃ vixit ann. 127.

Ludi seculares Romæ VI. facti.

Circa hunc annum Tiberius Alexander in Iudæa Cuſpio Fado ſucceſſit. Ioſeph. lib. 20. cap. 5.

4019 *V. C. 800.* SYNODVS APOSTOLORVM Hieroſolymis celebratur circa hæc tempora. Nã Nazaræi in Antiochena Eccleſia contendebant, non ſufficere ſolam fidem ad ſalutem: ſed legem, circumciſionem & bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem. Apoſtoli & ſeniores cõuenerunt, & collectis ſuffragiis confirmârunt articulum iuſtificationis, ſaluari nos per gratiam IESV CHRISTI. Ex Synodo Paulus & Barnabas redeunt Antiochiam: vbi oritur inter eos diſſidium. Act. 15. 49

Herodes Rex Chalcidis moritur 8. Claudii, & Cumanus Tiber. Alexandro in Iudæa ſuccedit: ſub hoc ſeditione exorta perierunt 30. millia Iudæorum. Euſeb.

4020 *Olymp. 207. V. C. 801.* 50

AGRIPPA Iunior Chalcidi præeſt an. 4. Ioſeph.

Iudæi & Chriſtiani Roma pulſi an. 9. Claudii. Oroſ. Act. 18.

Paulus Athenas venit: inde Corinthum, vbi manſit an. 1. menſ. 6. Act. 17. 18.

Duæ Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes ſcriptæ Athenis. Luth.

Nuptiæ Claudii Imp. & Agrippinæ matris Neronis. Hæc Agrippina perſuadet Claudio: vt Neronem adoptet. Seneca additur Neroni præceptor.

4021 Colonia Agrippina nomen accepit ab Agrippina Claudii Cæſaris coniuge: quæ in hoc Vbiorum oppido genita erat. Et hæc fuit mater Neronis Imp. & poſtea vxor Claudii, à qua etiam Claudius necatus putatur. Tacit. 51

4022 Prior Epiſtola ad Corinthios ſcripta circa hoc tempus Epheſi. 52

DOMITIANVS Imp. naſc. 24. Octob. Dio. Cardanus refert ad an. Chriſti 54.

Magna frugũ egeſtas, & prodigioſa ex ea fames orta eſt. Tac.

Agrip-

4023 Agrippæ adimit Herodes Chalcidem, eique donat Philippi Tetrarchiam. 53

Martyrium Philippi Apostoli, qui apud Hieropolin Asiæ ciuitatem dum Euangelium populo nunciaret, cruci affixus lapidibus opprimitur. Euſ.

Cumanus ob prouinciam malè administratam Romæ damnatur à Claudio & exilio mulctatur. Tac.

4024 *Olymp. 208. V. C. 805.* 54

Sublato Cumano Felix solus Iudææ præest, cum antea teste Tacito partem Iudææ Cumanus, partem Felix, apud quem postea causam dixit Paulus, tenuisset. Et Paulus hoc nomine se felicem p̄dicat: quòd causam dicturus esset apud Felicem, cui diu versato in ea prouincia notæ essent res Iudaicæ.

Nuptiæ Neronis & Octauiæ filiæ Imper. Claudii. Tac.

Epistola Pauli ad Romanos Corinthi scripta, & per Phœben missa: à vocatione Abrahæ 2000. Hæc Epistola est Sacræ Scripturæ Canon.

Ægyptius propheta concitat Iudæos. Euſ.

TRAIANVS Imp. circa hunc annũ natus putatur.

4025 Paulus Hierosolymam venit circa Pentecosten, ibique ligatur. Act. 21. à conuersione Pauli 21: alii ad an. superiorem, qui est 13. Claudii. 55

Claudius Imp. moritur die 13. Octobr. æt. 64. regni 13. menſ. 8. d. 20. Dio. A monarchia Iulii Cæsaris an. 100. completis. Quinq; igitur monarchæ, Iulius, Augustus, Tiberius, Caligula & Claudius, cõpleuerunt in imperio annos 100.

Dionis historia desinit. Deinceps Xiphilinus historiam Dionis continuat per annos 175.

NERONIS IMPERIVM.

NERO salutatur Imp. natus annos 17. Sueton.

6 Nero Felici successorem dedit Portium Festum, apud quem cũ præsente Agrippa Rege causam dixisset Paulus, quoniam ad Cæsarem prouocauerat, vinctus Romam missus est. Act. 25. 26. 56

Festus Felici succedit in præfectura seu gubernatione Iudææ. Act. 24. Ioſ.

Pauli nauigatiõ & naufragiũ ineunte hyeme. Act. 27.
Huc pertinet Tragœdia Senecæ, Octauia. Nam hoc anno Britannicus Claudii Imp. filius & Octauiæ frater veneno necatus est à Nerone, ætatis annum agens 14. Tac. Seneca igitur Tragœdia Octauia deplorat mortem Britannici.

4027 *V. C.* 808. Paulus Apostolus Romam venit, ibique biennio in libera custodia mansit, quotidie disputans contra Iudæos. Act. 28. 57

4028 *Olymp. 209. V. C. 809.* 58

Paulus Romæ ex vinculis scripsit Epistolam ad Ephesios, Philippenses, Colossenses & Philemonem, &c. Aliqui idem affirmant de Epistola ad Galatas & secunda ad Timotheum.

4029 Desinunt Acta Apostolorum ann. 4. Neronis. 59

Paulus desertus ab omnibus causam coram Nerone dicit, & præsidio Dei liberatur ex ore Leonis. Inde salutatis primùm Ecclesiis Syriæ, Asiæ & Græciæ, perrexit in partes Occidentis, Italiam, Galliam & Hispaniam, prædicans Euangelium circiter decennium vsq; ad obitum.

Ianus V. clausus Goltzius.

4030 *Nero matrem Aggrippinam interfecit. Tac.* 60

Eclipsis Solis 30. April Plin. Tac.

Primum Neronis quinquennium desinit.

Suetonius narrat Chaldæos prædixisse Neroni imperium & matris parricidium: quod cùm illa audisset, dixit: Occidat, dum modò imperet.

Annus à morte Dauidis & regno Salomonis 1100. ab imperio Augusti 101.

4032 Festus Iudææ præses mor. Ei mittitur successor Albinus. Euseb. 62

4033 * IACOBVS Minor Episcopus Ierosolymitanus frater Domini dictus Iustus & Oblias, qui putatur fuisse filius Mariæ illius, quæ fuit soror Matris Domini, martyrio coronatur. dum Albinus est in itinere. E templi fastigio pcipitatus dicit, atq; inter lapidãdũ fullonis fuste percussus atq; occisus. 63

Inter

Inter fuit Concilio Apostolorum, & primus post Petrum dixit sententiam, ac pnunciauit, gentes non esse onerandas lege Mosaica. Euseb. refert ad annum præcedentem: sed quia veterum testimoniis Iacobus Ecclesiam rexit annis 30. Hierosolymis, recidit obitus enim in hunc annum, qui nobis est à morte Christi 30. *Vide Ioseph. lib. 20. cap. 16.*

Iacobo successit Simeon, dictus Simon secundus.

Eusebius ad hunc annum refert mortem Marci Euangelistæ.

Iesus Anani, homo plebeius, in festo tabernaculorum cœpit magnis clamoribus denunciare excidium vrbi Hierosolymorum, Væ, Væ, inqt. Hierosolymis: Idq; fecit annis 7. mensib. 5. Albinus præses eum vt insanum contempsit. Ios. li. 7. c. 12.

Annus à condito templo Salomonis 1100.

Nero Octauiam coniugem suam occidit. Tacitus. Addit Suetonius, occisam eo die, quo Nero postea perierit, id est, circa 8. aut 9. diem Iunii.

4034 *Persius Poeta moritur 24. Nouemb. at. 29. Euseb.* 64

Anianus post Marcum Euangelistam ordinatur Episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, cui præfuit an. 22.

4035 *V. C. 816. Nero Romam incendit 19. Iulii, cuius rei culpam post in Christianos contulit.* 65

PRIMA PERSECVTIO Christianorum Romæ à Nerone instituta. Tac. A reditu Iudæorum ex Babel sub Cyro 600. à regno Herodis in Ierusalem 100.

In Asia tres vrbes terramotu conciderunt: Laodicea, Hierapolis & Colossi. Eus.

4036 *Seneca iussu Neronis discipuli sui interficitur (Tacit. Euseb. Hieron.) & Lucanus poeta incisione vena 30. Apr. Eber. De Lucano hoc extat carmen:* 66

Corduba me genuit, rapuit Nero, prælia dixi
Quæ gessere pares, hinc socer inde gener.
Continuo nunquam direxi carmina gressu,
Quæ tractim serpant: plus mihi comma placet.

Fulminis in morem quæ sunt miranda citentur,
Hęc vero sapiet, dictio quæ feriet.

Nero alteram coniugem Poppæam necat.

Florus Iudææ præest, fax belli Iudaici. Iosephus copulat annum 2. Flori cum 12. Neronis.

4037 *Nero virtutem ipsam excindere cupit. Tac.* 67

Iudæi à Romanis deficiunt: Vnde ortum est bellum Iudaicum anno 12. Neronis: 2. Flori: 17. Agrippæ minoris. Ios.

IOSEPHI historia de antiquitatibus Iudaicis hîc desinit. Itaq; 20. libris complexus est à mundo cõdito ad 12. Neronis, historiam annorum 4037.

4038 BELLVM IVDAICVM. 68

De hoc bello Iosephus, Iosippus, Egesippus, Tacitus, &c.

Anno 13. Neronis mense Maio primum illata est in Iudæam Aquila Romana, quæ est signum in vexillis Romanorum: atq; ita in terra sancta conspecta est abominatio (de qua Christus p̄dixit) desolationem futurā portendens. Hinc ad excidium vrbis & templi intercesserunt anni tres cum dimidio, de quo tempore Daniel & Christus prædixerant.

Bellum Romanorum aduersus Iudæos gestum duce Fl. Vespasiano, qui hoc anno primum cum exercitu Iudæam inuasit mense Maio.

Deuteronomii 28. Moses gentem Romanam comparat aquilæ terram Iudaicam inuolanti: quasi respiciens ad huius anni euentum.

* Ecclesia Christi diuinitus monita migrat Hierosolymis in oppidum Pellam trans Iordanem: vt ablatis ex vrbe sanctis & iustis viris, vindictæ cœlesti fieret locus. Euseb.

Simon Samaritanus, quem Petrus confutauit, Romæ à Nerone pro Deo est habitus. Aliquando in cœlum subuolare conatus est, sed orantib. Petro & Paulo deturbatus. Egesip. Tertul.

* PETRVS & PAVLVS Apostoli à Nerone martyrio coronantur. Petrus dicitur cruci affixus pedib. in cœlum erectis Paulus verò capite truncatus 29. Iulii. Onuphr. Panuin. ex Damaso in cóment. fast. lib. 2. ponit diem 29 Iunii. Alii aliter.

Hinc incipit ROMANORVM PONTIFICVM series: quam lector ex Barthol. Platinæ historia & Onuphrii Panuinii Epitome aliorumq; scriptis commodissimè petere & cognoscere poterit.

Iosephus historiæ Iudaicæ scriptor captus à Romanis circa Calend. Iulii, prædicit Vespasiano imperium; ideoq; tractatur clementius. Ios.

4039 *Nero sibi mortem consciscit gladio 10. Iunii, ætat. 31. imperii an. 13. m. 8. Dio. Gladio Christianos persecutus fuerat, Nunc gladio suo perit. Extincto Nerone defecit Iulii & Augusti Cæsarum progenies, & imperii successio in alias familias translata est. A monarchia Iulii vsq; ad hunc annum 115: Ab imperio Augusti 110: ab eius morte 54.* 69

LINVS post Petrum Apostolum primus Romanam Ecclesiam tenuit annis 11. Eus. Alii aliter.

4040 *Galba, Otho & Vitellius Imp. pereunt. Galba 7. imperii mēse capite truncatur in medio vrbis Romanæ foro, mens. Ian. Otho mense 3. regno apud Bebriacum seipsum perimit. Vitellius mense 8. imperii interfectus in Tiberim proiicitur.* 70

VESPASIANI IMPERIVM.

Vespasianus in Iudæa ab exercitu appellatur Imperator, Cal. Iulii.

Suprà dictum est, quinq; Monarchas compleuisse annos 100. Hic verò vnius anni & paucorum mensium spacio perierunt quatuor Imp. quibus quintus superuixit ac successit in imperio Vespasianus.

Vespasianus Romam nauigans filio Tito belli Iudaici curam commendat. Estq; hic annus à diluuio Deucalionis 1600. à bello Peloponnesiaco 600.

Capitolium Romæ conflagrauit. Cremona excisa, cùm stetisset annos 286. Tac.

Antiochiæ ſecundus Epiſcopus ordinatur Ignatius.
4041 *V.C.822.Veſpaſianus pater II.Titus filius Coſſ.* 71
EXCIDIVM HIEROSOLYMORVM.
Obſidio cœpit in Paſchate: Templum conflagrauit 10.Augusti, cùm ſtetiſſet annis 589. vrbs incenſa eſt 8.Septemb.Ioſ.
FINIS REGNI IVDAICI, quod durauit à vocatione Abrahæ 2018: à diluuio 2385: exitu ex Ægypto 1588: partitione terræ ſub Ioſua 1541: à morte Moſis 1548: à regno Dauidis in Ieruſalem 1144: Eſtq; hic annus à priore deſolatione Templi & vrbis ſub Nehucadnezare 676. id eſt, vicies ſexies viceſimus ſextus: à fine captiuitatis Babylonicæ 606: ab erecto tabernaculo in deſerto 1587: condito templo Salomonis 1108: eodem perfecto & dedicato 1100: à capta Samaria, & abductis 10. tribubus (incluſiue) 810: à perfecta regia Salomonis 1088: ab initio regni Cyri 629: condito templo ſecundo ſub Dario 589. complet. 590. incoat: ab eodem templo perfecto 585: à conceſſione Darii de templo extruendo 588: à migratione Eſræ 528: à reparatis muris ſub Nehemia 514: à monarchia Alexandri 400: Augusti 100: à regno Herodis & capta vrbe Ieruſalem (vt rectè annotat Ioſephus) 107: à miniſterio Baptiſtæ 42: à Baptiſmo Chriſti 41 à morte & aſcenſione Chriſti 38. incoato: à renouato tẽplo ſub Herode 88: ab ei⁹ dedicatiõe 79.
Ioſephus refert, fame & gladio periiſſe vndecies cẽtena millia hominum, & centum millia vendita.
Tacitus ſcribit, intra vrbem tunc concluſa fuiſſe ſexcenta millia hominum. Tot exierant ex Ægypto.
Romæ Capitolium, quod anno ſuperiore crematum fuerat, reparari cœptum die 21.Iunii. Deſtructo Capitolio Hieroſolymitano ſurgit Romanum.
Deſinit hiſtoria Auguſta Cornelii Taciti.
Videat lector temporum harmonias.
I. Completo 70. anno captiuitatis Babylonicæ exibant

bant Iudæi ex Babel redeuntes in patriam incipiente 71. Nunc verò exacto anno nati Christi 70. delentur vnà cum patria.

II. Tempore Paschatis ingressi sunt terram promissam, duce Iosua, idq; ineunte anno 41. ab exitu ex Aegypto. In huius verò (71.) anni Paschate cœpit obsidio, qua intra vrbem clausi exitu prohibentur, idq; fit anno 41. à baptismo Christi.

III. Iudæi in festo tabernaculorum quotannis agebant Deo gratias pro data terra. Hoc verò anno, festo tabernaculorum instante, tabernacula Iudaica sublata sunt, totaq; politia destructa.

IV. Iudæi ob ingratitudinem erga Deum 38. annorum spacio in deserto extincti sunt, teste Mose Deut. 2. Nunc gens illa excinditur anno 38. pòst, quàm CHRISTVM Dominum cruci adfixerat. *De quo vide Isagogen in harmonia annorum 1588.*

Reliquæ Harmoniæ de agno DEI mactato à Iudæis in Paschate, ex veterum & recentiorum scriptis notiores sunt, quàm vt admonitione opus sit.

4042 *Duo Vespasiani, pater & filius, Romæ de Iudæis & captis Hierosolymis triumphant, Cal. Iulii. Et pace populo Rom. terra mariq; parta Ianus VI. clausus.* 72

Eclipsis Lunæ.

4044 Templum Oniæ in Aegypto clausum iussu Vespasiani, vt esset Iudæis inaccessum. Ios. 74

4045 *Lustrum Romanorum 75. concurrens cum 75. anno Christi, & hinc planè desierunt apud Romanos fieri lustra.* 75

4046 *Templum pacis Romæ dedicatum, in quod illata sunt vasa & ornamenta quædam templi Hierosolymitani. Ioseph. Xiphil.* 76

Asconius Pedianus claret: qui anno vitæ 73. captus luminibus postea annis 12. summo cum honore & hominum gratia vixit. Eus. Hic orationes Ciceronis illustrauit commentariis, qui hodie extant.

4047 CLETVS Romanorum Episcopus à Petro tertius (vt habet Hieronymus) tenuit Episcopatum annis 13. Damasus. 77

Olymp.

4048 *Olymp.214. V.C.829.* 78
Plinius hoc anno scripsit librum suum.

4050 IVBILÆVS MVNDI 81. *Mosis* 31. A baptismo Christi Iubilæus primus. 80

V.C.831. VESPASIANVS MAIOR Imp. moritur 24. Iunii æt.70.imperii an.10.minus 6. diebus.

TITI VESPASIANI IMPERIVM. A regno Samuelis 1200. Dauidis 1160. Salomonis 1120. morte Salomonis 1080. à regno Darii Histaspis (sub quo conditum est Ierosolymis templum secundum, ab hoc Tito Vespasiano desolatum) 600.

Vesuuius mons in Campania ruptus in vertice, tantum ex se iecit incendii, vt regiones vicinas & vrbes cum hominibus exureret, & ipse totus conflagraret. Dio. Euseb.

4051 *Plinius moritur æt.56. 2. Nouemb.* 81

Multa Romæ ædificia & templa igni consumta sunt. Dio.

4052 *Olymp.215. V.C.833.* 82

TITVS VESPASIANVS Imper. moritur die 13. Septemb. æt.42. cùm imperasset an. 2. mens. 2. d.20. Dio. A condito templo secundo (quod Titus Vespasianus destruxit) 600. Hic moriens, se vnius tantùm rei pœnitere dixit: id autem quid esset non aperuit: nec quisquam certò nouit, aliud aliis coniectantibus. Dio.

IMPERIVM DOMITIANI.

4056 *Olymp.216, V.C.837. A diluuio 2400.* 86

Secundus Alexandrinæ Ecclesiæ constituitur Episcopus Abilius, qui præfuit annis 13. Eus.

4057 *Primus agon Capitolinus, qui quolibet quadriennio exacto repetebatur, institutus est: a quo Censorinus ad sua tempora numerat 38. completos agones; id est annos 152. Vide 4209.* 87

4058 *M. Fab. Quintilianus Romæ docet: quem Valla non dubitauit lumen Romanæ loquentiæ dicere. (Vad.)* 88

Martialis Poeta floret.

Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari iussit. Eus. Sueton.

4059 *Ludi seculares VII facti. Censorinus.* 89

Olymp.

4064 *Olymp.218.V.C.845.* 94

CLEMENS præfuit Ecclesiæ Romanæ annis 9. Euf.

Proclus Lytius autor Sphæræ & Commentator Euclidis floruit.

4065 Iosephus historiam Iudaicam scribit æt.56.(plus minus completo) à captiuitate Babylonica 700. ab eius fine 630.ab excidio Ierosolymæ 24. anno 13. Domitiani. 95

4066 SECVNDA PERSECVTIO Christianorum sub Domitiano. 96

IOHANNES Apostolus cum in oleo ignito demersus nihil passus esset,in Pathmum relegatus, vbi vidit Apocalyp. Euf.

Cedrenus huc refert martyrum Timothei.

Statius Poeta floruit,quia celebrat 17. Consulatum Domitiani.

4067 DOMITIANVS *Imp.occisus à libertis suis die 18.Septemb. cùm vixisset an.44.m.10.d.26.& imperasset an.15.d.5. Dio. A morte Iulii Cæs.140.inclusiuè.Hic quoq; sæuitiam in Christianos exercuerat: nunc exitum suis facinoribus dignum sortitur.* 97

IMPERIVM NERVÆ.

SVETONII *historia desinit, qua complectitur annos à Monarchia Iulii 143.*

4068 *Olymp.219. V.C.849.* 98

IOHANNES Euangelista ab exilio redit Ephesum.

Traianus à Nerua adoptatur & Cæsar appellatur,Tribunitiamq; potestatem accepit.

Cornelius Tacitus hoc anno fuit Cos.suffectus.

Iulius Frontinus,cuius scripta extant, aquæ ductibus Romæ præficitur.

4069 NERVA *Imp.mor.27.Ian.æt.66.Imperii an.1.mens.4.d.9. Dio.* 99

Aurelius Victor Eclipsin Solis conspectam esse ait die obitus Neruæ.

TRAIANI IMPERIVM: quod durauit ann. 19.mens.6.d.15. Dio. Sed videntur ordiendi ab

anno

anno superiore, quo à Nerua adoptatus est & Trib. pot. accepit: alioqui non congruent anni sequentium Impp. à Ptolemæo annotati.

IOHANNES Euangelium scribit. Hieron.

Cornelius Tacitus hoc tempore scripsit historiam de moribus Germanorum, quia in eo libro numerat 210. annos à primo bello Romanorum cum Cimbris vsq; ad secundum Traiani Consulatum, qui huic anno concurrit.

4070 *V.C.851. Hoc anno Traianus Consulatum tertium, qui ei vt nouo Imperatori debebatur, recusauit: vt autor est Plinius secundus in Panegyrico*: Nimirum Traianus ignorans cessit gloriam CHRISTO: cuius anno centesimo suam reliquit dignitatem, vt eius celebritas soli Ecclesiæ DEI reseruata, non in alium quam in CHRISTVM Dominum transferretur: quemadmodum & Augustus ante annos 100. instante natalis CHRISTI tempore, omnibus suis Consulatibus finem imposuit, & ab honore illo deinceps prorsus abstinuit. 100

IOHANNES Euangelista moritur Ephesi. ann. 2. Traiani. Eus. æt. (vt putatur) 89. aut 91. &c. Post excidium Hierosolymorum 30. ineunte: à baptismo Christi & vocatione Iohannis ad Apostolatum 70. Hieronymus ab anno CHRISTI 32. completo vel 33. currente (qui ei est annus mortis CHRISTI) ad obitum Iohannis numerat 68: additis 68. ad 32. concurret Hieronymo excessus Iohannis cum anno N. C. 100: qui est à morte Salom. 1100. à natali Abrahæ 2121.

Clausit itaq; beata mors S. Iohannis Euangelistæ primum CHRISTI centenarium.

4071 *Hoc tempore floruerunt: PLVTARCHVS Chæronensis, qui egregia ingenii, doctrinæq; suæ monumenta post se reliquit, clarorum virorum vitas, & moralia:* Item: *L. FLORVS, qui Liuii Epitomen edidit: Et PLINIVS Secundus, qui fuit alterius Plinii, naturalis historiæ scriptoris nepos ex sorore: cuius hodie quoq; panegyricus ad Traianum & Epistolæ extant.* 101

TER-

4078 TERTIA PERSECVTIO aduersus Christianos sub Traiano: in qua SIMEON, filius Cleophę, Hierosolymorum Episcopus, cruci adfixus est ætatis anno 120. Eus. Vide eundem in historia Ecclesiastica lib. 3. cap. 26. vbi hæc verbi Egesippi Simeonis martyrio subtexit: Ad hæc vsq; tempora in obscuro delitescentibus hæreticis, Ecclesia integra & incorrupta permansit: Cæterum postquā sacer Apostolorum chorus varium vitæ exitum & diuersa mortis genera pertulerat, & præterierat illorum ætas, qui à CHRISTO diuinam sapientiam aurib. suis coràm acceperant, tunc falsa & veteratoria erroris conspiratio exordium cœpit. Cumq; nemini Apostolorum ampliùs vita suppeteret, sincero veritatis sermoni falsa & commentitia doctrina opposita est. *Hæc Egesippus.* 108

Obiter admonendus est Lector, in hoc Indice prætermissum esse Catalogum hæreticorum, qui ab Apostolorum excessu Ecclesiam Christi turbârunt. Longiorem expositionem res istæ requirunt, quàm quæ huius Indicis breuitati conueniat. Aliorum itaq; scripta de his consulantur.

4079 IGNATIVS Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus Romam perductus, bestiis laniandus traditur. Verba Epistolæ eius ad Romanos allegant Ireneus & Euseb. lib. 3. *Frumentum Dei sum, & bestiarum dentibus molor, vt purus panis Dei reperiar. Fruar bestiis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inueniri: Eas & blanditiis demulcebo, vt crudelius me deuorent: & illa si nolint, ego vi eas adigam. Nunc incipio discipulus Christi esse: Facessat à me rerum omnium siue visibilium siue inuisibilium admiratio, vt Iesum Christum assequar: Omnia suppliciorum genera à Diabolo excogitata in me coaceruentur, vt Iesum Christum duntaxat adipiscar.* Idem: *Id solum petite mihi, vt vires & intus & foris suppetant, vt non modò dicam: sed & velim: vt non solùm dicar Christianus: sed & inueniar.* 109

Chri

Christianus cum odio habetur à mundo, diligitur à Deo. Melius mihi emori propter Christum, quàm imperare finibus terræ. Vita sine Christo mors est. Meus amor crucifixus est. Non est in me incendium quippiam amans: sed aqua viua saliens in me intus mihi dicit: Veni ad patrem.

4080 PLINIVS Secundus cum prouinciam Bithyniam regeret, & in magistratu suo multos Christianorũ interfecisset, multitudine & constantia eorum perterritus, quæsiuit à Traiano, quid facto opus esset, allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum competisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum cuidam CHRISTO Deo: & ad confœderandam disciplinam vetari ab iis homicidia, furta, adulteria, latrocinia, &c. Ad quæ commotus Traianus rescripsit, Christianos inquirendos non esse: oblatos vero puniri oportere. Tertull. in Apol. Euseb. lib. 3. Orosius & alii. Taxat autem Tertullianus edicti Imperatorii absurditatem in hunc modum: *Rescripsit Traianus Christianos inquirendos non esse: oblatos vero puniri oportere. O sententiã necessitate confusam. Negat inquirendos vt innocentes: & mandat puniendos vt nocentes: parcit, & sæuit: dissimulat, & animaduertit. Quid te ipsum censura circumuenis? si damnas, cur non & inquiris? si non inquiris, cur non & absoluis? Latronibus vestigandis per vniuersas prouincias militaris statio sortitur. In reos Maiestatis & publicos hostes omnis homo miles est. Solum Christianũ inquiri non licet: offerri licet: quasi aliud actura esset inquisitio quam oblatio?* Ibidem ait, in Christianis Nomẽ damnari & puniri: non crimen, aut scelus: solum nomen innocuum, hominibus innocuis, esse pro crimine propter quod plectantur. 110

4081 *Terræ motus ingens, quem Dio prolixe describit, Antiochiam concussit ac pene totã subuertit, anno æra Antiochena* 159. *Euagr. lib. 2. cap. 11. vide annum Christi* 458. 111

4085 *Columna Traiani, quæ hodie Romæ visitur, excitata est hoc tempore:* 115

tempore: quod indicat numerus XVII. *Tribunitiæ potestatis Traiani inscriptus columnæ.*

4086 Anno 18. Traiani, Iudæi in Lybia, Aegypto aliisque locis cōcitata seditione tumultuari cœperunt: sed à gentilib. superati & repressi sunt. Cumq; in Mesopotamia bellum aduersus incolas redintegrarent, Traianus præcepit L. Quieto, vt eos prouincia exterminaret: aduersus quos Quietus aciem instruens, infinita millia eorum interfecit, & ob hoc procurator Iudææ ab Imp. constitutus est. Eus. lib. 4. Vide Dionem & Spartianum. 116

4088 TRAIANVS *Imp. moritur circa diem* 11. *Aug. æt.* 64. *Imperii* 19. *m.* 6. *d.* 15. *Dio. Hic à Senatu adpellatus est Princeps optimus. Encomium eius vide apud Dionem: vbi & illud recitatur: Cùm Prætorii præfectum designaret, porrecto gladio Traianus dixit:* Hunc gladium pro me distringes, donec iustè imperauero: si iniuste imperauero, in me eum stringito. *Fuit primus eorum qui ex peregrinis, extra Italiam natis, facti sunt imperatores. Plutarcho vsus est familiariter. In imperio ita se gessit, vt nouis Impp. postea acclamatum sit: Augusto felicior: Traiano probior. Eutropius inter alia eius egregia dicta hoc quoque commemorat: Amicis culpantibus, quòd nimis erga omnes comis esset, respondit:* Talem se Imp. esse priuatis, quales esse sibi Imperatores priuatus optasset. 118

ADRIANI IMPERIVM.

Hic obserua dissidium Chronologicum: quia Ptolemæo, Gerharto Merc. & aliis cadit initium imperii Adriani in annum N. C. 117. *Romanis verò scriptoribus in* 118. *Durat hoc dissidium vsq; ad annum* N. C. 162. *Nos etsi ex Romanis scriptoribus euentus quosdam hic consignauimus: tamen Lectori nequaquam aduersabimur, si alteram illam rationem sequetur, modò nostram dispositionem cum iusta latitudine accipiendam & quibuslibet annis suos euentus adscribendos & reddendos esse meminerit.*

4096 Quadratus Apostolorum discipulus, & Aristides, 126
pro religione Christiana scriptos libros Adriano Imp. exhibent. Euf. l. 4. c. 3.

De hoc Hieronymus: *Quadratus Adriano Imp. porrexit librum pro religione Christiana compositum, valde vtilem, plenumq; rationis & fidei, & Apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens ait, plurimos à se visos, qui sub Domino variis in Iudæa oppreßi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant.*

Euseb. l. 3. scribit, hac ætate vixisse Papiam Episcopum Hierapolitanum, qui Apostolorum discipulos audierit, & scripserit, se ex Philippi filiabus audisse, suo tempore quendam ex morte esse excitatum: Et quod non minus habet admirationis, Iustum Barsabam (de quo Act. 1.) propter gratiam ipsi à Domino tributam, nihil molestiæ aut incommodi pertulisse, cum venenum mortiferum ebibisset.

4097 *His temporibus Serennius Granianus legatus, vir apprimè nobilis, literas ad Imp. mittit, iniquißimum esse dicens, clamorib. vulgi innocentium Christianorum sanguinem concedi, & sine vllo crimine, nominis tantum & sectæ reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Fundano proconsuli Asiæ scripsit, sine obiectu criminum aut probatione, Christianos non condemnandos: cuius Epistola vsq; ad nostram memoriam durat exemplum. Euf. lib. 4.* 127

Lampridius in vita Alexandri Seueri scribit, Adrianum Imp. voluisse Christo templum extruere, & iußisse, vt in ciuitatibus templa sine simulacris (nimirum in Christianorum vsum) ponerentur: sed prohibitum ab aliquibus qui dixerant si id fieret, omnes Deorum templa deserturos, & Christianam religionem amplexuros.

4100 *Hoc tempore clari fuerunt: Aquila interpres Bibliorum: Suetonius historicus, qui fuit Magister Epistolarum Adriani: & Phlegon Chronographus. Item Iurisconsulti, P. Iubentius Celsus, Neratius Priscus, & Domitius Labeo.* 130

beo. Lucianus item Samosatensis, qui gentilium Deos magna libertate ridet ac lacerat. Christo quoque conuiciatur, nominans eum ἀνεσκολοπισμένον σοφιστὴν, *id est, de palo suspensum sophistam. Christianos verò sic subsannat:* Persuaserunt sibi, inquit, infelices Christiani, se immortalitate fruituros, perpetuoque victuros esse. Ideo & mortem magno contemnũt animo: ac non pauci sua sponte semetipsos occidendos offerunt. Postquam verò semel à nobis desciuerunt, Græcorum Deos constanter abnegant, &c.

4103 Postremum bellum Iudaicum sub Adriano. 133

Iudæi à Romanis palàm deficientes, & ad arma versi, Palæstinam depopulati sunt, tenente prouinciam Tynio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Adrianus misit exercitum. Fuitque hoc magnum & diuturnum bellum, Iudæis grauiter ferentibus, quòd exteræ nationes in suam vrbem Ierusalem habitatum venissent. Hos Romani primùm nihili faciebant: Sed postquam totam Iudæam commotam esse, Iudæosque omnes vbique gentium tumultuari intellexissent, Adrianus optimos quosq; duces aduersus eos misit. Dio. Eus.

4104 Dux factionis Iudaicæ Barcochebas non solum Iudæos sibi adiunxit, sed etiam Christianos in societatem belli aduersus Romanos pertrahêre conatus est: Ideoq; Christianos militare renuentes varijs supplicijs affecit & necauit. Barcochebas fortè, vt quidam existimant, specioso titulo Iudæos fefellit, & de se interpretatus est illud: Orietur stella ex Iacob: Nam Ebræis Barcochab stellæ filium sonat. Quando verò superatis & deletis Iudæis, interfectoq; Barcocheba, sermonis illius vanitas apparuit, Pseudomessiam illum consentaneum est à Iudæis dictum esse Bencozban, id est, filium mendacij. Cæterum Adrianus finito bello 134

Iudaico & rebus Iudæorum penitus oppressis, ingressu vrbis Ierusalem Iudæis interdixit, & vt facilius arcerentur, non solùm mutata veteri adpellatione Hierosolymam de suo nomine Aeliam nominauit, sed etiam portæ, qua Bethlehemum itur, suem marmoreum sculptum imponi iussit, vt intelligeretur, Romanæ potestati Iudæos subiacere, & politiam Mosaicam cum Metropolis suæ ruina redactam esse in nihilum, effusa iam super eam finali perpetuaq; vastitate, quam eis ante annos 670. Daniel prædixerat: atq; ita certò iam sciretur, spem omnem Iudæorum de Messiæ aduentu extinctam, Hierosolymæq; ruderibus obrutam ac sepultam esse. Ideoq; Adrianus Christianis & aliis gentibus vrbem Ierusalem inhabitandam dedit. Nam Iudæorum calamitatibus accrescentibus, eorumq; rebus ac spebus accisis, Ecclesiam CHRISTI florere, augescere & amplificari oportuit: & vt breuius dicam, Iudæos in exhibiti Messiæ testimoniũ è sua patria eradicari: & Christianos in ea plãtari oportuit, quod & CHRISTVS prædixerat, dicens: Ierusalem calcabitur à gentib. Lucæ 21. Eusebius in historia Ecclesiastica, & in Chronicis bellum hoc ad tres fermè annos refert, nẽpe ad 16.17.& 18. Adriani, id est, ad annos Nati CHRISTI 133.134.& 135. Vbi obseruet lector, quoquo modo ista in annos CHRISTI distribuãtur, incurrere hanc Iudæorum internecionem in annum mortis Christi centesimum, & excidii sub Tito 63. Tantam itaq; cladem & alterum quodãmodo excidium Iudæis attulit mors Christi anno centesimo pòst, quã illi furentes clamauerant: Sanguis eius super nos & super filios nostros.

4109 *ADRIANVS Imp. moritur 10. Iul. cùm vixisset annos 62. m.5. d.19. & imperasset an.20. m.11. Dio. Spartian. Moriturus pronunciauit hos versus à doctrina Christiana alienos:* 139

Ani-

Animula vagula blandula
Hospes comesq; corporis
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula,
Nec vt soles dabis iocos.

ANTONINI IMPERIVM.

Hic Imp. crebrò in ore habuit illud Scipionis Africani maioris: Malle se vnum ciuem seruare, quàm mille hostes occidere. *Plura de eo Iulius Capitolinus.*

GALENVS *Medicus præstantiss. claruit. Item* SALVIVS IVLIANVS *Iurisconsultus: &* IVSTINVS *historicus, qui Trogi Pompeii libros in compendium redegit.*

4111 *Hoc anno desinunt obseruationes Ptolemai Mathematici excellentissimi, qui hoc tempore vixit, & in Almagesto nobis conseruauit consignationem annorum 887. à Nabonassaris principio vsque ad hunc annum: ante natum Christum 746 post natum Christum 141.* 141

IVSTINVS Philosophus librum pro Christiana religione conscriptum tradidit Antonino. Verba Iustini in colloquio cum Tryphone Iudæo, de suorum temporum Miraculis per nomen Domini nostri IESV CHRISTI editis: *Rogamus* DEVM *continuè, vt a dæmoniis, pietatis hostibus, quæ quondam adorabamus, nos per* IESVM CHRISTVM *conseruet. Illum enim adiutorem & liberatorem vocamus, cuius etiam nominis vim timent dæmonia trementia: Et hodie etiam adiurata per nomen* IESV CHRISTI *crucifixi sub Pontio Pilato, imperata faciunt. Vnde liquet, quòd pater tantam ei potestatem dederit, quantam dæmonia formidant subdita illius nomini & præteritæ passionis eius dispensationi. Quòd si hoc passionis consilium tantam potestatem mox protulit, & nunc etiam profert: quid futurum est, cùm veniet in gloria?* Et paulo pòst: *Nunc quoq; nos, qui in* IESVM CHRISTVM *Dominum nostrum credimus, dæmones omnes & Spiritus malos adiuratos eijcimus, & imperata facere cogimus.* Idem: *Per nomen* IESV CHRISTI *adiurata*

qualibet dæmonia vincuntur & imperata faciunt: quæ si vos Iudæi adiuretis per omnia nomina vestrorum Regum, Prophetarum, Patriarcharũ & iustorum: nullum non contumaxerit. Ibidem: CHRISTVS *natus est in salutem fidelium hominum, & interitum dæmonum: quod etiam nunc videre licet. Multos enim arreptitios per totum orbem, & in hac ipsa ciuitate multi ex nostris Christianis adiuratos per nomen* IESV CHRISTI *sanarunt, quos nec adiuratores alii nec incantatores, expiatoresue, sanare potuerant: & adhuc sanare pergunt, dæmonia profligando ex obsessis hominibus.* Huius Iustini Philosophi & Martyris meminerunt Tertullianus, & Irenæus l. 4. c. 14. Idem Iustinus ritum initiandi Christianos, suo tempore vsitatum ita describit: *Quotquot credunt hæc quæ docemus vera esse, & ad eum modum viuere pollicentur, ante omnia discunt precibus & ieiuniis petere à* DEO *præteritorum peccatorum veniam, nobis vnà preces ieiuniaque iungentibus. Deinde ad aquam à nobis ducuntur, & renascuntur eo modo, quo & nos renati sumus. Nam in nomine Patris omnium dominiq;* DEI, *& Seruatoris nostri* IESV CHRISTI, *& Spiritus Sancti, in aqua tunc lauantur. Hominem sic ablutum ac institutum ad fratres adducimus, vbi cœtus fiunt, vt tam pro nobis quàm pro recens illustrato precemur, vt inueniamur per veram doctrinam & bona opera digni obseruatores & custodes mandatorum, & vt salutem æternam assequamur. Post precationem nos salutamus osculo mutuo. Deinde adfertur præcipuo fratri panis & calix aqua dilutus: quibus acceptis laudem & gratiarum actionem Patri omnium offert per nomen Filii & Sancti Spiritus: atque ita Eucharistiam aliquandiu celebrat. Post preces & Eucharistiam totus cœtus accinit Amen. Absoluta gratiarum actione præsulis, Diaconi quos vocamus, dant singulis præsentibus partem panis & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio: atque etiam*

iam deferre sinunt absentibus. Hoc autem alimentum apud nos vocatur Eucharistia, ad quod nemo admittitur, nisi qui credit veram esse nostram doctrinam, ablutus regenerationis lauacro in remissionem peccatorum, & sic viuens vt CHRISTVS *docuit. Non enim vt vulgarem panem & vulgare poculum hæc sumimus: sed quemadmodum per verbum* DEI *caro factus* IESVS CHRISTVS *Seruator noster, carnem & sanguinem pro salute nostra habuit: Sic etiam per verbum precationis & gratiarum actionis sacratam ab ipso alimoniam, qua mutata nutrit nostras carnes & sanguinem, illius incarnati* IESV *carnem & sanguinem esse didicimus. Die Solis vrbanorum ac rusticorum cœtus fiunt, vbi Apostolorum Prophetarumque literæ præleguntur: deinde cessante Lectore, Præpositus verba facit adhortatoria ad imitationem rerum honestarum inuitans. Ditiores si libeat pro sua quisque voluntate conferunt, Collecta deponuntur apud Præpositum: is subuenit pupillis & egenis, &c. Conuentus autem hos die Solis facimus, quòd hac die* DEVS *mundum creauit, & eadem die* CHRISTVS *resurrexit à mortuis.* Hæc Iustinus in Apologia secunda pro Christianis.

4123 Antonini pii edictum pro Christianis promulgatum Ephesi in totius Asiæ Concilio: *Si quispiam, inquit, cuiquam Christiano, quia Christianus sit, pergat molestiæ quicquam aut criminis inferre, ille cui crimen illatum erit, etiamsi reipsa Christianus deprehensus sit, absoluatur: qui autem illum accusauerit, iustum debitumque supplicium subeat.* Ibidem Antoninus Adriani Imp. edictum allegat his verbis: *Pro quibus hominibus (Christianis) & alii prouinciarum Præsides iam antè Diuo patri meo scripserunt. Quibus ille rescripsit, ne quid interturbarent hoc genus hominum, nisi qui conuicti essent, tentasse quippiam contra Rempub. Euseb. 4.* 153

4129 Sub Aniceto Rom. Pontifice POLYCARPVS, qui nonnullos Apostolorum magistros habuerat, Romam venit, plurimosq; hæreticorum Marcionis & Valentini persuasione deceptos, ad veram fidem reduxit. Hunc Irenæus in prima sua ætate se vidisse ait admodum senem. Et addit: *Sunt qui audierunt Polycarpum dicentem, quod Iohannes Domini discipulus abiens lauari, cùm vidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo nonlotus, dicens: quod timeat, ne balneum concidat, cùm intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Ipse etiam Polycarpus aliquando Marcioni occurenti sibi & dicenti: Cognosce nos: respondit: Cognosco te primogenitum Satanæ.* Hæc Iren. lib. 3. cap. 3. Euseb. 4. 159

Hoc tempore vixit Egesippus Iudæus ad CHRISTVM conuersus, qui libris quinq; historiam Ecclesiæ CHRISTI ad sua vsque tempora complexus est.

4132 *Antoninus Pius Imp. mortuus 7. Martii ætat. 75. imperii an. 23. alii 24. Onuph.* 162

ANTONINI PHILOSOPHI IMPERIVM.

Cum Antonino simul imperauit L. Aurelius Verus. Nam tunc primùm Romanum imperium duos Augustos simul habere cepit. Capitol. Euseb. Antoninus Philosophus nunquam mutauit vultum mœrore vel gaudio, vt autor est Capitolinus. De eodem sic inquit Dio: Verè fuit vir bonus, & æquabilis in omni vita, nec vlla vnquam in re immutatus est: nihil in eo fictum aut simulatum fuit. Magnum ei adiumentum attulerunt bonæ artes. Nam Philosophiæ præceptis imbutus fuit, vnde & Philosophi nomen sortitus est.

4138 QVARTA PERSECVTIO aduersus Christianos in Asia orta est, in qua igni traditus, & Martyrii corona condecoratus est vir sanctissimus POLYCARPVS, Ioannis Apostoli discipulus, & Episcopus Smyrnensis: agens annum ætatis 86. 168

Quam

Quam historiam luculentissimè descriptam reperies apud Eus.4. Polycarpi quidem mortem adeuntis confessio, & rogum conscendentis, atque flammam expectantis ardentissima precatio digna est, quæ à piis omnib. cognoscatur & menti imprimatur.

IVSTINVS Philosophus & Martyr; cuius scripta etiãnum cum fructu multo leguntur, pro CHRISTI doctrina sanguinem fudit. Eus.4. Alii referũt eius Martyrium ad tempora Antonini Pii: sed Hieronymus in Catalogo scribit, cum successoribus Pii exhibuisse Apologiam pro Christianis.

Sub Antonino Philosopho etiam in Gallia grauis & acerba persecutionis procella multos martyres absorpsit: vt Maturum, Pothenum, Attalum & Blandinam, quę inter varia tormenta subinde exclamauit: Christiana sum: qua voce ita se recreauit, vt ad cruciatus constanter perferendos animus eius subinde nouis viribus, diuinoq; robore augeretur. Eus.5.c.1.

4140 L. Aurelius Verus Imp. anno regni sui 9. apoplexia extinctus est Eus. Capitol. Eo defuncto Marcus Antoninus Philosoph. imperauit solus. 170

4145 Historia de Romanorum Germanica siti, Christianorum precibus imbre impetrato, discussa. 175

Cùm M. Antonini exercitus diebus 5. aquæ penuria laborasset, & milites in angustiis montium Germaniæ à Quadis circumclusi, siti propemodum conficerentur, Imperatorem anxium & consternatum adiit præfectus prætorio, dictitans nihil esse quod Christiani precibus impetrare non possint à DEO*: & esse in legione* XII. *cohortem militum qui omnes* CHRISTVM *colerent. Ea re cognita Antoninus petiit ab eis, vt* DEO *suo supplicarent. Quod cùm illi positis in terra genibus & ad* CHRISTVM *profusis precibus fecissent, subitò pluuia largissima diuinitus missa est, qua Romani, aquam ore & scutis excipientes, recreati sunt, cùm è contrario Quados aliosque*

Germaniæ populos fulmina persequerentur. Quare obstupefactus Imperator, Christianos magnis adfecit honoribus : & in perpetuam rei memoriam legionem eam, in qua illi militabant, nominauit fulminatricem, græcè κεραυνοβόλον. *Sic Quadi Christianorum beneficio à Romanis victi sunt, & M. Antoninus Imperator VII. adpellatus est. Vide Capitolinum, Dionem, Tertull. in Apologet. & ad Scapulam, Eus. 5. Orosium, &c.*

Extant etiam literæ Marci Imp. quibus rem omnem Senatui Rom. exponit, & Christianorum precibus diuinum istud beneficium acceptum referendum esse testatur: *Credibile est, inquit, Christianos licet eos impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore : Simul enim atque humi sese abiecerunt, & preces fuderunt ad ignotum mihi* DEVM, *statim è cœlo pluuia delapsa est, in nos quidem frigidißima, in nostros verò hostes grando & fulmina : eorumq́; orationibus ac precibus statim* DEVS *præsto fuit, qui neque vinci neq́; expugnari potest. Quamobrem concedamus talibus, vt sint Christiani, ne qua tela eius generis contra nos petant & impetrent.* Hæc Antoninus.

4148 Hac ætate IRENÆVS Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus, & Polycarpi auditor, contra hæreticos scripsit libros qui extant. Dicit alicubi se ista scribere, Romanam sedem tenente duodecimo Episcopo Eleutherio, qui hoc tempore pontificatum gessit. Irenæi etiam temporibus adhuc durasse donum eiiciendi dæmonia, & sanandi multos, testatur ipse lib. 2. aduersus hæreses: *Nemo potest, inquit, numerum dicere gratiarum, quas per vniuersum mundum Ecclesia à* DEO *accipiens, in nomine* IESV CHRISTI *sub Pontio Pilato crucifixi per singulos dies in opitulationem gentium perficit, &c. nec inuocationibus Angelicis aliquid facit (Ecclesia) nec incantationibus, sed purè & manifestè orationes dirigens ad Dominum, qui omnia fecit, &c. Si itaque & nunc nomen* 178

Domi-

Domini nostri IESV CHRISTI *beneficia præstat, & curat, firmißimè & verè omnes vbique credunt in eum, &c.* Huius Irenæi meminit Tertullianus, eumque nominat omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem. Irenæus aliquoties scribit, Iohannem Apostolum vixisse vsque ad tempora Traiani: Polycarpum verò fuisse auditorem Iohannis: Et se iuuenem vidisse Polycarpum senem.

An Pausanias & Gellius hoc tempore vixerint dubium est. Pausanias citat Olympiadem 235: quæ cadit in annum Christi 162: Gellii ætas colligenda est ex eius lib.12.ca.11. & lib.13.cap.16.18.

4151 *ANTONINVS Philosophus Imp.obiit 17.Martii,ætat. 59. imperii 19.d.11. Clem. Dio.* 181

Hunc diem mortis Antonini etiam TERTVLLIANVS annotat, qui hac ætate vixit, vt ipse scribit.

Cum hoc principe moritur felicitas Romani Imperii. Nam hactenus à Traiano vsq; annis amplius 80. præfuerunt principes boni & salutares. Ex hoc autem tempore Commodus & sequentes nobiliores fuerunt sceleribus, quàm præclaris in Remp.meritis. Vide Zosimum.

Reliquit Antoninus Philosophus hominibus ingens sui desiderium, & posteris virtutis suæ memoriam sempiternam: sed eius fortunæ atq; felicitati hoc vnum defuit, quòd de filio, quem optime educari atq; institui curauerat, spe sua frustratus est. Nam & Capitolinus scribit, Antoninum felicem fuisse, si filium non reliquisset. Deinceps historia Romana, ex aureo regno in ferreum delabitur: tanta sub Commodo accidit rerum Romanarum mutatio. Et ab hoc anno, ait Dio, se narrare ea, quorum oculatus testis fuerit, non quæ ab aliis tradita acceperit: quod spacium vsq; ad finem historiæ Dionis dimensum, reperietur esse annorum 50.

Ab hoc ipso anno obitus Antonini HERODIANVS orditur suam historiam complectentē annos 59. quæ extenditur in Imperium Gordiani, i.e. in annū N.C.239. *Quod aūt*

Hero-

Digitized by Google

Herodianus ait, se 70. annorum sui temporis res gestas conscribere, ita fortè accipiendum est, quòd 19. annos Antonini Philosophi illis 70. annis includat & connumeret.

COMMODI IMPERIVM.

Hic Imp. fuit sæuitia & crudelitate alter Domitianus: & libidinibus ac turpitudine alter Nero. Vide Dionem, Lampridium & Herodianum. Dio scribit, Martiam Commodi pellicem Christianorum studiosam fuisse, & quòd esset apud Commodum magnæ autoritatis, multa in eos beneficia contulisse.

THEOPHILVS Episcopus Antiochenus scripsit librum ad Autolycum, qui hodie legitur: Et ab Imperio Iulii Cæs. ad mortem Antonini Philosophi, supputat annos 228. quod ad nostram rationem pulchrè quadrat: additis 228. ad 3923.

4153 PANTÆNVS scholam Christianorum Alexandriæ instituit, ex qua multarum Ecclesiarum doctores prodierunt. Huius discipulus fuit Clemens Alexandrinus, cuius libri Stromatum nunc quoque leguntur. 183

4156 ORIGENES scriptor Ecclesiasticus Alexandriæ hoc fermè anno natus est: dependet ex anno CHRISTI 203. quo Hieronymus scribit Origenem egisse annum ætat. (circiter) 17. 186

4158 APOLLONIVS vrbis Senator, cùm legisset Senatui insigne volumen, quod de CHRISTI fide composuerat, capite ob Christianam fidem truncatur. Eus. 5. 188

4161 THALMVD Iudæorum conscribitur, ann. 120. deuastati Templi, anno 500. numeri contractuum. Sedar Olam. Intelligo numerum contractuum de annis Græcorum, de quibus dicitur in libris Maccabæorum. Et hac ratione congruunt numeri exactissimè: additis 500. ad 3661. & 120. ad 4041. 191

COM-

4163 *COMMODVS cunctis incommodus strangulatur nocte, quæ præcedebat Cal. Ian. (ineuntis an. Christi 194.) cùm vixisset an. 31. m. 4. & imperasset an. 12. m. 9. d. 14. Dio. Hic non nisi ad ciuium perniciem & ad suum dedecus vixit. Lamprid. Huc vsq; Clemens Alexandrinus tempora descripsit, quia omnes eius supputationes morte Commodi terminantur. Idem à morte Antonii & Cleopatræ huc vsq; supputat an. 222.* 193

Hic autem Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter fuit, & in Catecheticæ doctrinæ professione Pantæno Præceptori suo surrogatus est.

4164 PERTINACIS IMPERIVM. Dio. Capitol. Herodia. 194

Hic Pertinax primum fuit Professor Grammatices: in quo munere Sulpitio Apollinari Præceptori suo successit. A Græcis dictus est χρηστολόγος, quòd magis esset blandus quàm beneficus. Occisus à suis militibus, æt. an. 68. imperii die 87. Dio. Post hunc imperauit DIDIVS IVLIANVS diebus 66. Dio. Spartia.

SEVERI IMPERIVM.

De hoc Imp. Senatus ita iudicauit, illum aut nasci non debuisse, aut non mori: quòd & nimis crudelis & nimis vtilis Reipub. videretur. Spartia. Dio. Herodia.

Hoc tempore viguit controuersia de Paschate inter Ecclesiam Romanam & Asianam, ob quam Victor Rom. Pontifex Episcopos Asiæ excommunicare voluit. Ei per Epistolas responderunt, Polycrates Episcopus Ephesinus, & Irenæus Episcopus Lugdunensis: Et hic quidem sensit, ob ceremoniarum, rituumq; diuersitatem, doctrinæ & fidei concordiam non rumpendam aut dissoluendam esse. Eus. 5.

4170 *Quæ hoc sæculo fuerit Christianorum disciplina, ritus, & mores, adscribemus huc ex Tertull. lib. aduersus gentes: cap. 39. Coimus, inquit, in cœtum & congregationem, vt* 200

ad

Digitized by Google

ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. Oramus etiam pro Impp. ac potestatibus, &c. Cogimur ad literarum diuinarum cõmemorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certè fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina. Nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conspectu: summumq; futuri iudicii præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis & conuentus, & omnis sancti commercii relegetur. Præsident probati quiq; seniores, honorem istum non precio, sed testimonio adepti. Neq; enim precio vlla res Dei constat: non de oneraria summa quasi redemptæ religionis congregatur: Modicam vnusquisq; stipem menstrua die, vel quando velit, & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non aliis quàm egenis alendis dispensatur. Cœna nostra de nomine rationem suam ostẽdit: vocatur ἀγάπη, id est, dilectio: quanticunque sumptib. constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. Siquidem inopes quosq; refrigerio isto iuuamus. Non prius discumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum esurientes capiunt: bibitur quantũ pudicis est vtile: ita saturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum sibi esse Deum. Ita fabulantur, vt qui sciunt Dominum audire. Post aquam manualem & lumina, vt quisq; de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Æq; oratio conuiuium dirimit.

4173 QVINTA PERSECVTIO in Christianos commota sub Seuero: in qua Leonides pater Origenis, gloriosa martyrii morte ex hac vita translatus est, ipso filio puero parentem exhortante per literas ad martyrium alacriter subeundem. Eus. *Origenes, inquit Hieronymus, cum sex fratribus, & matre* 203

matre vidua pauper relinquitur annos natus circiter 17. *Hic Alexandriæ dispersa Ecclesia* 18 *ætatis suæ anno κατηχήσεων opus aggressus, postea à Demetrio eius vrbis Episcopo in locum Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit.*

Seuero & Bassiano Antonino Coss. Seuerus Imperator Alexandriam petens, in itinere Palæstinis plurima iura fundauit. Iudæos fieri sub graui pœna vetuit: idem etiam de Christianis sanxit. *Spartia.*

4178 Hoc anno TERTVLLIANVS presbyter scripsit lib. aduersus Martionem, quia allegat ibi *15*. annum Seueri Imp. loquens de anno quo ista scripserit. Idem in lib. ad Scapulam scribit, pœnituisse quosdam præsides prouinciarum, quòd Christianos persecuti essent. *Vigellius Saturninus inquit, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. Claudius Herminianus in Cappadocia cùm indignè ferens vxorem suam ad hanc Sectam transisse, Christianos crudeliter tractasset, solusq; in pratorio suo peste vastatus, cùm viuus vermibus ebullisset: Nemo sciat, aiebat: ne gaudeant Christiani. Postea cognito errore suo, quòd tormentis quosdam à proposito suo excidere fecisset, penè Christianus decessit.* Ibidem commemorat beneficia, quę quotidiè Ethnicis præstent Christiani: nempe quòd multos à dæmoniis liberent, & ægrotos sanent. Inter cætera sic scribit: *Seuerus pater Antonini, Proculum Christianum, qui cum per oleum aliquando curauerat, in palatio suo habuit vsq; ad mortem eius, quem & Antoninus optimè nouerat lacte Christiano educatus. Sed & clariss. fœminas atq; viros, Seuerus sciens huius Sectæ esse, non modò non læsit: verùm etiam testimonio exornauit, & populo furenti in os palàm restitit. Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione, Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in illa siti impetrauit. Quando non geniculationibus & ieiuniis nostris etiam siccitates sunt depulsæ? Tunc & populus acclamans* DEO DEORVM ET 208

QVI

QVI SOLVS POTENS, in Iouis nomine, Deo nostro testimonium reddit. Artius Antoninus in Asia cum persequeretur Christianos, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunal eius se, facta manu, obtulerunt: cum ille paucis duci iussis, reliquis ait: O miseri, si libet perire, num vobis rupes & restes desunt? Hæc Tertullianus.

CYPRIANVS, teste Hieronymo in Catalogo, tantum tribuit Tertulliani scriptis, vt poscens codicem scriptorum eius plerunq; solitus sit dicere notario: Da Magistrum: Tertullianum designans.

4182 *SEVERVS Imp. mortuus pridie non. Febr. cum vixisset annos 65. mens. 9. d. 25. & imperasset ann. 17. m. 8. d. 3. Dio: cui filii multo cariores fuerunt quàm ciues. Moriturus ad filios dixit: Estote concordes: locupletate milites: cæteros omnes contemnite. Dio.* 212

Hunc cùm ex loco humili per literarum & militiæ officia plurimis gradibus ad Imperium fortuna deduxisset, dixisse ferunt: Omnia fui, & nihil expedit. Spartia.

ANTONINI CARACALLÆ BASSIANI IMPERIVM. Dio. Eutrop. Vnà cum eo imperauit frater eius Septimius Geta an. 1. d. 22. *Vide Herodia. Spart. Dio.*

4183 *SEPTIMIVS GETA Imp. à fratre Antonino Caracalla occisus est (circa 25. Febr.) Eam cædem iussus excusare PAPINIANVS Iurisconsultus, noluit, dictitans: non tam facile esse Parricidium excusare, quàm patrare, ideoq; vir immortali gloria dignus, securi percussus est, quod causam iniustam defendere noluisset. Spart. Hic Papinianus dictus est Iuris asylum, & ex eius schola multi Iurisperiti prodierunt.* 213

4188 *ANTONINVS Caracalla Imp. cum multorum præstantium virorum sanguine se polluisset, occisus est 6. Id. April. ætat. 29. imperii an. 6. m. 2. Dio. Eutrop. Spartianus scribit, eum medio itinere inter Carras & Edessam cum Parthis iterum bellum illaturus esset, pugione confossum esse* 218

esse à ministro, qui eum in equum leuauerat, insidiis ei à Macrino præfecto prætorio positis, qui post eum inuasit imperium. Caracalla, inquit Dio, nihil cogitabat boni, quia id non didicerat: quod ipse fatebatur.

MACRINI IMPERIVM. Dio. Eutrop. Capitol.

4189 *Occisus MACRINVS Imp. Mense Iunio æt. 54. imperii an. 1. m. 2. minus 3. diebus. Dio.* 219

ANTONINI HELIOGABALI IMPERIVM. Dio. Lamprid.

Fuit Antoninus mancipium omnis libidinis ac turpitudinis, gessit se pro muliere, & viris tanquam fœmina nupsit: ad honores euexit flagitiorum suorum magistros ac ministros, viris interim præstantibus loco suo detrusis vel necatis: adeò vt nullam aliam nisi obscœnitatis & crudelitatis suæ infamem memoriam reliquerit, de quo Herodia. Dio. & Lamprid.

4192 *IVLIVS AFRICANVS nobiliss. Chronographus, cuius supputationes citant Euseb. & Hieronymus in Danielem, &c. hac tempestate floruit.* 222

CYPRIANVS, cuius scripta apud pios omnes in magno habentur precio, hac ætate vixit & floruit.

4193 *HELIOGABALVS (6. Ian. Martii: Onuph.) trucidatur à militibus vnà cum matre, muliere flagitiosa, & tali filio digna, æt. 18. imperii an. 3. mens. 9. d. 4. Cadauer per totam vrbem tractum, raptatum ac dilaniatum est, & ad cloacas deportatum, tandemq; in Tiberim proiectum annexo pondere, ne fluitaret neq; sepeliretur. Ita turpem & impuram huius Sardanapali vitam turpis & fœdus exitus consecutus est. Lamprid. Herodia. Dio.* 223

ALEXANDRI SEVERI IMPERIVM. Lamprid.

Fuit Princeps laudatissimus & Reipub. vtilissimus, amauit literatos homines ipse quoq; literatus: leges multas sanxit, neque constitutionem vllam

sacrauit sine 20. Iurisperitis & doctiss. sapientissimisq; viris, quorum princeps fuit Vlpianus. Christianos fouit, & in primis delectatus est hoc dicto, quod & parietibus inscribi, & per præconem proclamari iussit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Mater eius fuit Mammæa, Mæsæ filia, mulier Christiana, quæ Origenem, ob doctrinæ excellentiam tum celebrem, accersiuit, & doctrinam religionis ex eo didicit.

Hic Alexander fugientes & recusantes Magistratum traxit ad officia & dignitates, dicens: *Inuitos non ambientes in Rempub. collocandos.* Notarium falsa in consilio Imperatorio referentem incisis digitorum neruis, vt nunquam scribere posset, deportauit. Vxori suæ conquerenti, quòd nimia comitate potestatem suam redderet contemptibiliorem, respondit: sed securiorem atque diuturniorem. Christo templum condere voluit, eumque inter Deos recipere, cuius & imaginem in larario suo habuit. Cumq; Christiani locum quendam qui publicus fuerat, occupassent, & popinarii dicerent, sibi eum deberi: rescripsit, melius esse, vt quomodocunq; illic Deus colatur, quàm locus popinariis dedatur. Vlpianum Iurisconsultum aduersus iram & vim militum, obiecta purpura sua, texit ac defendit. *Hæc Lamprid.* Scribit etiam Herodianus eum gessisse imperium ἀναίματον, id est, incruentum, & neminem occisum esse indemnatum. Multum versatus est cum Athenæo: qui an sit ille, cuius supersunt Dipnosophistæ, adfirmare non possumus.

4196 *VLPIANVS conditor multarum legum, quæ in pandectis continentur, interfectus est à Prætorianis militibus. Euseb. & alii.* 226

Regnum Parthorum desiit, Artabano Rege eorum victo & occiso ab Artaxerxe Rege Persarum anno 548. à morte Alexandri Magni. Agathias lib. 4.

4200 IVBILÆVS MVNDI 84. *Mosis 34. Prædicationis* CHRISTI 4. 230

Olymp.252. ab V.C.981.

Historia Romana Dionis Caßii Nicæi desinit hoc anno, quo ipse Dio scribit, se cum Alexandro Imp. secundum Consulatum gessisse. Etsi autem complexus fuerat Dio res Romanas ab V.C. gestas: tamen temporum iniuria libris prioribus amissis, tantùm sunt reliquæ historiæ annorum 300. minus 2. quarum bonam partem in sua Epitome nobis asseruauit Iohannes Xiphilinus Constantinopolitanus, qui vixit circa annum Christi 1080.

ORIGENES Alexandriæ floruit, vbi Clementi Alexandrino præceptori suo in Cathedra Catechetica successerat. Inter cæteros labores etiã ἑξαπλᾶ composuit, id est, S.Bibliorum volumen in sex columnas & linguas seu editiones distinxit: sumptibus eum instruente Ambrosio quodam, homine opulento, quem Origenes hæreseos conuictum in veritatis viam reuocauerat.

4202 ORIGENES relicta Alexandria fit presbyter Cæsareæ Palestinæ. Euseb. 232

4206 *ALEXANDER Imp. à suis militibus obtruncatur vnà cum matre Mammæa, 18 Martii, cùm sine subditorum querela annis 19. imperasset, & vixisset an. 29. m.3. d.7. Lamp. Herodia.* 236

MAXIMINI IMPERIVM. Euseb. Capitolin.

Hic primùm fuit opilio in Thraciæ montibus: sed ob corporis proceritatem ac immanem vastitatem ascitus in militiam: & paulatim fortunæ manu ex loco infimo deductus ad culmen imperii. Eum Alexander Imp. ob militare robur dilexit ac euexit, sed in suã perniciẽ ei benefecit, & verè, quod aiunt, aluit in sinu viperam. Nam Maximinus cũ militari tumultu salutatus esset Imperator, mox iussit Alexandrum & matrem eius interfici. Hic Maximinus fuit pestis Reipub. & conatus est

sibi stabilire imperium, non iustitia, sed sæuitia & tyrannide. Quoscunq; voluit indicta causa interemit, aula eiecit, officio priuauit, bonis exuit, grauior & truculentior ciuibus quàm hostibus: inuisus bonis & gratus malis ob crudelitatem ac rapacitatem.

SEXTA PERSECVTIO aduersus Christianos & maximè contra Ecclesiarum antistites ab hoc cyclope excitata est: quæ tamen cum imperio & vita eius desiit.

4208 *MAXIMINVS Imp. anno ætat. 65. imperii 3. vnà cum filio à suis militibus iugulatur: cadauera ad ludibrium publicum proiecta, canibus & volucribus lanianda relicta sunt. Capita patris & filii contis affixa, & Romam missa, iucundum omnibus spectaculum præbuerunt, & postremò ab insultante populo in Campo Martio combusta sunt.* Non fuit, inquit Capitolinus, crudelius animal in terris, omnia sic in viribus suis ponens, quasi non posset occidi. Cumq; se ob magnitudinem corporis propè immortalem crederet, quidam in theatro præsente illo Græcos versus dixit in hanc sententiam: 238

Et qui ab vno non potest occidi, à multis occiditur:
Elephas grandis est, & occiditur:
Leo fortis est, & occiditur:
Tigris fortis est, & occiditur:
Caue multos, si singulos non times.

Cùm necaretur Maximini filius, acclamatum est: Ex pessimo genere ne catulum quidem habendum.

Distat harum beluarum mactatio à morte Iulii Cæsaris 280. à morte Alexandri Magni 560. id est, bis 280. à natali Augusti Cæsaris 301.

Duo GORDIANI pater & filius imperarunt mens. 1. d. 6.

Horum nece cognita Senatus Rom. PVPIENVM MAXIMVM & BALBINVM contra Maximinum imperatores creauit, eosq; patres Senatus nouo nomi-

nomine appellauit. GORDIANVS quoq; iunior maioris illius ex filia nepos, Cæsar dictus est, ætatis circiter 13. Herodia. Capitol.

Ab hoc anno Pomponius Lætus exorsus descripsit vitas sequentium Impp. vsque ad finem stirpis Heraclii: id est, ad annum Christi 696. Epitome itaq; Læti complexa est annos 458.

4209 *PVPIENVS, MAXIMVS & BALBINVS Romæ à prætorianis militibus interfecti sunt, tempore Agonis Capitolini, teste Herodiano.* 239

IMPERIVM GORDIANI IVnioris, anno superiore Cæsaris appellati. Capitol.

Huius Gordiani est dictum illud: *Miser est Imperator, apud quem vera reticentur.*

Hic desinit historia Herodiani: qui his temporibus vixit.

Hoc ipso anno Censorinus scripsit librum de die natali: qui Chronologiæ studiosis magnam præstat vtilitatem in annorum supputatione. Nam hic annus secundus Olympiadis 254. Censorino est à prima Olympiade annus 1014. incoatus: ab V. C. secundum Varronis supputationem 991. à Iuliana anni Rom. emendatione 283. à nata appellatione Augusti 265. à capta Aegypto sub Augusto Cæsare 268. à Nabonassare 986. incipiens, (completus 985.) à morte Alexandri Magni 562. incipiens (compl. 561.) à primo Agone Capitolino (vide supra 4057.) Agon 39. incipiens: Completus 38: id est, annus 152. Hi numeri Censorini ad nostram supputationem exactissimè quadrant. Accipiantur autem anni Censorini, vt incipientes vel incoati, non vt completi: quia Censorinus ex professo ibi tradit diuersarum Epocharum principia, & exempli loco ex præsentis vel currentis anni sui mensibus variarum ærarum initia dependere ostendit, & annos inde supputare ac deducere docet.

3195 1014	3218 991	3926 283	3944 265	3941 268
4209	4209	4209	4209	4209
3224 985 compl.	3648 561 compl.		4057 152	
4209	4209		4209	

ARRIANVS, qui Alexandri Magni historiam descripsit, sub Gordiano vixisse putatur: quia id innuere videtur Iulius Capitolinus in vita Gordiani. Alii eum in Antonini Pii tempora reiiciunt, & Iurisconsultum fuisse perhibent.

4210 *Eclipsis Solis tanta fuit, vt nox esse crederetur, neq; sine luminibus accensis quicquam agi posset. Capitol. Alii ad annum præcedentem referunt.* 240

4213 GORDIANVS *bellum Persicum feliciter gessit consiliis soceri sui Misithei, viri docti & sapientis. Capitol.* 243

4215 GORDIANVS *Imp. occisus à militib. suis mense Martio.* 245

PHILIPPI ARABIS IMPERIVM.

Hic primus inter Impp. fuit Christianus, eumq; narrat Euseb. die Paschatis ab Episcopo non prius ad Cœnam Domini admissum esse, quàm inter alios peccata confitentes in templo staret, & pœnitentiæ signa ederet.

4219 *Annus Romæ conditæ millesimus magno ludorum apparatu celebratus est à Philippo III. Cos.* 249

4220 PHILIPPVS *Imp. interfectus à militibus vnà cum filio, quem consortem Imperii fecerat, cùm imperasset ann. 5. Eutrop. Victor.* 250

DECII IMPERIVM: cui Epipha. Eus. & Cassiodorus tribuunt ann. 1. mens. fermè 3. alii biennium & menses aliquot.

4221 SEPTIMA PERSECVTIO aduersus Christianos à DECIO commota, quæ multos S. homines velut atrox tempestas demersit & absumpsit, inter quos sunt: Fabianus Pontifex Roman. S. LAVRENTIVS, cuius in craticula iacentis fidē 251

interi

inter medias flammas elucentem graphicè depingit Prudentius: Et Apollonia virgo, quæ excussis dentibus cum vltiò in rogum ardentem insiluisset, cremata est. Item Babylas Episcopus Antiochiæ, & alii.

DIONYSIVS Episcopus Alexandrinus apud Euseb. narrat: Chæremonem Episcopum grandæuũ & ætate propè exacta, vnà cum vxore sua ad mõtem Arabiæ confugientem, nusquam apparuisse, & licet fratres aliquoties eum cum vxore quærerent, tamen neque ipsos neque corpora eorum vspiam reperisse. Vndè quidam coniectarunt, eos viuos in cœlum sublatos esse.

ANTONIVS Monachus nascitur in Aegypto, qui vixit an. 105. Vide N.C. 355.

4222 *DECIVS Imp. cum toto exercitu cæsus est à Gothis, corpusq; eius paludis voragine absorptum inueniri non potuit. Eodem tempore Decii filius periit.* 252

GALLI & VOLVSIANI IMPERIVM: quod durauit an. 2. non plenis. Euse. Eutrop. Sub his Impp. populus Romanus primum exteris & barbaris gentibus tributum annuum pendere cœpit.

4224 *GALLVS & VOLVSIANVS Impp. interfecti.* 254

VALERIANI & GALLIENI IMPERIVM.

Horum Impp. vitam descripsit Trebellius Pollio.

ORIGENES Scriptor Ecclesiasticus ætat. 69. obiit Tyri, vbi & sepultus est. Hieronymus. Natalem eius habes suprà N. C. 186. quem nisi connumeres, non complebis 69. annos. Origenes omnes tàm græcos quàm latinos scriptores operum suorum magnitudine superauit. *D. Hieronymus fatetur sex millia librorum eius se legisse. De eius scriptis olim dictum est: Vbi bene scripsit, nemo melius.* Reliquit post se discipulos plurimos, inter quos fuit GREGORIVS Episcopus Neocæsariensis, qui hoc sæculo floruit.

 OCTA-

4228 OCTAVA PERSECVTIO aduersus Christianos sub Valeriano. *Valerianus primis imperii annis, teste Eusebio, mitis ac benignus fuit erga Christianos: sed postea à Mago quodam Aegyptio persuasus, non solùm Christianos crudeliter & acerbè persecutus est: sed etiam Magicis artibus deditus ab illo iniquitatis magistro tenella infantium viscera dissecare, humanasq; hostias mactare didicit.* 258

CYPRIANVS Episcopus Carthaginensis (in cuius scriptis singula propè verba spirant martyrium) capite truncatus Martyrii coronam & gloriam obtinuit; de quo Prudentius hymno 13. Cassiodorus refert Cypriani martyrium ad Valerianum IV. & Gallienum III. Coss. qui nobis in hunc annum cadunt. Cuspinianus ex ignoto scriptore refert Cypriani martyrium ad sequentis anni Consules: Eusebius ad annum Christi 259. De Cypriani conuersione & morte lege orationem Nazianzeni.

Ad hæc tempora pertinet sextus hymnus Prudentii, quo describit Fructuosi Episcopi martyrium, & inter cætera sic canit:

Iussum est Cæsaris ore Gallieni
Quod princeps colit, vt colamus omnes.
Aeternum colo principem, dierum
Factorem, dominumq; Gallieni.

4230 PAVLVS EREMITA primus colere cœpit Eremum: quia Hieronymus vitam eius describens, nominat eum primum, à quo Eremus habitari cœpta sit, idq; accidisse ait eo tempore, quo Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore damnati sint, sub Valeriano persecutore, & quando apud Aegyptum & Thebaidem multas Ecclesias sæua tempestas depopulata sit. 260

4231 *VALERIANVS postquam vnà cum Gallieno filio imperauit septennium; à Sapore Persarum Rege victus & captus (ætat. 77.) apud Parthos miserabili perpetuaq; seruitute* 261

uitute consenuit. Nam Rex equum conscensurus Valeriani ceruice incuruata pro scabello vti solitus est, ita vt Valerianus Regem non manu, sed dorso attollere cogeretur. Qua patris sui calamitate motus, manifestoq; Dei iudicio territus Gallienus, pacem Ecclesiæ reddidit, & edictis diuulgatis persecutionem relaxauit. Euf. & alii.

Sub Gallieno Romanum Imperium inuaserunt diuersis locis atq; temporibus XXX. Tyranni, qui se Imperatores Rom. appellarunt, de quib. Trebell. & alii.

4239 *GALLIENVS Imp. cum fratre apud Mediolanum à militibus Aureoli, qui duxerat Illyricani exercitus, circa 12. Calend. April. occisus est (Trebell. Onuph.) cùm imperasset an. 15. Euf. & alii.* 269

CLAVDII IMPERIVM: quod cœpit circa 12. Calend. April.

4241 *CLAVDIVS Imp. mor. 10. Calend. Martii, circiter. cùm in imperio biennium non integrum compleuisset.* 271

AVRELIANI IMPERIVM.

Fuit princeps Seuerus, truculentus & sanguinarius. Occidit sororis suæ filiam ob causam leuem. disciplinam militarem seuerissimè rexit. Nam militem quendam, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis alligaret, easque subitò dimitteret, vt scissus ille vtrinque penderet. Ad vicarium quoq; suum ita scripsit: Si vis tribunus esse, imò si vis viuere, manus militum contine: nemo aliena rapiat: segetem nemo atterat: annona sua miles contentus sit, & de præda hostis, non de lacrymis prouincialium viuat: stipendium in baltheo, non in popina habeat. De hoc Aureliano scribit Vopiscus, cum à multis neque inter bonos neque inter malos Principes poni, eò quòd ei clementia, prima imperatorum dos, defuerit. Ibidem dicit, eum fuisse principem necessarium magis, quàm bonum.

4242 CONSTANTINVS MAGNVS hoc anno natus est, in Britannia, patre Constantio (qui postea imperauit) & matre Helena. 272

Distat hic annus à natali Romuli 1040. Alexandri Magni 626. Iulii Cæsaris 370. Augusti 333. à morte Cyri 800. à Monarchia Alexandri Magni 600. Augusti 300 à morte Scipionis Africani minoris (inclusiuè) 400. Hinc ad Mahometi regnum 350: ad natalem Caroli Magni 470: ad mortem Ottonis Magni 700 pleni: ad imperium Rodolphi Habspurgii 1000. completi.

4245 NONA PERSECVTIO aduersus Christianos ab Aureliano indicta: sed morte eius impedita & interrupta: ideo à quibusdam inter decem persecutiones non numeratur. 275

4246 *AVRELIANVS Imp. mense Ian. occisus est fraude Notarii sui, imperii an. 5. postea fuit interregnum ferme 6. mensium.* 276

TACITVS imperauit mens. 6. Vopisc. Eutrop.

4247 *TACITVS Imp. obiit.* 277

FLORIANVS cum 2. ferè mensibus imperasset, occisus est à militibus, qui audierant Probum imperare.

PROBI IMPERIVM.

4250 IVBILÆVS MVNDI 85. *completus: Mosis 35. prædicationis Christi 5. Sic Beda & Marianus Scotus.* 280

4252 *PROBVS Imp. tumultu militari interemptus: imperii an. 6. m. 4. Eus. Eutrop.* 282

CARVS, & filii eius CARINVS & NVMERIANVS Impp. annis 3. non plenis, alii 2.

4254 *CARINVS vbi patrem CARVM fulmine absumptum, & fratrem NVMERIANVM ab Apro socero suo interemptum, DIOCLETIANVMq; ab exercitu Augustum adpellatum comperit, multis præliis cum Diocletiano conflixit: sed postrema pugna ad Murgum commissa victus occubuit, & scelerum pœnas dedit. Interfectus est à tribuno, cuius vxori stuprum intulerat. Vopisc. Eutrop.* 284

Hinc

Hinc orditur CAROLVS SIGONIVS historiam occidentalis imperii, quam 20. libris accuratè cõscriptam deduxit vsq; ad annum Christi 565. & complexus est res annorum 282. Huius autoris longè optimi & doctissimi vestigia deinceps consectabimur: & studiosos hortamur: vt integras historiarum narrationes apud Sigonium inspiciãt.

DIOCLETIANI IMPERIVM: quod durauit an. 20. Euseb.

Hic cum primum Imperator creatus esset, Aprum, necis Numeriani autorem, gladio transfodit spectante exercitu. Fuit Diocletianus, ingenio callido & sagaci, atq; seueritatem & sæuitiam suam, aliena inuidia explere ac tegere conatus est: primusq; adorari voluit vt Deus, cum cæteri ante ipsum Imperatores tantum Consulari salutatione contenti fuissent: ornamenta gemmarum vestibus & calceamentis indidit: hominibus humi proiectis pedes osculandos præbuit: & eò insolentiæ ac insaniæ processit fortunæ blandientis obsequio, vt & hominem, & mortalem se esse oblitus sit. Eutrop. & alii.

4255 ÆRA DIOCLETIANI. 285

Ab hoc anno ordimur Diocletiani æram, quam longo tempore Ethnici & Christiani vsurparunt: cuius sententiæ nostræ has habemus rationes.

I. *Beda annum Christi 532. quo Dionysius paschales circulos scripsit, copulat cum 248. Diocletiani: additis 248. ad 284. prodeunt 532.*

II. *Eusebius annum Antiochenum 351. accommodat ad 19. Diocletiani: ergo primus Diocletiani erit Antiochenus 333. demptis 48. (tot enim annis æra Antiochena antecessit natalem Christi) primus Dioclet. erit 285. Christi.*

III. *Ambrosius epist 83. lib. 10. lunam 14 ponit 14. die Pharmuthi mensis, 5. Id. April. die Dominico: anno Diocletiani 93. id est, Christi 377. Pascha verò à Christianis die* Domi-

QVI SOLVS POTENS, *in Iouis nomine, Deo nostro testimonium reddit. Artius Antoninus in Asia cum persequeretur Christianos, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunal eius se, facta manu, obtulerunt: cum ille paucis duci iussis, reliquis ait: O miseri, si libet perire, num vobis rupes & restes desunt?* Hæc Tertullianus.

CYPRIANVS, teste Hieronymo in Catalogo, tantum tribuit Tertulliani scriptis, vt poscens codicem scriptorum eius plerunq; solitus sit dicere notario: Da Magistrum: Tertullianum designans.

4182 *SEVERVS Imp. mortuus pridie non. Febr. cum vixisset annos 65. mens. 9. d. 25. & imperasset ann. 17. m. 8. d. 3. Dio: cui filii multo cariores fuerunt quàm ciues. Moriturus ad filios dixit: Estote concordes: locupletate milites: cæteros omnes contemnite. Dio.* 212

Hunc cùm ex loco humili per literarum & militiæ officia plurimis gradibus ad Imperium fortuna deduxisset, dixisse ferunt: Omnia fui, & nihil expedit. Spartia.

ANTONINI CARACALLÆ BASSIANI IMPERIVM. Dio. Eutrop. Vnà cum eo imperauit frater eius Septimius Geta an. 1. d. 22. *Vide Herodia. Spart. Dio.*

4183 *SEPTIMIVS GETA Imp. à fratre Antonino Caracalla occisus est (circa 25. Febr.) Eam cædem iussus excusare PAPINIANVS Iurisconsultus, noluit, dictitans: non tam facile esse Parricidium excusare, quàm patrare, ideoq; vir immortali gloria dignus, securi percussus est, quod causam iniustam defendere noluisset. Spart. Hic Papinianus dictus est Iuris asylum, & ex eius schola multi Iurisperiti prodierunt.* 213

4188 *ANTONINVS Caracalla Imp. cum multorum præstantium virorum sanguine se polluisset, occisus est 6. Id. April. ætat. 29. imperii an. 6. m. 2. Dio. Eutrop. Spartianus scribit, eum medio itinere inter Carras & Edessam cum Parthis iterum bellum illaturus esset, pugione confossum* 218

esse

esse à ministro, qui cum in equum leuauerat, insidiis ei à Macrino prefecto pretorio positis, qui post eum inuasit imperium. Caracalla, inquit Dio, nihil cogitabat boni, quia id non didicerat: quod ipse fatebatur.

MACRINI IMPERIVM. Dio. Eutrop. Capitol.

4189 *Occisus MACRINVS Imp. Mense Iunio æt. 54. imperii an. 1. m. 2. minus 3. diebus. Dio.* 219

ANTONINI HELIOGABALI IMPERIVM. Dio. Lamprid.

Fuit Antoninus mancipium omnis libidinis ac turpitudinis, gessit se pro muliere, & viris tanquam fœmina nupsit: ad honores euexit flagitiorum suorum magistros ac ministros, viris interim præstantibus loco suo detrusis vel necatis: adeò vt nullam aliam nisi obscœnitatis & crudelitatis suæ infamem memoriam reliquerit, de quo Herodia. Dio. & Lamprid.

4192 *IVLIVS AFRICANVS nobiliss. Chronographus, cuius supputationes citant Euseb. & Hieronymus in Danielem, &c. hac tempestate floruit.* 222

CYPRIANVS, cuius scripta apud pios omnes in magno habentur precio, hac ætate vixit & floruit.

4193 *HELIOGABALVS (6. Ian. Martii: Onuph.) trucidatur à militibus vnà cum matre, muliere flagitiosa, & tali filio digna, æt. 18. imperii an. 3. mens. 9. d. 4. Cadauer per totam vrbem tractum, raptatum ac dilaniatum est, & ad cloacas deportatum, tandemq; in Tiberim proiectum annexo pondere, ne fluitaret neq; sepeliretur. Ita turpem & impuram huius Sardanapali vitam turpis & fœdus exitus consecutus est. Lamprid. Herodia. Dio.* 223

ALEXANDRI SEVERI IMPERIVM. Lamprid.

Fuit Princeps laudatissimus & Reipub. vtilissimus, amauit literatos homines ipse quoq; literatus: leges multas sanxit, neque constitutionem vllam

sacrauit sine 20. Iurisperitis & doctiss. sapientissimisq; viris, quorum princeps fuit Vlpianus. Christianos fouit, & in primis delectatus est hoc dicto, quod & parietibus inscribi, & per præconem proclamari iussit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Mater eius fuit Mammæa, Mæsæ filia, mulier Christiana, quæ Origenem, ob doctrinæ excellentiam tum celebrem, accersiuit, & doctrinam religionis ex eo didicit.

Hic Alexander fugientes & recusantes Magistratum traxit ad officia & dignitates, dicens: *Inuitos non ambientes in Rempub. collocandos.* Notarium falsa in consilio Imperatorio referentem incisis digitorum neruis, vt nunquam scribere posset, deportauit. Vxori suæ conquerenti, quòd nimia comitate potestatem suam redderet contemptibiliorem, respondit: sed securiorem atque diuturniorem. Christo templum condere voluit, eumque inter Deos recipere, cuius & imaginem in larario suo habuit. Cumq; Christiani locum quendam qui publicus fuerat, occupassent, & popinarii dicerent, sibi eum deberi: rescripsit, melius esse, vt quomodocunq; illic Deus colatur, quàm locus popinariis dedatur. Vlpianum Iurisconsultum aduersus iram & vim militum, obiecta purpura sua, texit ac defendit. *Hæc Lamprid.* Scribit etiam Herodianus eum gessisse imperium ἀναίματον, id est, incruentum, & neminem occisum esse indemnatum. Multum versatus est cum Athenæo: qui an sit ille, cuius supersunt Dipnosophistæ, adfirmare non possumus.

4196 *VLPIANVS conditor multarum legum, quæ in pandectis continentur, interfectus est à Prætorianis militibus. Euseb. & alii.* 226

Regnum Parthorum desiit, Artabano Rege eorum victo & occiso ab Artaxerxe Rege Persarum anno 548. à morte Alexandri Magni. Agathias lib. 4.

4200 IVBILÆVS MVNDI 84. *Mosis* 34. *Prædicationis* CHRISTI 4. 230
Olymp.252. ab V.C.981.
Historia Romana Dionis Caßii Nicæi desinit hoc anno, quo ipse Dio scribit, se cum Alexandro Imp. secundum Consulatum gessisse. Etsi autem complexus fuerat Dio res Romanas ab V.C. gestas: tamen temporum iniuria libris prioribus amißis, tantùm sunt reliquæ historiæ annorum 300. minus 2. quarum bonam partem in sua Epitome nobis asseruauit Iohannes Xiphilinus Constantinopolitanus, qui vixit circa annum Christi 1080.
ORIGENES Alexandriæ floruit, vbi Clementi Alexandrino præceptori suo in Cathedra Catechetica successerat. Inter cæteros labores etiã ἑξαπλᾶ composuit, id est, S. Bibliorum volumen in sex columnas & linguas seu editiones distinxit: sumptibus eum instruente Ambrosio quodam, homine opulento, quem Origenes hæreseos conuictum in veritatis viam reuocauerat.
4202 ORIGENES relicta Alexandria fit presbyter Cæsareæ Palestinæ. Euseb. 232
4206 *ALEXANDER Imp. à suis militibus obtruncatur vnà cum matre Mammæa, 18 Martii, cùm sine subditorum querela annis 19. imperasset, & vixisset an. 29. m. 3. d. 7. Lamp. Herodia.* 236
MAXIMINI IMPERIVM. Euseb. Capitolin.
Hic primùm fuit opilio in Thraciæ montibus: sed ob corporis proceritatem ac immanem vastitatem ascitus in militiam: & paulatim fortunæ manu ex loco infimo deductus ad culmen imperii. Eum Alexander Imp. ob militare robur dilexit ac euexit, sed in suã perniciẽ ei benefecit, & verè, ꝙ aiunt, aluit in sinu viperam. Nam Maximinus cũ militari tumultu salutatus esset Imperator, mox iussit Alexandrum & matrem eius interfici. Hic Maximinus fuit pestis Reipub. & conatus est

 sibi

nomine appellauit. GORDIANVS quoq; iunior maioris illius ex filia nepos, Cæsar dictus est, ætatis circiter 13. Herodia. Capitol.

Ab hoc anno Pomponius Lætus exorsus descripsit vitas sequentium Impp. vsque ad finem stirpis Heraclii: id est, ad annum Christi 696. Epitome itaq; Læti complexa est annos 458.

4209 *PVPIENVS, MAXIMVS & BALBINVS Romæ à prætorianis militibus interfecti sunt, tempore Agonis Capitolini, teste Herodiano.* 239

IMPERIVM GORDIANI IVnioris, anno superiore Cæsaris appellati. Capitol.

Huius Gordiani est dictum illud: *Miser est Imperator, apud quem vera reticentur.*

Hic desinit historia Herodiani: qui his temporibus vixit.

Hoc ipso anno Censorinus scripsit librum de die natali: qui Chronologiæ studiosis magnam præstat vtilitatem in annorum supputatione. Nam hic annus secundus Olympiadis 254. Censorino est à prima Olympiade annus 1014. incoatus: ab V. C. secundum Varronis supputationem 991. à Iuliana anni Rom. emendatione 283. à nata appellatione Augusti 265. à capta Aegypto sub Augusto Cæsare 268. à Nabonassare 986. incipiens, (completus 985.) à morte Alexandri Magni 562. incipiens (compl. 561.) à primo Agone Capitolino (vide supra 4057.) Agon 39. incipiens: Completus 38: id est, annus 152. Hi numeri Censorini ad nostram supputationem exactissimè quadrant. Accipiantur autem anni Censorini, vt incipientes vel incoati, non vt completi: quia Censorinus ex professo ibi tradit diuersarum Epocharum principia, & exempli loco ex præsentis vel currentis anni sui mensibus variarum ærarum initia dependere ostendit, & annos inde supputare ac deducere docet.

3195	3218	3926	3944	3941
1014	991	283	265	268

4209	4209	4209	4209	4209
3224	3648		4057	
985 compl.	561 compl.		152	

4209 4209 4209

ARRIANVS qui Alexandri Magni historiam descripsit, sub Gordiano vixisse putatur: quia id innuere videtur Iulius Capitolinus in vita Gordiani. Alii eum in Antonini Pii tempora reiiciunt, & Iurisconsultum fuisse perhibent.

4210 *Eclipsis Solis tanta fuit, vt nox esse crederetur, neq; sine luminibus accensis quicquam agi posset. Capitol. Alii ad annum præcedentem referunt.* 240

4213 GORDIANVS *bellum Persicum feliciter gessit consiliis soceri sui Misithei, viri docti & sapientis. Capitol.* 243

4215 GORDIANVS *Imp. occisus à militib. suis mense Martio.* 245

PHILIPPI ARABIS IMPERIVM.

Hic primus inter Impp. fuit Christianus, eumq; narrat Euseb. die Paschatis ab Episcopo non prius ad Cœnam Domini admissum esse, quàm inter alios peccata confitentes in templo staret, & pœnitentiæ signa ederet.

4219 *Annus Romæ conditæ millesimus magno ludorum apparatu celebratus est à Philippo III. Cos.* 249

4220 PHILIPPVS *Imp. interfectus à militibus vnà cum filio, quem consortem Imperii fecerat, cùm imperasset ann. 5. Eutrop. Victor.* 250

DECII IMPERIVM: cui Epipha. Eus. & Cassiodorus tribuunt ann. 1. mens. fermè 3. alii biennium & menses aliquot.

4221 SEPTIMA PERSECVTIO aduersus Christianos à DECIO commota, quæ multos S. homines velut atrox tempestas demersit & absumpsit, inter quos sunt: Fabianus Pontifex Roman. S. LAVRENTIVS, cuius in craticula iacentis fidē 251

inter-

inter medias flammas elucentem graphicè depingit Prudentius: Et Apollonia virgo, quæ excussis dentibus cum vltrò in rogum ardentem insiluisset, cremata est. Item Babylas Episcopus Antiochiæ, & alii.

DIONYSIVS Episcopus Alexandrinus apud Euseb. narrat: Chæremonem Episcopum grandæuũ & ætate propè exacta, vnà cum vxore sua ad mõtem Arabiæ confugientem, nusquam apparuisse, & licet fratres aliquoties eum cum vxore quærerent, tamen neque ipsos neque corpora eorum vspiam reperisse. Vndè quidam coniectarunt, eos viuos in cœlum sublatos esse.

ANTONIVS Monachus nascitur in Aegypto, qui vixit an. 105. Vide N.C. 355.

4222 *DECIVS Imp. cum toto exercitu cæsus est à Gothis, corpusq; eius paludis voragine absorptum inueniri non potuit. Eodem tempore Decii filius periit.* 252

GALLI & VOLVSIANI IMPERIVM: quod durauit an. 2. non plenis. Euse. Eutrop. Sub his Impp. populus Romanus primum exteris & barbaris gentibus tributum annuum pendere cœpit.

4224 *GALLVS & VOLVSIANVS Impp. interfecti.* 254

VALERIANI & GALLIENI IMPERIVM.

Horum Impp. vitam descripsit Trebellius Pollio.

ORIGENES Scriptor Ecclesiasticus ætat. 69. obiit Tyri, vbi & sepultus est. Hieronymus. Natalem eius habes suprà N. C. 186. quem nisi connumeres, non complebis 69. annos. Origenes omnes tàm græcos quàm latinos scriptores operum suorum magnitudine superauit. *D. Hieronymus fatetur sex millia librorum eius se legisse. De eius scriptis olim dictum est: Vbi bene scripsit, nemo melius.* Reliquit post se discipulos plurimos, inter quos fuit GREGORIVS Episcopus Neocæsariensis, qui hoc sæculo floruit.

4228 OCTAVA PERSECVTIO aduersus Christianos sub Valeriano. *Valerianus primis imperii annis, teste Eusebio, mitis ac benignus fuit erga Christianos: sed postea à Mago quodam Aegyptio persuasus, non solùm Christianos crudeliter & acerbè persecutus est: sed etiam Magicis artibus deditus ab illo iniquitatis magistro tenella infantium viscera dissecare, humanasq; hostias mactare didicit.* 258

CYPRIANVS Episcopus Carthaginensis (in cuius scriptis singula propè verba spirant martyrium) capite truncatus Martyrii coronam & gloriam obtinuit; de quo Prudentius hymno 13. Cassiodorus refert Cypriani martyrium ad Valerianum IV. & Gallienum III. Coss. qui nobis in hunc annum cadunt. Cuspinianus ex ignoto scriptore refert Cypriani martyrium ad sequentis anni Consules: Eusebius ad annum Christi 259. De Cypriani conuersione & morte lege orationem Nazianzeni.

Ad hæc tempora pertinet sextus hymnus Prudentii, quo describit Fructuosi Episcopi martyrium, & inter cætera sic canit:

Iussum est Cæsaris ore Gallieni
Quod princeps colit, vt colamus omnes.
Aeternum colo principem, dierum
Factorem, dominumq; Gallieni.

4230 PAVLVS EREMITA primus colere cœpit Eremum: quia Hieronymus vitam eius describens, nominat eum primum, à quo Eremus habitari cœpta sit, idq; accidisse ait eo tempore, quo Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore damnati sint, sub Valeriano persecutore, & quando apud Aegyptum & Thebaidem multas Ecclesias sæua tempestas depopulata sit. 260

4231 *VALERIANVS postquam vnà cum Gallieno filio imperauit septennium; à Sapore Persarum Rege victus & captus (ætat. 77.) apud Parthos miserabili perpetuaq; seruitute* 261

uitute consenuit. Nam Rex equum conscensurus Valeriani ceruice incuruata pro scabello vti solitus est, ita vt Valerianus Regem non manu, sed dorso attollere cogeretur. Qua patris sui calamitate motus, manifestoq; Dei iudicio territus Gallienus, pacem Ecclesiæ reddidit, & edictis diuulgatis persecutionem relaxauit. Eus. & alii.

Sub Gallieno Romanum Imperium inuaserunt diuersis locis atq; temporibus XXX. Tyranni, qui se Imperatores Rom. appellarunt, de quib. Trebell. & alii.

4239 *GALLIENVS Imp. cum fratre apud Mediolanum à militibus Aureoli, qui duxerat Illyricani exercitus, circa 12. Calend. April. occisus est (Trebell. Onuph.) cùm imperasset an. 15. Eus. & alii.* 269

CLAVDII IMPERIVM: quod cœpit circa 12. Calend. April.

4241 *CLAVDIVS Imp. mor. 10. Calend. Martii, circiter. cùm in imperio biennium non integrum compleuisset.* 271

AVRELIANI IMPERIVM.

Fuit princeps Seuerus, truculentus & sanguinarius. Occidit sororis suæ filiam ob causam leuem. disciplinam militarem seuerissimè rexit. Nam militem quendam, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis alligaret, easque subitò dimitteret, vt scissus ille vtrinque penderet. Ad vicarium quoq; suum ita scripsit: Si vis tribunus esse, imò si vis viuere, manus militum contine: nemo aliena rapiat: segetem nemo atterat: annona sua miles contentus sit, & de præda hostis, non de lacrymis prouincialium viuat: stipendium in baltheo, non in popina habeat. De hoc Aureliano scribit Vopiscus, cum à multis neque inter bonos neque inter malos Principes poni, eò quòd ei clementia, prima imperatorum dos, defuerit. Ibidem dicit, eum fuisse principem necessarium magis, quàm bonum.

Hinc orditur CAROLVS SIGONIVS historiam occidentalis imperii, quam 20. libris accuratè cõscriptam deduxit vsq; ad annum Christi 565. & complexus est res annorum 282. Huius autoris longè optimi & doctissimi vestigia deinceps consectabimur: & studiosos hortamur: vt integras historiarum narrationes apud Sigonium inspiciãt.

DIOCLETIANI IMPERIVM: quod durauit an. 20. Euseb.

Hic cum primum Imperator creatus esset, Aprum, necis Numeriani autorem, gladio transfodit spectante exercitu. Fuit Diocletianus, ingenio callido & sagaci, atq; seueritatem & sæuitiam suam, aliena inuidia explere ac tegere conatus est: primusq; adorari voluit vt Deus, cum cæteri ante ipsum Imperatores tantum Consulari salutatione contenti fuissent: ornamenta gemmarum vestibus & calceamentis indidit: hominibus humi proiectis pedes osculandos præbuit: & eò insolentiæ ac insaniæ processit fortunæ blandientis obsequio, vt & hominem, & mortalem se esse oblitus sit. Eutrop. & alii.

4255 ÆRA DIOCLETIANI. 285

Ab hoc anno ordimur Diocletiani æram, quam longo tempore Ethnici & Christiani vsurparunt: cuius sententiæ nostræ has habemus rationes.

I. *Beda annum Christi 532. quo Dionysius paschales circulos scripsit, copulat cum 248. Diocletiani: additis 248. ad 284. prodeunt 532.*

II. *Eusebius annum Antiochenum 351. accommodat ad 19. Diocletiani: ergo primus Diocletiani erit Antiochenus 333. demptis 48. (tot enim annis ara Antiochena antecessit natalem Christi) primus Dioclet. erit 285. Christi.*

III. *Ambrosius epist 83. lib. 10. lunam 14 ponit 14. die Pharmuthi mensis, 5. Id. April. die Dominico: anno Diocletiani 93. id est, Christi 377. Pascha verò à Christianis die*

Domi-

Dominico celebratum esse 21. Pharmuthi: 16 (non 15.) Cal. Maii: quod docent Dionysii tabulæ apud Bedam: ad quas etiam exactè quadrant annotationes Ambrosii de festo Paschatis anno Diocletiani 76. & 89. id est, Christi 360. & 373.

IV. *Epiphanius in Ancorato copulat 90. Diocletiani cum Valentiniani Imp. anno decimo, Gratiani sexto, Coss. Gratiano III. & Equitio: Indictione secunda. Hic est annus Christi 374. in quem incurrunt, indictio secunda, Consulatus Gratiani tertius, & Valentiniani decimus exactus.*

V. *Euagrius lib. 3. cap. 29. scribit Zenonem Imp. mortuum anno Diocletiani 207. id est, Christi 491. Et Anastasium, Zenonis successorem, obiisse anno Antiocheno 566: id est, Christi 518. cùm imperasset annos 27. mens. 3. dies 3. Quos si addas ad 491. Christi, recidet obitus Anastasii in 518. Christi & in Antioch. 566.*

VI. *Socrates lib. 1. cap. 2. principium imperii Constantini Magni connectit Olympiadi 271. ineunti: is est Eusebio annus quartus persecutionis Christianorum, orta primùm anno 19. Diocletiani. Digestis annis secundum Olympiadas, primus Diocletiani erit annus 4. Olymp. 265. id est, Christi 285.*

VII. *Hermannus Contractus eo anno, quo Numerianus & Carinus interierunt, hæc verba habet: Huc vsque, inquit, ab incarnatione Domini supputantur secundum Dionysium anni 284. Idem annum sequentem (285.) facit Diocletiani primum, & addit, Græcos inde paschales circulos decennouales incoasse. His igitur adducti rationibus æram Diocletiani ad annum Christi 285. adfiximus. Diocletianus quidem anno 284. imperium adiit Carino superstite: Sed an initium supputationis annorum Diocletiani referendum sit ad Calendas Ianuarias, in quas semetipsum secundum Consulem Diocletianus designauerat, & vnde Romani annum suum auspicabantur, non adfirmamus: sed illud diiudicationi ac determinationi aliorum relinquimus. Consentaneum sanè est vsita-*

vsitatam Romani anni consuetudinem obseruatam esse à Diocletiano, qui etiam Aegyptiis à se victis eandem anni Rom. rationem obtrusisse scribitur: sed tamen tabulæ Alphonsinæ ordiuntur epocham Diocletiani à die 28. Augusti anno Christi 284.

4256 *Olymp. 266.* 286

MAXIMIANVS, dictus Herculius, homo truculentus ac sæuus, & Christianorum carnifex, à Diocletiano appellatur Augustus, & in regni consortium adsumitur. Euseb.

Ad hoc tempus quidam referunt Martyrium S. MAVRICII, qui fuit dux legionis Thebanæ: quæ cùm Christiana esset, & ab idolorum cultu atque sacrificiis abhorreret ac abstineret, iussu Maximiniani, primum decimata, postea vnà cum suo duce Mauricio tota concisa est. Frising. lib. 3. c. 45.

Hoc anno Mundi completur octauus CYCLVS MAGNVS annorum 532. quia octies 532. sunt 4256. estq; à morte Romuli annus 1000.

4261 CONSTANTIVS CHLORVS & GALERIVS MAXIMIANVS creantur Cæsares. Constantius imperauit an. 15. Galerius 21. Onuph. 291

4264 *Olymp. 268.* 294

Alexandria Aegypti, quæ à Romanis defecerat, capta est à Diocletiano, mense octauo obsidionis. Crudeliter sæuitum est in ciues: vrbs direpta & muri diruti: multi per totam Aegyptum exiliis ac proscriptionibus adflictati: autores defectionis ac perduellionis capitali supplicio adfecti. Euseb. à victoria Actiaca Augusti an. 324. à captiuitate Babylonica Iudæorum 900.

4270 *Hoc sæculo vixerunt historiographi, ÆLIVS SPARTIANVS, IVLIVS CAPITOLINVS, ÆLIVS LAMPRIDIVS, VULCATIVS GALLICANVS, FLAVIVS VOPISCVS, & TREBELLIVS POLLIO.* 300

4272 *Olymp. 270.* 302

Hic

Hic finiuntur septem priores libri historiæ Ecclesiasticæ EVSEBII, quibus, vt ipse ait, complexus est res ante ipsius fermè sæculum gestas. Deinceps tribus libris posterioribus, octauo, nono, ac decimo exponit res sua ætate gestas, spacio annorum 22. vsque ad Synodi Nicenæ tempus.

DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS Romæ splendidißimum egerunt triumphum, antecedentibus currum eorum Narsei Regis Persarum, coniuge, sororibus, & liberis. Euseb.

4273 DECIMA PERSECVTIO aduersus Christianos à Diocletiano concitata, quæ fuit superiorib. omnibus & diuturnior, vtpote decennalis, & crudelior atq; immanior. Nam vt refert Eusebius, anno 19. Diocletiani, Antiochenorum anno 351. mense Martio, instante dominicæ passionis festo, passim publicata sunt Impp. edicta, quibus præcipiebatur, vt templa atq; oratoria Christianorũ euerterentur, soloq; æquarentur: libri Bibliorum sacrorum cremarentur: & qui magistratus, officii, aut dignitatis alicuius honorem fuissent adepti, de gradu turpiter deponerentur: priuati verò, si in professione Christianæ religionis perstarent, libertate priuarentur. Non multò pòst alio edicto mandatum est, vt Ecclesiarum præsides atque ministri in vincula traderentur, & omnib. machinis tormentisq; adhibitis ad sacrificandum idolis adigerentur. Cateruatim igitur Episcopi ad idolorum templa, eorumq; sacrificia, raptati & verberibus grauiter cæsi, præclara pietatis, constantiæ, fidei ac tolerantiæ Christianæ exempla atque spectacula omnium oculis subiecerunt. Rursus etiam plurimi præ formidine animis perculsi & attoniti, ad primum impetum in ipsos factum, prorsus succubuerunt. 303

Nicomediæ verò, ciuis quidam nobilis, cùm audisset edictum contra Ecclesias publicè esse proposi-

tum,

tum, literas Imperatorum in aperto & publico loco adfixas, tanquam impias, manu auellens frustulatim discerpsit: ideoq; ad duos Imperatores, qui tum in vrbe illa aderant, deductus, primus omnium martyrii corona eximiè nobilitatus est, cum cruciatus vniuersos tum constanti & virili animo, tum pacato & tranquillo superasset. *Euseb.* Postremò edicta Impp. de tollendis Christianis ita exasperata sunt, vt vno mense ferantur occisa 17000. Martyrum, exceptis exulibus. Ex eo igitur tempore sancti homines, quotquot à simulacrorum cultu se remouebant, cœperunt in exilium pelli, bonis mulctari, membris ignominiose mutilari, exquisitissimis tormentis subiici, ad necem vsq; excarnificari, ferarum laniatibus obiici, & nullo non mortis ac suppliciorum genere adfici. Vnde apud Eusebium & alios tot extant Catalogi Martyrum, quorum illo tempore numerus iniri non potuit, & cuius rei atrocitas omnē scriptorum eloquentiam superauit. Qua de re ita loquitur Sulpitius: *Hac tempestate, inquit, omnis ferè sacro Martyrum cruore orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur, multoq; auidius tum Martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc Episcopatus prauis ambitionib. appetuntur. Nullis vnquā bellis mundus magis exhaustus est: neq; maiore vnquam triumpho vicimus: quam cùm decem annorum stragibus vinci non potuimus.*

Distat hæc Christianorum clades ac laniena à persecutione Iudæorum sub Antiochio Epiphane annis 470: à morte Christi 270.

4274 Anno secundo persecutionis Diocletianus & Maximianus Nicomediæ purpurā & imperiū deposuerunt, & Reip. tuēdæ statione Constantio & Galerio mandarunt, qui antea Cæsares, nunc Augusti adpellati sunt. Hi duo Romanū orbē inter se diuisere. Constantius, Cōstantini Magni pater, imperauit an. 2. Galerius 7. 304

Qui-

Quibus autem de causis Diocletianus imperium deposuerit, alii aliud sentiunt. Sunt qui id factum scribant, quodam mentis stupore & consternatione, quòd Christi nomen se deleturum, vti cupiuerat, desperasset, postquam singularem Christianorum in morte constantiam perspexisset.

Maximianus & Galerius Diocletianum ad recipiendum imperium postea cohortati sunt: sed ille respondit: *Vtinam Salonæ (ibi tum degebat Diocletianus) possetis visere olera nostris manibus consita, profectò nunquam id tentandum iudicaretis. Victor.* Vopiscus in Aureliani vita refert, Diocletianum iam priuatum, dixisse: *Nihil est difficilius, quàm bene imperare. Nam quatuor vel quinq; viri se colligunt, atque vnum consilium capiunt ad Imperatorem decipiendum, dicunt quid probandum sit: Imperator qui domi clausus est, Vera non nouit: cogitur hoc tantùm scire quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportebat: amouet à Repub. quos retinere debebat. Quid multa? Bonus, cautus & optimus venditur Imperator.* Hæc ille.

Post hanc imperii abdicationem, Diocletianus vixit annis fermè 9. Maximianus verò quadriennio pòst iussu Constantini strangulatus est.

GALERIVS cœptam Christianorum persecutionem in omnibus suis prouinciis crudeliter exercere pertexit, quod Prudentii hymnus 10. de Romano Antiocheno docet. CONSTANTIVS autem Christianos, qui sub ipso vitam degebant, egregiè tutatus est, eosq; à damno & contumelia immunes conseruauit, cuius postea pietatis æmulus ac hæres filius eius Constantinus fuit. *Eutropius de Constantio ait, fuisse eum virum egregium, qui magis studuerit augendis, cumulandisque priuatorum ac prouincialium opibus, quàm fisci commodis: eumque dicere solitum*: Melius publicas opes à priuatis teneri, quàm intra vnum claustrum conseruari & custodiri.

De hôc quoq; illud narrat Eusebius, Diocletianum ei per legatos paupertatem exprobasse, ipsumq; Constantium cõfestim conuocasse locupletiores ditionis suæ ciues, quibus inopiâ suâ causam exposuerit, quòd maluisset subditorum beneuolentiam, benignitate sua collectam & conciliatam, quàm eorum thesauros, imperio seueriore extortos, possidere: Nunc verò sibi opus esse ipsorum studio, gratitudine, opibus & fide. Hic illi, sine cunctatione, latis animis, hilariq; vultu ærarium eius auro & argento totum compleuerant, & amore erga Imp. clementissimum mirificè, magnoq; ardore inter se certauerant.

Constantius itaq; cùm Legatis opes suas ostentasset, Diocletiano renunciari iusserat, quid vidissent, & qua ratione tantus thesaurus, tamq; subitò collectus esset: subinditans, principis ærarium tutissimum esse subditorum animos beneuolos, & Regi nunquam defuturos populi sui thesauros, modò ei studium, amor, & fides illorum non desit. Imperator autem benignissimus post legatorum discessum pecunias allatas ciuibus suis restituit, obsequio eorum multis verbis humanissimè collaudato.

Ille ipse CONSTANTIVS exploraturus aulicorum suorum in fide Christiana constantiam, simulauit, se illis facere potestatem idolis impunè sacrificandi, idq; ni faciant, aula sua ipsos exulaturos. Cùm verò multi inter illos metu amittendæ dignitatis & honorum, Deum potius desertuiri, quàm Imperatorem offensuri deprehenderentur, Constantius patefacto commento, quod celauerat, illos Dei desertores grauiter obiurgatos, tanquam seruitio suo indignos, aula excedere iussit, addens hanc vocem. *Quomodo fidem Imperatori præstabunt inuiolatam, qui Deo sunt perfidi?* Cæteros quorum constantiam in fide Christiana perspexerat, honoribus, præmiis, ac beneficiis collatis sibi deuinxit, dictitans, se eos pluris æstimare, quàm æraria thesauris ingentibus referta. Euseb.

4276 *Olymp.271.V.C.1057.* 306
CONSTANTIVS Imperator moritur Eboraci in Britannia,25.Iulii: imperii an 15. ætat. 56. anno primo Olymp.271.Socrat. Niceph.

CONSTANTINI MAGNI IMPERIVM.

CONSTANTINVS MAGNVS (ætat. 35.) salutatur Augustus 25. Iul.

Hic est annus 350. à Iuliana emendatione anni: à nato Alexandro Magno 660. eius regno 640. eius Monarchia 635. à captiuitate Babylonica & desolato templo Salomonis 910.

Hoc anno Romanum imperium inter quatuor principes diuisum est: quorum vnus CONSTANTINVS Christianis fauit, eosq; fouit: tres reliqui, GALERIVS, MAXIMINVS, & MAXENTIVS, eos persecuti sunt.

GALERIVS præter SEVERVM, designauit Cæsarem sororis suæ filium MAXIMINVM, acerrimum Christianorum persecutorem. CONSTANTIVS moriturus sibi surrogauit filium CONSTANTINVM. Romæ verò MAXENTIVS Maximiani Herculii filius, tumultu militari Augustus appellatus, inuasit imperium circa 7. Cal. Octob. & imperauit sexennio, nullum impietatis, intemperantiæ, atq; impudentiæ facinus prætermittens. Hic vt populi fauorem obtineret, in ingressu imperii simulauit se Christianam religionem amplecti, ideoq; persecutionem aduersus Christianos inhibuit. Verũ postea alium se præstitit. Euse.

SOCRATES historicus ab hoc anno exorditur historiam suam Ecclesiasticam, annorum 134. quæ extenditur in annum Christi 439.

4277 PAMPHILVS, Eusebii necessarius & amicus coniũctissimus, martyrii corona donatur anno quinto persecutionis. Eus. 307

4278 *MAXIMIANVS HERCVLIVS, cùm imperium quod* 308
inui

inuitus deposuerat, recipere conatus esset, eaq; ob causam Constantino, genero suo, insidias struxisset, Fausta Maximiani filia, & Constantini coniunx, dolum detexit, & maritum aduersus parentis iniurias tutata est. Constantinus igitur Maximianum captum Massiliæ strangulari iussit. Huius Tyranni asperitatem tum Christiani experti, tum ethnici detestati & execrati fuerant. Euseb.

4279 S. QVIRINVS Episcopus, manuali mola ad collum ligata, è ponte præcipitatus in flumen, diutissimè supernatauit, & cum spectatoribus collocutus, ne suo supplicio à religione Christiana deterrerentur, orauit DEVM vt mergeretur, idq; vix obtinuit. *Euseb.* De hoc vide pulcherrimum Prudentii hymnum, cuius initium est: *Insignem meritis virum, &c.* 309

4280 Post octauum annum persecutio nonnihil remittere cœpit. Euseb. 310

LICINIVS à Galerio appellatur Augustus: qui cum Constantino imperauit annis fermè 14. Victor.

4281 *Hoc anno GALERIVM IMP. fœdissimus inuasit morbus, orto circa genitalia vlcere, quod vermibus scatere cœpit. Agnoscens itaq; Galerius manum Dei, ob iniustas Christianorum neces ipsum punientis, edictum diuulgauit, vt Christianis parceretur, & templa atq; oratoria redderentur, simul petens, vt Christiani pro Imperatoris salute preces & vota facerent. Paulò post morbo illo consumptus periit. Formula edicti extat apud Euseb. lib. 8. cap. vlt.* 311

Deinceps hi quatuor tenuerunt Rempub. CONSTANTINVS, MAXENTIVS, LICINIVS, & MAXIMINVS. Eutrop. Victor.

PETRVS Alexandriæ Episcopus capite amputato, factus Martyr anno 9. persecutionis. Eus.

4282 Cùm MAXENTIVS Romanos imperio tyrannico duriter premeret, vxores ciuium raperet, multosque iniustè interimeret: CONSTANTINVS de tyranno tollendo cogitans, animo secum expendit, 312

quemnam sibi DEVM ad eam pugnam auxiliatorem deligeret ac inuocaret. In hac deliberatione & cura versanti, contigit ostentum admirabile, quod ipse postea, addito iureiurando, aliis recitare consueuerat. Etenim die quadam post meridiem, declinante iam Sole, vidit columnam lucidam crucis specie in cœlo fulgentem, cum hac inscriptione: IN HOC VINCE. Per somnum etiam Christus ei apparens iussit, vt crucis signo pro vexillo in præliis vteretur. Quòd cum Constantinus fieri ita curasset, inito cum hoste conflictu, copias illius aliquot præliis fudit: ipso etiam Maxentio Romæ apud pontem Miluium in flumine submerso, præclaram obtinuit victoriam, & Italia omni atq; Africa potitus est, anno imperii sui septimo. Hac victoria in vrbe nunciata, ac p̄sertim Maxentii capite, quod hasta suffixum erat, vt habet Zosimus, allato & circumgestato, tota vrbs lætissimis populi vocibus atque clamoribus repleta fuit. Senatores ex vinculis educti & ad Constantinum vrbe egressi, liberatori suo humi strati egerunt gratias, eiusq; patrocinio tum se, tum vrbem commendarunt. Constantinus victor vrbem ingrediens mirifico totius populi applausu exceptus est. Atq; vt tam admirandæ victoriæ gloriam, non in se, sed in CHRISTVM autorem referret, trophæi loco erigi in media vrbe iussit statuam suam, quæ manu dextra crucis CHRISTI signum teneret, eiusq; salutarem virtutem omnibus ostentaret ac promulgaret, addita insuper hac inscriptione: *Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio, ciuitatem iugo seruitutis liberaui, & Senatum populumque Romanum in libertatem vindicaui, ac pristinæ dignitati splendoriq; restitui.* Senatus etiam arcum ei, qui adhuc visitur, cum hoc elogio dedicauit: *Imp. Cæsari Fl. Constantino S. P. Q. Romanus, quòd instinctu diuinitatis, mentis magnitudine,*

dine, exercitu suo, tàm de tyranno, quàm de omni eius factione vno tempore iussu Rempub. vltus est armis, Arcum triumphis insignem dicauit, liberatori vrbis, fundatori quietis. Euse. Socrat. Sozom. & alii. Populis omnibus ad Romanum imperium pertinentibus libertatem permisit, quam quisque vellet religionem sequendi & colendi: Christianis etiam templa & conuentus habere concessit: & Ecclesiis Dei subsidia opulenta suppeditauit, oratoria erexit, &c. Sigon.

Ab hac victoria omnium clarissima, quæ incidit in 24. Septemb. & qua demum finitis totius decennii persecutionibus, optatissima pax & quies Ecclesiis est reddita, numeratas esse à veteribus INDICTIONES ex fastis Græcis demonstrat Onuphrius. Complectitur autem Indictio spacium 15. annorum: sed horum initium à die 24. Septemb. sumendum est. Beda indictiones deducit ab anno 4. ante Natum Christum. Witich.

De Roma ad CHRISTVM hoc anno conuersa legant studiosi Prudentium lib. 1. aduersus Symmachum, à versu qui incipit:

Cùm princeps gemini bis victor cæde tyranni, &c.

Estque hic annus ab V. C. 1063.

4283 *MAXIMINVS Orientis tyrannus, & Christianorum hostis infensissimus, in apparatu belli aduersus Licinium, Tarsi, acerbissimis corporis cruciatibus repentè correptus, & atroci liquescentium membrorum ardore consumptus, eo propemodum morbi mortisq; genere, quo Galerius, periit: cùm quadriennio Cæsar, triennio Augustus, imperasset. Victor. Euseb.* 313

MAXIMINO è viuis sublato, Christianis templa & oratoria passim vel restituta, vel instaurata, vel ex fundamentis noua erecta sunt. Eusebius l. 10. c. 3. ENCÆNIA siue consecrationes Oratoriorum à Christianis ingenti lætitia celebratas, eleganter describit his verbis: *Celebre spectaculum, inquit, & nobi-*

nobis omnibus optabile ac desideratum ante oculos proponebatur, dedicationum scilicet festiuitates per vrbes singulas, templorum nuper exædificatorum consecrationes, frequentes Episcoporum in vnum conuentus, peregrinorum longè ab exteris regionibus accedentium concursus, mutua populi in populum beneuolentia, propterea quòd membra corporis Christi in vnam quasi harmoniæ & concentus conspirationem coibant. Vna erat sacri spiritus virtus & potentia, quæ per vniuersa Ecclesiæ membra permeauit: Vna omnium mens & sententia: vna & consentiens ex omnium ore laus diuinitatis: accurata sacrorum mysteriorum administratio: decori Ecclesiæ ritus, Psalmorum cantu & hymnorum diuinitus nobis traditorum recitationib. celebrati. Cuiusq; item ætatis genus, cuiusq; sexus multitudo, vt maris & fœminæ, totis cogitationis viribus, læta mente, alacri animo per preces & gratiarum actiones, Deum omnium bonorum autorem venerati sunt. Singuli etiam Ecclesiarum præsides, singulas orationes panegyricas habuerunt, & vt cuiq; dicendi vis & facultas suppetebat, sic quisq; eam celebritatem prædicauit.

Distat hæc Ecclesiæ Dei publica lætitia à tempore conditi templi Salomonis, annis 1350. id est, 27. Iubilæis: à morte Christi 280. id est, quater 70. ab exitu Israelitarum ex Aegypto 1830.

Eodem anno DIOCLETIANVS *cum à Constantino & Licinio minaces accepisset literas, & obiurgatus esset, quòd Maxentio & Maximino fauisset, metuens necem ignominiosam, epoto veneno, mortem sibi consciuit, ætat. 68. (alii 73.) cùm post imperii abdicationem annis propè nouem priuatus vixisset, quod tradit Aurelius Victor. Mortuus est igitur vt homo, qui se pro Deo coli & adorari patiebatur.* Frequens & peculiaris hic est magnorum principum morbus, vt se putent esse quiddam homine maius, & propemodum pro numinibus se gerant, donec humana omnia passi, homines se esse dolendo intelligant.

ORO-

OROSIVS hæc tempora considerans, confert inter se Pharaonem & Diocletianum, cæterosq; Christianorum persecutores in hunc modum: Furorem Pharaonis aduersus Israelitas fuisse & ipsi & Aegyptiorum primogenitis exitio: & Diocletianum eiusq; collegas non Ecclesiam Christi extirpasse: sed se, suaq; idola Ethnica perdidisse, ita vt Christiani, exemplo Israelitarum, mirabili modo seruati, nunquam ad Idolorum cultum redierint, sicut nec populus Israel ad seruitutem Aegyptiacam retractus est. Deinde sicut Aegyptiorum preciosa vasa Ebræis sint tradita: ita præcipua Ethnicorum templa in Ecclesias Christianorum cessisse.

4284 LACTANTIVS FIRMIANVS, Præceptor CRISPI Cæsaris, filii Constantini floruit: vir disertissimus, sed adeò pauper, vt plerunq; etiam rebus necessariis indiguerit. Huius Lactantii Præceptor fuit ARNOBIVS Rhetor, qui cum aduersus Christianos quædam scripsisset, resipuit, & ad Christum conuersus est. Euseb. 314

4289 Anno 14. imperii Constantini Licinius Imp. pacto rum oblitus, persecutionem in Christianos molitus est: quem per literas officii monens Constantinus, vt à malitia desisteret, non persuasit. Cedren. 319

ALEXANDER, qui Arium eiecit, ordinatur Episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ. Eus. Huius locum appetiuerat ARIVS Presbyter, qui cum cerneret Alexandrum sibi præferri, impatientia repulsæ & æmulatione inflammatus, hæresin suam ab orco reuocatam propagare cœpit.

4294 *LICINIVS à Constantino tribus prælus victus imperio se abdicauit, & salute per vxorem Constantiam, Constantini sororem, impetrata, Thessalonicæ priuatus vixit: & aliquantò pòst circa sequentis anni initium iussu Constantini, aduersus quem res nouas moliebatur, iugulatus est. Eutrop. Victor. &c.* 324

Extinctis igitur sex hostib. Christianorum, Diocletiano, Maximiano, Galerio, Maxentio, Maximino & Licinio, SOLUS CONSTANTINUS rerum summa potitus (à Iulii Cæsaris Monarchia anno 370.) ad religionem Christianam instaurandam, stabiliendam & amplificandam, omnem curam, studia ac laborem contulit: ideoque pio Imperatori diuina benedictione id accidit, quod paucis contigisse didicimus; nempe, vt tres filios suos Cæsares videret, DEO clementiam atq; beneficentiam eius in Christianos hoc modo remunerante. Verum vt Constantini labore & cura rebus Christianorum optatissima pax allata est: ita Satanæ insidiis & malitia pax illa aurea bello intestino inter Christianos orto vel turbata vel commutata est, cum in locum persecutorum externorum hæretici succederent, &, vt veteres locuti sunt, persecutionem violentam & cruentam fraudulenta exciperet: atq; adeo sacrosanctum Ecclesiæ corpus, non ab hostibus, sed à suis membris non à Diocletiani sæuitia, sed ab Arii rabie, vulnera tristissima acciperet.

Hic desinunt decem libri Ecclesiasticæ historiæ Eusebii, Chronographi diligentiss. & doctissimi: qui à natali Christi exorsus, narrationes suas continuata temporum serie huc vsq; deduxit, cōprehendens an. 324. Reliquarum autem Constantini rerum expositio petatur ex quatuor libris Eusebii, de vita Constantini conscriptis.

INCIPIVNT HISTORIÆ scriptorum Ecclesiasticorum THEODORETI & SOZOMENI: & Historia Tripartita, quam CASSIODORVS ex tribus autoribus, SOCRATE, THEODORETO, & SOZOMENO contexuisse, inque vnum corpus composuisse dicitur.

SYNODVS NICENA, Oecumenica prima, 318. 325
4295 Episcoporum, die 20. Maii congregatur aduersus

ſus ARIVM, negantem æternam Domini noſtri IESV CHRISTI diuinitatem: in qua & SYMBOLVM NICENVM eſt conditum: Paulino & Iuliano Coſſ. anno 20. Conſtantini paulò pòſt ineunte. Nam peracta Synodo celebrata ſunt vicennalia imperii eius: & ſequenti anno Romæ, anno 20. imperii exeunte. Euſ. Socrat. Sozom.

In Cod. lib. 1. tit. 2. extat conſtitutio Conſtantini data 10. Cal. Iun. Niceæ, his Coſſ. Et Niceph. rectè huic Synodo adſcribit Indictionem 13. Huic etiam Synodo in vulgatis codicibus adſcriptus eſt cuiuſdam æræ numerus 363. à quo ſi ſubtrahas 38. proſiliet annus nati Chriſti 325. Nam æram illam in Conciliorum inſcriptionib. vſitatiſſimam, ab anno 38. ante natum Chriſtum (id eſt, ab anno Mundi 3933. incluſiue) incoandam eſſe, multis exemplis alibi docebimus.

Quòd autem Socrates à morte Alexandri anno 636. hanc Synodum conuocatam ſcribit, ſciendum eſt, eum hic ſupputare annos Græcorum, quos orditur cum Euſebio, non ab ipſa morte Alexandri, ſed à 12. anno poſt eius exceſſum. Nobis annus M. 3660. eſt ab Alexandri obitu duodecimus: à quo (incluſo) ſi ordiare ſupputationem, congruēt numeri. Verum nos Græcorum annos ſupputamus, non ab anno mortis Alexandri duodecimo, ſed decimo tertio propè cōpleto: ideo nobis biennium decedit, & pro 636. prodeunt 634.

3659	3661	3932
636	634	363
4295	4295	4295

Interfuerunt huic Synodo multi ex omnib. partibus orbis terrarum viri docti, ſancti, & ſuperiore perſecutione aliqua corporis parte mutilati ac debilitati: inter quos eminebant, EVSTATHIVS Epiſcopus Antiochenus, ALEXANDER Alexan-

drinus, MACARIVS Hierosolymitanus, PAPHNVTIVS Aegyptius OSIVS Hispanus Cordubensis & alii. Historia Synodi petatur ex Eusebio, Socrate & reliquis scriptoribus. Harum enim tabellarum angustia tantam rerum amplitudinem ac varietatem non capit. Annum saltem exactè annotare voluimus: nam & de illo mirè variant scriptorum sententiæ.

INTERVALLA PRIORVM SEX SYnodorum Oecumenicarum.

A Synodo Nicena ad Constantinopolitanam, an.56.
A Constantinopolitana ad Ephesinam,50.
Ab Ephesina ad Chalcedonensem, 20.
A Chalcedonensi ad Constantinop. secundam, 100.
A Constantinop. II. ad Constantinop. III. 129.

325	381	431	451	551
56	50	20	100	129
381	431	451	551	680

Hoc anno Constantinus filium suum Constantium declarauit Cæsarem, ipsis vicennalib. Nicomediæ celebratis. Sig.

ALEXANDER, Episcopus Alexandriæ Ægypti, vita excessit mense quinto post Nicenam Synodum exacto, vt annotat Theodoretus. Is successorem sibi designauit collegam suum ATHANASIVM presbyterum, absentem. Hic est magnus ille Athanasius, egregiis in Ecclesiam DEI meritis clarissimus, cuius SYMBOLVM Ecclesia CHRISTI hodie magna veneratione amplectitur ac profitetur. Hic Episcopatum Ecclesiæ Alexandrinæ tenuit annis 46. Sed hos consumpsit inter varia certamina & pericula pro veritate suscepta, cũ sese Arianis velut murum pro Synodi Nicenę defensione fortiter opponeret. Dissentiunt Chronographi de initio annorum 46: de quibus consulat Lector Socratem & alios.

Hoc vel sequenti anno Constantinus Imp. Crispum Cæsarem

rem, filium suum, ex Mineruina concubina susceptum, interfici iussit, instigante nouerca Fausta, Constantini coniuge. Victor. Eutrop. Euseb. Sozom. Cedren.

4296 *Olymp. 276. V.C. 1077.* 326

Hic definit Chronologia Euse. quæ à natali Abrahæ huc vsque continet (nostra supputatione) annos 2347: estq; à prima Olympiade hic annus 1100. Apud Eus. anni CHRISTI paulò aliter quàm à nobis digesti sunt. Nam qui nobis est 326. CHRISTI, illi est 329: id quo errore factum sit, facilè demõstrari ex tabulis Eusebianis potest, vbi anni nunc omissi, nunc transpositi, aut non rectè inter se coaptati sunt: numeri etiam, librariorum fortè incuria aut inscitia, ita corrupti ac deprauati, vt annos CHRISTI 310. & 311. transilierint: ne de infinitis propè mendis aliis dicamus.

Deinceps D. Hieronymus continuauit Eusebianam Chronologiam, complexus ea appendice annos *52*: vsq; ad annum Christi *378*. qui tamen ipsi est *381*: idq; ob Eusebianum illum, de quo diximus, errorem.

HELENA Constantini mater, diuinis monita visionibus, crucem Domini nostri IESV CHRISTI vnà cum clauis ac titulo crucis, Hierosolymis reperit: sepulchrum quoq; Domini, ꝙ impii Christianorum odio, sordium ac pulueris aggerib. oppleuerant atq; obtexerant, Venerisq; templo ibidem extructo profanauerant, repurgari ac instaurari curauit. Eus. lib. 3. de vita Constan. & alii. Ecclesia festum inuentæ crucis celebrat 3. Maii.

CONSTANTINVS Romam de Licinio tyranno triũphans iniuit: ibiq; Vicennalia, vt antea Nicomediæ, celebrauit. Quæ dum aguntur, nuncius de sepulchro & cruce CHRISTI inuenta accessit, qui & ipsum, & Pontificem Syluestrum, & vniuersum piorum populum ingenti lætitia extulit. Constantinus itaque Hierosolymis templum splendidissimum extrui

extrui iussit: qua de re apud Euseb. extant Imperatoris literæ ad Macarium eius vrbis Episcopum. Dum templum hoc ad Caluariam conditur, Helena honesto filii exemplo atq; imitatione permota, duo alia fana, filio pecuniam subministrante, extruere adorta est: vnum in Bethlehem, alterum in monte oliuarum, vt non solum mortis, sed etiam natiuitatis & ascensionis dominicæ loca monumentis ad accendendam religionem illustribus insignirentur. *Sigon.*

4297 HELENA Romam reuersa crucis dominicæ portionem & titulum, Basilicæ in Palatio Sessoriano à se conditæ, intulit. Constantinus ex tribus clauis vno galeam, altero frenũ equi ornauit. *Sigon.* 327

HELENA cùm audiuisset, Crispum Cæsarem, instigatione Faustæ nouercæ, occisum esse, obiurgato ob eam rem filio Constantino, effecit, vt Fausta balneo ardenti inclusa, nimio æstu necaretur. Victor. Hieron.

Circa hunc annum obiit HELENA AVGVSTA, testamento præsente filio ac nepotibus condito, 20. Iulii: ætatis 80. Euseb. lib. 3. de vita Constan.

4300 IVBILÆVS MVNDI 86. *Mosis 36. prædicationis Christi 6.* 330

Olympias 277. V. C. 1081.

CONSTANTINOPOLIS CONDITA.

Antiqua & nobilis vrbs Thraciæ, Byzantium, à Constantino instauratur, dilatatur, muris cingitur, & ædificiis exornatur.

Iuuencus Hispanus, qui Euangelia heroicis versibus explicauit, hoc tempore claruit. Hieron.

4301 CONSTANTINOPOLIS, *à conditore Constantino denominata, die vndecimo Maii solennib. Ceremoniis dedicata est, vt esset orientalis imperii sedes, ideoq; noua Roma dicta. Alii hanc vrbis consecrationem ad annum superiorem, alii ad sequentem referunt. Nos, præter Hieronym. sequimur Marcellin. Comitem, cui annus* 331

Chri-

Christi 527. est à condita Constantinopoli 197: vnde elicitur hunc esse primum vrbis illius annum. Hinc ad captam à Turcis Constantinopolim 1122. Estq; hic Romæ condita annus 1082.

4302 Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt. Hieron. Est annus 30. à subuersis templis Christianorum sub Diocletiano. 332

4305 Martyrion, siue templum Hierosolymis à Constantino conditum, consecratur. Eodem anno Tyri fuit Synodus Episcoporũ (alii anno sequenti ponunt) Socrat. c. 28. 33. Theod. 1. c. 31. Eus. l. 4. 335

4306 Plurimum variant autorum annotationes de anno interitus Arii: Sed Socrates lib. 1. ca. 37. & 39. non obscurè indicat, interitum Arii antecessisse Constantini excessum vnius anni spacio. Sic etiam Sozomenus lib. 2. c. 29. Sed vt vt annum non exactè definiamus, tamen historiam recitabimus. Cùm Arius Constantinopoli in Ecclesiæ communionem recipiendus esset, Alexander eius vrbis Episcopus, tota nocte in templo prostratus orauit DEVM, vt Ecclesiam præsenti periculo liberaret, & de Ario blasphemiarum pœnas reposceret. Postridie ARIVS magna suorum caterua in templum deductus, inter eundum corripitur horribilibus ventris torminibus, laxataq; aluo petit latrinam, in qua sedens vnà cum excrementis effudit iecur, intestina, impuramq; animam, sortitus fœdum, suaq; impietate dignum exitum. 336

Constantius Athanasium Treuiris exulare iussit. Socrat. Theod.

4307 CONSTANTINVS MAGNVS Imperator victoriosissimus, & in opprimendis tyrannis felicissimus, accepto paulo antè sacro baptismate, Nicomediæ inter pias preces expirauit, festo Pentecostes, 22. Maii, ætatis 64 (alii 65.) imperii 31. Sepultus Constantinopoli in templo à se condito, & B. Apostolorum memoriæ consecrato. Euse. in vita eius Socrat. &c. 337

Obi-

Digitized by Google

tiam ſub Iuliano deſeruit, dictitans, ſe militaturum Deo. De hinc Hilario Epiſcopo familiariter vti cœpit. Vitam eius deſcripſit Sulpitius.

CONSTANTIVS Imp. Romam triumphans ingreditur, & vrbis maieſtatem ac nobilitatem admiratur. Deriſus tamen, cùm triumphales arcus aureo ſuo curru tranſgreſſus, more anſeris ceruicem inclinaret, cùm alioqui ſtatura eſſet puſilla. Hormiſda Regi aſtans, interrogatus: Ecquid de Roma ſentiret: id ſibi tantùm placuiſſe aiebat, quòd didiciſſet, ibi quoq; homines mori. Ammia. Hic Conſtantius nunquam expuiſſe ſcribitur. Idem.

Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus, D. Hieron. præceptor, Romæ clari habentur.

Hali filius Abenragel Arabs. inſignis Mathematicus naſcitur die 12. Febr. hora 10. ante merid. Eber.

4329 SYNODVS ARIMINENSIS & SELEVCIENSIS congregantur. Legatis Concilii Ariminenſis tradidit Conſtantius FIDEI FORMVLAM verbis fallentibus inuolutam, quæ Catholicam doctrinam, perfidia latente loqueretur. Nam οὐσίας vocabulum tanquam ambiguum, & temere a Patribus vſurpatum, neque ex autoritate ſcripturæ profectum, abolebat, ne vnius cum Patre ſubſtātiæ Filius crederetur. Eadem formula obtruſa eſt ſacerdotibus Occidentalib. Arimini collectis. & Orientalibus apud Seleuciam. His tam frequentibus Synodis & Antiſynodis nihil actum, niſi vt paucis in fide vera manentibus, alii metu fracti, alii exemplis tracti, cùm autoritatem ex numero ſeu multitudine ſumpſiſſent, FORMVLÆ ARIANÆ ſubſcriberent. Addit Sulpitius, quoſdam cū conditione ſubſcripſiſſe, affirmantib. Arianis, ſi quid minus plenè præſenti confeſſione editum videretur, noſtri adderent quæ addenda putarent: præbituros ſe, in his quæ eſſent adiecta, conſenſum. Fauorabilis profeſſio pronis omnium animis excepta, nec vltrà noſtri repugnari auſi, iam 359

Extinctis igitur sex hostib. Christianorum, Diocletiano, Maximiano, Galerio, Maxentio, Maximino & Licinio, SOLVS CONSTANTINVS rerum summa potitus (à Iulii Cæsaris Monarchia anno 370.) ad religionem Christianam instaurandam, stabiliendam & amplificandam, omnem curam, studia ac laborem contulit: ideoque pio Imperatori diuina benedictione id accidit, quod paucis contigisse didicimus; nempe, vt tres filios suos Cæsares videret, DEO clementiam atq; beneficentiam eius in Christianos hoc modo remunerante. Verum vt Constantini labore & cura rebus Christianorum optatissima pax allata est; ita Satanæ insidiis & malitia pax illa aurea bello intestino inter Christianos orto vel turbata vel commutata est, cum in locum persecutorum externorum hæretici succederent, &, vt veteres locuti sunt, persecutionem violentam & cruentam fraudulenta exciperet: atq; adeo sacrosanctum Ecclesiæ corpus, non ab hostibus, sed à suis membris, non à Diocletiani sæuitia, sed ab Arii rabie, vulnera tristissima acciperet.

Hic desinunt decem libri Ecclesiasticæ historiæ Eusebii, Chronographi diligentiss. & doctissimi: qui à natali Christi exorsus, narrationes suas continuata temporum serie huc vsq; deduxit, cōprehendens an. 324. Reliquarum autem Constantini rerum expositio petatur ex quatuor libris Eusebii, de vita Constantini conscriptis.

INCIPIVNT HISTORIÆ scriptorum Ecclesiasticorum THEODORETI & SOZOMENI: & Historia Tripartita, quam CASSIODORVS ex tribus autoribus, SOCRATE, THEODORETO, & SOZOMENO contexuisse, inque vnum corpus composuisse dicitur.

SYNODVS NICENA, Oecumenica prima, 318. 325
4295 Episcoporum, die 20. Maii congregatur aduersus

ſus ARIVM, negantem æternam Domini noſtri IESV CHRISTI diuinitatem: in qua & SYMBOLVM NICÆNVM eſt conditum: Paulino & Iuliano Coſſ. anno 20. Conſtantini paulò pòſt ineunte. Nam peracta Synodo celebrata ſunt vicennalia imperii eius: & ſequenti anno Romæ, anno 20. imperii exeunte. Euſ. Socrat. Sozom.

In Cod. lib. 1. tit. 2. extat conſtitutio Conſtantini data 10. Cal. Iun. Niceæ, his Coſſ. Et Niceph. rectè huic Synodo adſcribit Indictionem 13. Huic etiam Synodo in vulgatis codicibus adſcriptus eſt cuiuſdam æræ numerus 363. à quo ſi ſubtrahas 38. proſiliet annus nati Chriſti 325. Nam æram illam in Conciliorum inſcriptionib. vſitatiſſimam, ab anno 38. ante natum Chriſtum (id eſt, ab anno Mundi 3933. incluſiue) incoandam eſſe, multis exemplis alibi docebimus.

Quòd autem Socrates à morte Alexandri anno 636. hanc Synodum conuocatam ſcribit, ſciendum eſt, eum hic ſupputare annos Græcorum, quos orditur cum Euſebio, non ab ipſa morte Alexandri, ſed à 12. anno poſt eius exceſſum. Nobis annus M. 3660. eſt ab Alexandri obitu duodecimus: à quo (incluſo) ſi ordiare ſupputationem, congruēt numeri. Verum nos Græcorum annos ſupputamus, non ab anno mortis Alexandri duodecimo, ſed decimo tertio propè cōpleto: ideo nobis biennium decedit, & pro 636. prodeunt 634.

3659	3661	3932
636	634	363
4295	4295	4295

Interfuerunt huic Synodo multi ex omnib. partibus orbis terrarum viri docti, ſancti, & ſuperiore perſecutione aliqua corporis parte mutilati ac debilitati: inter quos eminebant, EVSTATHIVS Epiſcopus Antiochenus, ALEXANDER Alexan-

drinus, MACARIVS Hieroſolymitanus, PAPHNVTIVS Aegyptius OSIVS Hiſpanus Cordubenſis & alii. Hiſtoria Synodi petatur ex Euſebio, Socrate & reliquis ſcriptoribus. Harum enim tabellarum anguſtia tantam rerum amplitudinem ac varietatem non capit. Annum ſaltem exactè annotare voluimus: nam & de illo mirè variant ſcriptorum ſententiæ.

INTERVALLA PRIORVM SEX SYnodorum Oecumenicarum.

A Synodo Nicena ad Conſtantinopolitanam, an. 56.
A Conſtantinopolitana ad Epheſinam, 50.
Ab Epheſina ad Chalcedonenſem, 20.
A Chalcedonenſi ad Conſtantinop. ſecundam, 100.
A Conſtantinop. II. ad Conſtantinop. III. 129.

325	381	431	451	551
56	50	20	100	129
381	431	451	551	680

Hoc anno Conſtantinus filium ſuum Conſtantium declarauit Cæſarem, ipſis vicennalib. Nicomediæ celebratis. Sig.

ALEXANDER, Epiſcopus Alexandriæ Ægypti, vita exceſſit menſe quinto poſt Nicenam Synodum exacto; vt annotat Theodoretus. Is ſucceſſorem ſibi deſignauit collegam ſuum ATHANASIVM presbyterum, abſentem. Hic eſt magnus ille Athanaſius, egregiis in Eccleſiam DEI meritis clariſſimus, cuius SYMBOLVM Eccleſia CHRISTI hodie magna veneratione amplectitur ac profitetur. Hic Epiſcopatum Eccleſiæ Alexandrinæ tenuit annis 46. Sed hos conſumpſit inter varia certamina & pericula pro veritate ſuſcepta, cũ ſeſe Arianis velut murum pro Synodi Nicenę defenſione fortiter opponeret. Diſſentiunt Chronographi de initio annorum 46: de quibus conſulat Lector Socratem & alios.

Hoc vel ſequenti anno Conſtantinus Imp. Criſpum Cæſarem

rem, filium suum, ex Mineruina concubina susceptum, interfici iussit, instigante nouerca Fausta, Constantini coniuge. Victor. Eutrop. Euseb. Sozom. Cedren.

4296 *Olymp. 276. V.C. 1077.* 326

Hic desinit Chronologia Euse. quæ à natali Abrahæ huc vsque continet (nostra supputatione) annos 2347: estq; à prima Olympiade hic annus 1100. Apud Eus. anni CHRISTI paulò aliter quàm à nobis digesti sunt. Nam qui nobis est 326. CHRISTI, illi est 329: id quo errore factum sit, facilè demonstrari ex tabulis Eusebianis potest, vbi anni nunc omissi, nunc transpositi, aut non rectè inter se coaptati sunt: numeri etiam, librariorum forte incuria aut inscitia, ita corrupti ac deprauati, vt annos CHRISTI 310. & 311. transilierint: ne de infinitis propè mendis aliis dicamus.

Deinceps D. Hieronymus continuauit Eusebianam Chronologiam, complexus ea appendice annos 52: vsq; ad annum Christi 378. qui tamen ipsi est 381: idq; ob Eusebianum illum, de quo diximus, errorem.

HELENA Constantini mater, diuinis monita visionibus, crucem Domini nostri IESV CHRISTI vnà cum clauis ac titulo crucis, Hierosolymis reperit: sepulchrum quoq; Domini, quod impii Christianorum odio, sordium ac pulueris aggerib. oppleuerant atq; obtexerant, Venerisq; templo ibidem extructo profanauerant, repurgari ac instaurari curauit. Eus. lib. 3. de vita Constan. & alii. Ecclesia festum inuentæ crucis celebrat 3. Maii.

CONSTANTINVS Romam de Licinio tyranno triumphans iniuit: ibiq; Vicennalia, vt antea Nicomediæ, celebrauit. Quæ dum aguntur, nuncius de sepulchro & cruce CHRISTI inuenta accessit, qui & ipsum, & Pontificem Syluestrum, & vniuersum piorum populum ingenti lætitia extulit. Constantinus itaque Hierosolymis templum splendidissimum

extrui

extrui iussit: qua de re apud Euseb. extant Imperatoris literæ ad Macarium eius vrbis Episcopum, Dum templum hoc ad Caluariam conditur, Helena honesto filii exemplo atq; imitatione permota, duo alia fana, filio pecuniam subministrante, extruere adorta est: vnum in Bethlehem, alterum in monte oliuarum, vt non solum mortis, sed etiam natiuitatis & ascensionis dominicæ loca monumentis ad accendendam religionem illustribus insignirentur. *Sigon.*

4297 HELENA Romam reuersa crucis dominicæ portionem & titulum, Basilicæ in Palatio Sessoriano à se conditæ, intulit. Constantinus ex tribus clauis vno galeam, altero frenũ equi ornauit. *Sigon.* 327

HELENA *cùm audiuisset, Crispum Cæsarem, instigatione Faustæ nouercæ, occisum esse, obiurgato ob eam rem filio Constantino, effecit, vt Fausta balneo ardenti inclusa, nimio æstu necaretur. Victor.* Hieron.

Circa hunc annum obiit HELENA AVGVSTA, *testamento præsente filio ac nepotibus condito, 20. Iulii: ætatis 80. Euseb. lib. 3. de vita Constan.*

4300 IVBILÆVS MVNDI 86. *Mosis 36. prædicationis Christi 6.* 330

Olympias 277. V. C. 1081.

CONSTANTINOPOLIS CONDITA.

Antiqua & nobilis vrbs Thraciæ, Byzantium, à Constantino instauratur, dilatatur, muris cingitur, & ædificiis exornatur.

Iuuencus Hispanus, qui Euangelia heroicis versibus explicauit, hoc tempore claruit. Hieron.

4301 CONSTANTINOPOLIS, *à conditore Constantino denominata, die vndecimo Maii solennib. Ceremoniis dedicata est, vt esset orientalis imperii sedes, ideoq; noua Roma dicta. Alii hanc vrbis consecrationem ad annum superiorem, alii ad sequentem referunt. Nos, præter Hieronym. sequimur Marcellin. Comitem, cui annus* 331

Chri-

Christi 527. est à condita Constantinopoli 197: vnde elicitur hunc esse primum vrbis illius annum. Hinc ad captam à Turcis Constantinopolim 1122. Estq; hic Romæ condita annus 1082.

4302 Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt. Hieron. Est annus 30. à subuersis templis Christianorum sub Diocletiano. 332

4305 Martyrion, siue templum Hierosolymis à Constantino conditum, consecratur. Eodem anno Tyri fuit Synodus Episcoporũ (alii anno sequenti ponunt) Socrat. c. 28. 33. Theod. 1. c. 31. Eus. l. 4. 335

4306 Plurimum variant autorum annotationes de anno interitus Arii: Sed Socrates lib. 1. ca. 37. & 39. non obscurè indicat, interitum Arii antecessisse Constantini excessum vnius anni spacio. Sic etiam Sozomenus lib. 2. c. 29. Sed vt vt annum non exactè definiamus, tamen historiam recitabimus. Cùm Arius Constantinopoli in Ecclesiæ communionem recipiendus esset, Alexander eius vrbis Episcopus, tota nocte in templo prostratus orauit DEVM, vt Ecclesiam præsenti periculo liberaret, & de Ario blasphemiarum pœnas reposceret. Postridie ARIVS magna suorum caterua in templum deductus, inter eundum corripitur horribilibus ventris torminibus, laxataq; aluo petit latrinam, in qua sedens vnà cum excrementis effudit iecur, intestina, impuramq; animam, sortitus fœdum, suaq; impietate dignum exitum. 336

Constantius Athanasium Treuiris exulare iussit. Socrat. Theod.

4307 CONSTANTINVS MAGNVS Imperator victoriosissimus, & in opprimendis tyrannis felicissimus, accepto paulo antè sacro baptismate, Nicomediæ inter pias preces expirauit, festo Pentecostes, 22. Maii, ætatis 64 (alii 65.) imperii 31. Sepultus Constantinopoli in templo à se condito, & B. Apostolorum memoriæ consecrato. Euse. in vita eius Socrat. &c. 337

Obi-

Obitus eius Cometæ ortu denunciatus est. Eutrop.

FILIORVM CONSTANTINI IMPERIVM.

CONSTANTINVS successores reliquit tres filios, atque vnum fratris filium Dalmatium: qui tamen non multò pòst oppressus est factione militari, & Constantio patruele suo potius sinente quàm iubente. CONSTANTINVS imperauit an. 3. CONSTANTIVS 25. incoatis (24. plenis) CONSTANS 13.

4308 ATHANASIVS ab exilio Treuirensi redit Aleandriam post annos 2. mens. 4. Theod. 338

4309 Per hæc tempora mortuus est EVSEBIVS Pamphili, Cæsareæ Palestinæ Episcopus & Chronographorum Ecclesiasticorum facilè princeps: cuius indefesso studio, incredibili diligentia, & vix satis æstimandis laboribus posteritati consecrata est bona historiæ Ecclesiasticæ pars, qua hodie fruimur. Vide Socrat. 2. Sozom. 3. 339

Ex hoc tempore Constantius Imp. in Synodi Nicenę decretis tuendis parũ constans, Orthodoxos Episcopos in exiliũ pellere & Arianos fouere cœpit.

4310 *CONSTANTINVS IVNIOR bellum fratri Constanti inferens, prope Aquileiam occisus: & Respub. ad duos Augustos redacta est. Eutrop. Hieron.* 340

4311 ATHANASIVS, post Synodum Antiochenam, iterum Arianorum artibus exactus, Romam ad Iulium Rom. Pontif. profugit. Ariani enim aduersus quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus, fictisque criminibus appetebant, inter quos præcipuè aggressi sunt Athanasium acerrimum concilii Niceni vindicem. Sulp. Socrat. &c. 341

4313 S. NICOLAVS Myræ in Lycia Episcopus, ob beneficentiam in pauperes celebris, floret. 343

4317 SYNODVS SARDICENSIS, par Nicenæ, celebratur, & decreta Nicena confirmantur: Athanasius 347

sius & alii Episcopi extorres, sedibus suis restituũtur: Ariani damnantur. Socr. 2. Tripartit. &c. Hãc Synodum præcipuè rexit & gubernauit Osius Episcopus Cordubensis.

Eclipsis Solis conspecta est: quæ ab aliis ad seq. annum refertur. Vide Gerhar. Mercatorem.

Circa hoc tempus mortuus est Paulus, primus Eremita, centenario maior (alii 113.) Sectari cœperat vitam solitariam natus annos 16. Ergo Eremum incoluisset annis amplius 80. Huius vitam descripsit Hieronymus.

4318 CONSTANTIVS à fratre Constante submonitus, Athanasium & alios exules, quos Sardicense decretum absoluerat, ad suas Ecclesias reuocat. 348

AVREL. PRVDENTIVS, Poeta Christianus, nascitur, vt ipse scribit, Cos. Salia.

4320 *Olymp. 282.* 350

MAGNENTIVS, Constanti Imperatori perfidus & ingratus, arripit imperium: Constans Cæsar interficitur: ætat. 30. estq; annus Romæ conditæ 1100. Compl.

Hac morte imperium Rom. ad vnum CONSTANTIVM deuolutum est, & ARIANIS aperta ianua virus suum latè spargendi, & ORTHODOXOS adflictandi. Nam cum adulationibus CONSTANTIVM, nimis credulum, sibi deuinxissent, perfecerunt, vt Athanasius exulans passim ad necem quæreretur, Ita postquam Christianis princip. diuino beneficio ad summum imperium accitis & euectis, res Ecclesiæ in melius verti debuissent, & Imp. Ethnici nostros persequi desiissent: Satan per ipsos CHRISTIANOS persecutus est CHRISTIANOS, & CONSTANTIVM Imp. peruerso zelo armatum incitauit, vt sub nomine pietatis, viris piis persecutionem moueret. Vide Oros. Eutrop. Socr. Soz. Vict.

4321 *Bellum Constantii aduersus Magnentium oritur: quod antequam Constantius susciperet, Gallũ Consobrinũ suum* 51

(filium.

(*filium fratris Constantini Magni*) *Cæsarem fecit. Socrat.Sozom.&c.*

SYNODVS SIRMIENSIS à Constantio coacta tentauit inter ORTHODOXOS & ARIANOS conciliationem, proposita certa CONCORDIÆ FORMVLA, in qua vox ὁμοούσιος omissa erat. Verum ea ex re maiores dissensiones natæ sunt, cùm vtraque pars ambiguam fidei formulam pro se interpretaretur. Socr.2.Soz.4.

4323 *MAGNENTIVS aliquot præliis à Constantio victus, violentas sibi manus infert 15. Augusti. Socrat.lib.2.* 353

AMMIANI MARCELLINI monumenta, quæ supersunt, hinc initium sumunt, complectentia historiam annorum 26. vsq; ad Valentis Cæsaris interitum.

4324 *GALLVS Cæsar Constantii iussu occisus, cùm an.4. imperasset. Ammian. Socrat. à morte Pompeii* 400. 354

4325 S. ANTONIVS EREMITA obiit, æt.105. Hieron. & Marian. anno 19. Constantii. 355

S. AVGVSTINVS circa hunc annum natus est, si 76. annis vixit, & anno Christi 430. obiit.

LIBERIVS Roman. Pontifex à Constantio relegatur. Ammia. Theod. Sozom.

HILARIVS Pictauorum Episcopus & alii in exilium extruduntur edictis imperatoriis, quòd ARIANI certam sibi de ORTHODOXIS victoriam pollicerentur, si præstantissimi quiq; viri à disputationibus & certaminibus submouerentur. Cæterum exules omnium piorum studiis, opibus ac sumptibus adiuti, subleuati & sustentati sunt. Interim Ariani Synodum Nicenam vnius literæ adiectione corruperant, pro ὁμοούσιον ponẽtes ὁμοιούσιον: id est, quòd filius non esset vnius cum patre substantiæ, sed similis substantiæ. Sulpit.

IVLIANVS, Galli frater, à Constantio declaratur Cæsar, 6. Nouemb. Ammia.

4326 S. MARTINVS Sabariensis per hæc tempora militiam 356

tiam sub Iuliano deseruit, dictitans, se militaturum Deo. De hinc Hilario Episcopo familiariter vti cœpit. Vitam eius descripsit Sulpitius.

CONSTANTIVS Imp. Romam triumphans ingreditur, & vrbis maiestatem ac nobilitatem admiratur. Derisus tamen, cùm triumphales arcus aureo suo curru transgressus, more anseris ceruicem inclinaret, cùm alioqui statura esset pusilla. Hormisda Regi astans, interrogatus: Ecquid de Roma sentiret: id sibi tantùm placuisse aiebat, quòd didicisset, ibi quoq; homines mori. Ammia. Hic Constantius nunquam expuisse scribitur. Idem.

Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus, D. Hieron. præceptor, Romæ clari habentur.

Hali filius Abenragel Arabs. insignis Mathematicus nascitur die 12. Febr. hora 10. ante merid. Eber.

4329 SYNODVS ARIMINENSIS & SELEVCIENSIS congregantur. Legatis Concilii Ariminensis tradidit Constantius FIDEI FORMVLAM verbis fallentibus inuolutam, quæ Catholicam doctrinam, perfidia latente loqueretur. Nam οὐσίας vocabulum tanquam ambiguum, & temere a Patribus vsurpatum, neque ex autoritate scripturæ profectum, abolebat, ne vnius cum Patre substātiæ Filius crederetur. Eadem formula obtrusa est sacerdotibus Occidentalib. Arimini collectis. & Orientalibus apud Seleuciam. His tam frequentibus Synodis & Antisynodis nihil actum, nisi vt paucis in fide vera manentibus, alii metu fracti, alii exemplis tracti, cùm autoritatem ex numero seu multitudine sumpsissent, FORMVLÆ ARIANÆ subscriberent. Addit Sulpitius, quosdam cū conditione subscripsisse, affirmantib. Arianis, si quid minus plenè præsenti confessione editum videretur, nostri adderent quæ addenda putarent: præbituros se, in his quæ essent adiecta, consensum. Fauorabilis professio pronis omnium animis excepta, nec vltrà nostri repugnari ausi, iam 359

quoquo modo finem perturbatis rebus imponere cupientes. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat: quia fides ipsa pro Arianis, adiectæ vero professiones pro nostris erant, &c. Sulpit.

4330 HILARIVS vbi animaduertit, Occidentalib. deceptis, Orientales per scelus vinci, libros aduersus Arianos à se scriptos tradidit Constantio, qui eum ad Pictauos redire iussit. Quàm miseranda verò fuerit hoc tempore Ecclesiæ facies, rerumque omnium perturbatio, ex his Hilarii verbis disci potest: *Post Nicenam Synodum, inquit, nihil aliud quàm fidem scribimus: dum in verbis pugna est: dum de nouitatibus quæstio est: dum de ambiguis, dum de autoribus querela est: dum de studiis certamen est: dum in consensu difficultas est: dumq; alter alteri anathema esse cœpit, propè iam nemo est* CHRISTI. *Proximi anni fides quid immutationis habet? Primum decretum Homousion decernit taceri: sequens rursus Homousion decernit & prædicat: Tertium Vsiam simpliciter à patribus præsumptam, per indulgentiam excusat: Quartum non excusat sed condemnat. Tandem eò processum est: vt neque penes nos, neq; penes quenquam ante nos, sanctum exinde aliquid atq; inuiolabile perseueret. Annuas atq; menstruas de* DEO *fides decernimus, decretis pœnitemus, pœnitentes defendimus, defensos anathemizamus, aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes inuicem, iam absumpti sumus.* Hilarius. 360

Eudoxius homo impius Constantinopolitanam basilicam S. Sophiæ consecrauit, 25. Febr. Socr. 2.

Horrenda Eclipsis Solis conspecta calculo Astronomico cadit in annum Nati Christi 360. d. 4. Mart. an. V. C. IIII. d. 62. à Ian. (VVitich.) Ammia. 20.

GRATIANVS Imp. nascitur. Hieron.

De huius anni Paschate vide Ambros. lib. 10. Epist. 83.

4331 CONSTANTIVS *Imp. dum Iuliano cum infesto exercitu* 361

citu occurrit, moritur 3. Nouembris, (Eber. 5 Nouemb.) æt. 45. Socrat. 2. 3. Ammia.

NAZIANZENVS scribit hunc Imp. in nouissima vitæ hora, tria mala, quæ sibi acciderint, deplorasse: Generi (GALLI) cædem: Apostatæ (IVLIANI) liberationem: & fidei (NICENÆ) innouationem.

IMPERIVM IVLIANI Apostatæ, Constantini Magni generis, & ex fratre nepotis. Ruffin. Socr. Ammia. &c.

Hic initio Christianus fuit: sed ea fide repudiata factus est Ethnicus. Vt tamen omnes ad sui amorem alliceret, Christianæ religioni initio adhærere se finxit, à qua iampridem occultè desciuerat: & vt hæc celarentur, Epiphaniæ festo, templum Christianorum ingressus est, solenniter numine inuocato. *Ammia.* Huius Iuliani prosopographiã, mores, impietatem, apostasiam, versutum atque fraudulentum ingenium, ac mirificum in Christianis persequendis studium & vafriciem, præter Ecclesiasticos historicos, latissimè describunt Nazianzenus, Cyrillus & reliqui patres. Hic suæ persecutioni miscuit persuasionem, teste Nazianzeno, ideoque fuit superiorib. nocentior & perniciosior. & vt idolorum cultus susciperetur, honoribus magis homines prouocare, quàm tormentis cogere studuit, non tam Christianorum corpora occidens, quàm vaferrimis technis ex eorum cordibus Christum euellere tentans. Nazianzenus ait, Iulianum dictum fuisse Idolianum, quòd idolorum templa à Constantino Magno clausa aperuisset, eaque Ethnicis restituisset. Deditus fuit artibus magicis, ac ethnicis diuinationibus ex victimarum extis, &c. Ecclesias spoliauit reditibus, allegans dictum: Beati pauperes, &c.

4332 IVLIANVS legem tulit, ne Christiani Grammati- 362

cam, aliasque artes liberales vel docerent vel discerent. Nam nostris ipsorum, inquit, pennis percellimur, vt est in prouerbio : siquidem nostrorum scriptorum præsidiis muniti, bellum contra nos suscipiunt. Christianos etiam aula sua, militiaq; expulit, inter quos fuerunt Iouinianus, Valentinianus, & Valens, qui post ipsum imperarunt. Theodoret.

Hoc tempore Episcopi multi, à Constantio pulsi, è latebris proreptarunt, & Ecclesias suas recuperarunt.

4333 IVLIANVS odio Christianorum permisit Iudæis templi Salomonis reædificationem, quam cum illi magno animorum ardore aggrederentur, horrendi flammarum globi è fundamentis erumpentes, exustis aliquoties operantibus, locum illum fecere inaccessum. Acciderunt & alia prodigia, quibus Iudæi ab opere cœpto sunt repulsi atque deterriti. Ammia. 23. Socr. 3. Theod. &c. 363

Estque hic annus à condito templo Salomonis 1400. eiusdem desolatione 968. à deletis Hierosolymis sub Tito 292. à morte Christi 330.

IVLIANVS ingenti apparatu bellum Persis intulit, cui expeditioni interfuerunt duo historici scriptores, Eutropius & Ammianus Marcellinus, quod ipsi scribunt. Cumque Iulianus aliquantò incautius prælio se inseruisset, quidam eques hasta brachium eius transfixit, & costas perfodit, vt hasta in imis iecinoris fibris hæreret : quam dum auellere dextra manu conaretur, acuto vtrinq; ferro digitorum neruos sensit excisos. In castra itaq; delatus 6. Cal. Iulii, ann. ætat. 32. imperii 1. mens. 8. interiit, & Ecclesiam vexatam atq; gementem maximo metu liberauit. Moriturus fertur manum sanguine impleuisse, illumq; in aerem proiecisse, & Christum, debellatorem suum, rabiosè allatrasse hoc scommate: Vicisti Galilæe. *Ita simul & victoriam confessus est, & blasphemiam euomuit. Theodoret. lib. 3. Idem scribit, Athanasium prædixisse*

xisse Iuliano breuis temporis imperium. Nam cum multi rabiem eius Ecclesiis metuendam dicerent, respondit: Est nubecula citò transitura. *Libanius verò Sophista, & Iuliani in religione Ethnica præceptor, Ludimagistrum quendam Christianum interrogans per ludibrium: Ecquid faceret fabri filius? hoc responsum tulit:* Parat Iuliano loculum. *Nec multi dies præteriere, cùm fama de Iuliani morte aduolauit, eiusq; cadauer loculo reconditum ad sepulturam allatum est.*

Hieronymus in Abacuc ca. 3. *Dum adhuc essem puer, inquit, & in Grammaticæ ludo exercerer, omnesq; vrbes victimarũ sanguine polluerentur, ac subitò in ipso persecutionis ardore, Iuliani nunciaretur interitus, eleganter vnus de Ethnicis: Quomodo, inquit, Christiani dicunt, Deum suum esse patientem & ἀνεξίκακον? Nihil iracundius, nihil hoc furore præsentius: Ne modico quidem spacio indignationem suam differre potuit. Hoc ille ludens dixerit: Cæterum Ecclesia Christi cum exultatione cantauit: Diuisisti in stupore capita potentium.*

Eleganter quoque Nazianzenus: *Iulianum à Persis vulneratum dicunt, cum inconsideratè excursiones faceret, & nunc huc, nunc illuc perterritus rueret. Vulnus itaq; accepit tempestiuum, totiq; Mundo salutare, & cùm stolidus ille omnia se ex visceribus cognoscere putaret, vnum hoc vulnus propriis viscerib. infligendum ignorauit.*

Hieronymus in Epitaph. Nepotiani: *Iulianus proditor animæ suæ, & Christiani exercitus iugulator, Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarat: dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos.*

Hieronymus, Theodoretus *& alii asserunt, Iulianum in Persas euntem, Galilæorum (ita Christianos adpellabat) sanguinem diis suis vouisse, si victor rediret. Oraculorum enim mendacib. responsis deceptus, somniabat victoriam, post quam Galilæos adoriri cogitabat. Verum, vt Orosius loquitur, Deus impia consilia impii morte dissoluit.*

SOCRATES & THEODORETVS meminerunt

Theodori Martyris, quem Iulianus comprӕhendi, & loris lacerari, lateraque testis acutis perfodi iusserat: quos cruciatus cum ille egregia fortitudine pertulisset ac superasset, dimissum esse Iuliani mandato. Rufinus verò historicus memorat, se cum hoc Theodoro, longo tempore post collocutum esse & rogasse: An non cum verberibus, tormentisque adfligeretur, maximum sensisset dolorem? illum respondisse: Se initio aliquantum doloris sensisse: at postea ei astitisse adolescentulum, qui linteo molli & frigido faciem sudore manantem continenter tergeret, & bono animo esse iuberet. Et cum carnifices ab eo cruciando cessarent, se non voluptatem sed afflictionem ideo sensisse, quòd is qui eius leuasset cruciatum, vnà discesserat.

Hic Iulianus est vltimus Imperatorum Ethnicorum. Cæteri post ipsum Imperatores fuerunt Christiani. Deinceps igitur de Christianorum rebus historias, vtpote domesticas & notiores, abrumpemus aut contrahemus, solas ferè Imperatorum nomenclaturas, vt initiò proposueramus, recensentes.

IOVINIANI IMPERIVM.

Hic cum die 27. Iulii à militibus ad imperium capessendum raperetur, exclamauit: se Christianum esse, nec velle imperare exercitui idola colenti, & Christum repudianti. Ibi illi magno clamore affirmarunt: Se quoque Christianos esse, & Christi nomen venerari. Socr. Soz. Theod.

Hic Imperator verè Catholicus & Orthodoxus Athanasium & alios Episcopos, antea proscriptos & relegatos, in sedes suas reduxit.

4334 IOVINIANVS moritur 17. Febr. ætatis 33. imperii 364
mens. 7. d. 22. *Creditur exanimatus odore cubiculi recenti calce illiti, cum in graui frigore prunas nimium multas adoleri iussisset. Eutrop. Oros.*

Hieronym. in Epitaph. Nepotiani: *Iouinianus gustatis tan-*

tantum imperalibus bonis, fœtore prunarum suffocatus interiit, ostendens omnibus quid sit humana potentia.

Hic desinit EVTROPII *Chronicon, quod continet (vt nos supputamus) tres annorum à Roma condita 1115: secundum Varronem 1116: secundum Eutropium 1119. Finitur etiam hoc loco Chronicon* SEXTI RVFFI *viri Consularis inscriptum Valentiniano Imp.*

VALENTINIANI IMPERIVM. Ammia. Victor. &c. Noluit insignia imperii suscipere 24. Febr. quòd tum annus bissextilis esset, & imperatoris electio in diem intercalarem ac infaustum incideret. Die itaq; 25 Febr. adiit imperium. Vnde prudenter colligit Onuphrius, item Marcellinus, hunc esse 408. (compl. Witich) à quarto Cõsulatu Iulii Cæs. ex quo bissexti anni intercalatio computanda est. Euidentissimum sanè testimonium, de annorum, indictionum & Consulum huc vsque perducta, recteque digesta descriptione.

VALENS à fratre Valentiniano Imp. in imperii cõsortium adsumitur, Cal. April.

VALENTINIANVS Occidenti præfuit: VALENS Orienti. Ille Orthodoxorum fautor ac protector fuit: Hic verò Arianorum. Ideo de Valente sic loquitur Nazianzenus: *Insurrexit repentè nebula grandine plena, & pernicies calamitosa, quæ omnem Ecclesiam contriuit & discerpsit. Christi cultor, pariter & Christi osor: qui post persecutionem persecutor fuit, & post Apostatam non quidem apostata, sed nil melius Christianis. Christi nomen præ se ferens, Christum mentiebatur.*

Theodoretus lib. 3. de Valentiniano in hunc modum: *Cùm Iulianus in fanum Fortunæ, inquit, choreas ducens ingrederetur, & aditui vtrinq; ad ianuas consisterent, vt introeuntes aqua lustrali expiarent: Valentinianus tribunus imperatorem præcedens, vbi videt aquæ*

guttam sua lana aspersam pugno cædit æditum, seq. inde non expiatum, sed turpi labe pollutum ait. Quod factum Iulianus conspicatus, Valentinianum ad Castellum in solitudine situm relegauit, ibiq; vitam degere iussit. At Valentinianus anno & paucis mens. interiectis, imperium tanquam mercedem suæ pietatis & confessionis obtinuit, & vt Orosii verbis vtamur, qui pro Christi nomine amiserat tribunatum, retribuente Christo loco persecutoris sui accepit imperium.

Est annus à fine captiuitatis Babylonicæ & à Monarchia Cyri 900.

4335 Hoc tempore in Ecclesia DEI fulserunt clarissima lumina, præter Athanasium & Hilarium, BASILIVS MAGNVS Cæsareæ Cappadociæ patriæ suæ Episcopus: cuius vitam descripsit Nazianzenus: GREGORIVS NYSSENVS, Basilii Magni frater: GREGORIVS NAZIANZENVS, D. Hieronymi in sacris literis præceptor: EPIPHANIVS Cypri Salaminæ Episcopus: DIDYMVS ALEXANDRINVS: & APOLLINARIS SYRVS, qui cum Iulianus Apostata Christianis liberalium artium scholas clauderet, veterem Ebræorum historiam vsque ad regnum Saulis carmine heroico conscripsit: & argumentis è sacris literis deromptis, sacra poemata, Comœdias & Tragœdias ad Poetarum imitationem componens, res maximè salutares animis teneræ iuuentutis instillauit, miscens vtile dulci, vt ille ait. Fieri potest, vt quorundam Martyrum historias speciosis Emblematis ac figuris (quod & Aurelius Prudentius fecit) exornarit, iisq; gestum quodammodo addiderit, vt ad discentium captum atq; vsum essent accommodatiores. Vide Socr. 3. Soz. 5, 365

Hoc anno 21. die Iulii, cùm horrendus tremor terram concuteret, ita vt mare terminos suos egrediens omnia diluuio obruiturum videretur, Epidaurii metuentes oppidi sui subuersionem, senem Hilarionem, virum sanctum, ex Eremo

Eremo eductum collocarunt in littore: Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; contrà tenderet, mare in magnam altitudinem intumescens ante eum stetit, ac diu fremens & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsum est. Hæc Hieronymus in vita Hilarionis. Vide Ammianum 26. Socr. 4.

4336 DAMASVS, vir doctus & D. Hieronymi amantissimus. Romanum Pontificatum adiit: quem vt obtineret, cruentis gladiis cum Vrsicino, homine seditioso, decertare coactus est. Ammia. 27. 366

B. HILARIVS Episcopus Pictauiensis, moritur in patria anno sexto reditus sui. Sulp. alii ad seq.

4337 GRATIANVS Valentiniani filius, creatur Augustus die 20. Aug. 367

4339 Circa hunc annum S. AMBROSIVS factus est Episcopus Mediolanensis, qui cum Liguriam eo tempore gubernaret, & ad sedandum tumultum, ob Episcopi electionem ortum, ad templum accurrisset, de concordia ita disseruit, vt communibus omniū suffragiis nemo alius quàm ipse Ambrosius, Catechumenus adhuc, nec dum baptizatus, multum sanè reluctans, ad Episcopi functionem vocaretur. Quam electionem Valentinianus Imp. adprobans, lætari se dixit, tantam esse in præside corporumq; custode pietatem, vt DEVS censuerit animas ei commendandas esse. Hoc itaq; modo Ambrosius à fascibus ad pedum Episcopale peruenit. Probus præfectus prætorio cum Ambrosium in Liguriam mitteret, dixit: *Vade ac age, non vt iudex, sed vt Episcopus.* Quo Apophtegmate non solum Ambrosium monuit, quanta religione Magistratus ei gerendus esset, verum etiam de futuro eius Episcopatu vatidicam vocē edidit. Alii referunt hunc euentum ad annos alios: 372. 374. &c. 369

4340 *VALENS cùm nefario quorundam vaticinio cognouisset, eum sibi successurum, cuius nomen ab his literis inciperet,* 370

THEOD. *omnes Theodosios, Theodoros, Theodotosque quos ad imperium idoneos duxit, è medio tolli curauit. Victor. & alii.*

Prima irruptio Saxonum in Romanos limites. Ammian. 28.

4341 ATHANASIVS Episcopus moritur sui Episcopatus an 46 (die 2. Maii. Eber.) Soc. Sozo. 371

Hoc ferme tempore B. MARTINVS Episcopatum Turonensem suscepit, cui præfuit an. 26. Sulpit.

4345 VALENTINIANVS Imp. apoplexia extinctus 17. Nouemb. ætat. 55. imperii an. 12. minus 100. diebus. Socr. Ammia. 375

VALENTINIANVS Iunior appellatur Augustus. Onuphr.

Ex hoc tempore Ariani Orthodoxos crudeliter persecuti sunt, Valentis tyrannide adiuti & armati.

4348 *Olymp. 289.* 378

Lachrymabile bellum in Thracia gestum, in quo Romanæ legiones à Gothis vsque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse VALENS *Imp. cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem sæpe equo delaberetur, ad cuiusdam villulæ casam deportatus est, vbi ab insequentibus barbaris deprehensus, incensa domo, igne consumptus est 9. Augusti, cum annis 15. non plenis imperasset. Hieronym. Oros. Ammia.*

Distat hæc Romannorum clades à pugna Cannensi 592. à claude Claudina 697.

Oriosius refert, Gothos petiisse, vt mitterentur ipsis Episcopi, à quibus Christianæ religionis doctrinam discerent: & Valentem eis misisse Doctores Arianos: atque ita Gothos prima suæ fidei rudimenta ab Arianis accepta in posterum retinuisse. Iusto itaque DEI *iudicio Valens à Gothis crematus est, quorum ille animis pestiferum erroris virus infuderat.*

AMMIANVS MARCELLINVS historiam suam in morte Valentis terminat,

Desinit

Desinit etiam Appendix D. Hieronymi, qua Eusebii Chronicon continuauit.

Extincto VALENTE imperium in duos Augustos recid t: GRATIANVM & VALENTINIANVM iuniorem. Gratianus ab Arianorū dogmate alieniſsimus fuit. Ideo Episcopos Orthodos, à Valente relegatos, exilio exemit.

4349 THEODOSII MAGNI IMPERIVM. 379

THEODOSIVS MAGNVS declaratur Augustus, & Orienti præficitur 16. Ian. æt. 33. Socr. 5. Fuit Imperator optimus: bello & pace præstantissimus: Ecclesiæ instaurandæ & Reipub. reparandæ natus: Orthodoxæ doctrinæ amantissimus: atque summis quibusq; principibus comparandus. *Distat eius imperium à morte Alexandri Magni* 700. *ab Imperio Augusti Cæsaris* 420. *à regno Nebucadnezaris Magni* 2002. *à natali Abrahæ* 2400. *à Tribunicia potestate Augusti* 400. *à Roma condita* 1130.

Ab hoc anno incipiunt hi Chronographi: PROSPER, MARCELLINVS COMES & SIGEBERTVS GEMBLACENSIS. Prosper complexus est annos 67. desinit anno CHRISTI 44. Marcellinus Comes annos 188. vsque ad annum N.C. 566. vt nunc habet Chronicon eius ab Onuphrio editum. Sigebertus peruenit ad annum Christi 1112. Prosper autem & Sigebertus Eusebianum errorem in Christi annis sequentes, eum faciunt N C. 381. qui nobis est 379.

Hoc anno Cos. fuit Ausonius Poeta, Gratiani præceptor, cuius poemata extant. Hunc gratitudinis ergo Gratianus ad istum dignitatis gradum euexit.

4350 IVBILÆVS MVNDI 87. *Mosis* 37. *prædicationis Christi* 7. 380

THEODOSIVS cum Thessalonicæ morbo grauissimo conflictus esset, baptismo initiatus est ab Acholio Episcopo Thessalonicēsi orthodoxo. *Eodē tem-*

tempore edidit pium & salutare edictum: Qui nam sint censendi Catholici, & qui haeretici. Edictum hoc in Codice recitatur, & sic incipit: Cunctos populos, quos Clementiae nostrae regit imperium, &c. *Data 3. Calen. Mart. Thessalon. Gratiano V. Theod. Aug. Coss.*

Eodem anno Ariani cum 40. annis Oratoria obtinuissent, vrbe Cōstantinopoli sunt egressi die 26. Nouemb. Vicissim verò Homousiani ingressi, Ecclesias receperunt. Socr. Marcellin. Soz. 7.

Vides itaq; Lector, quantis euentibus insignis sit hic Iubilaeus Mundi: videlicet, Theodosii baptismo, *eiusdem* Cōsulatu primo, *& Ecclesiae* DEI triumpho de haereticis victis *omnium clarissimo.*

De Acholio Episcopo Thessalonicensi, qui Theodosium baptizauit, vide Ambrosium li. 7. Epist. 59.

4351 SYNODVS CONSTANTINOPOLITANA, Oecumenica Secunda, à Theodosio indicta, celebratur à 150. Episcopis, contra Macedonianos πνευματομάχυς, id est, negantes Spiritum sanctum esse DEVM. 381

SYMBOLVM quoq; NICENVM repetitum, confirmatum, & verborum quorundam adiectione declaratum ac illustratum est. Socr. 5.

Hic est annus à condita Constantinopoli 50. Et à condito templo secundo Hierosolym. 900.

BASILIVS Magnus circa hunc annū mortuus est.

ATHANARICVS Gothorum rex, cum quo Theodosius foedus pepigerat, mense Ianuario Constantinopolim venit, eodemq; mense morbo periit.

4352 *Gothi rege suo defuncto, aspicientes & admirantes virtutem, benignitatemq; Theodosii, Romano sese imperio dediderunt. Marcel. Oros.* 382

Concilium Romae à Damaso habitum, cui interfuerunt, Paulinus Antiochiae Episcopus, Epiphanius Salaminae Episcopus, & D. Hieronymus. Sigon.

4353 ARCADIVS à patre Theodosio creatur Augustus, & in imperii consortium adsciscitur 16. Ian. Constantinopoli. Socr. 383

MAXIMVS militum seditione in Britannia, inuitus propemodum, Imperator creatur. Oros.

GRATIANVS Imp. Maximi tyranni dolis circumuentus apud Lugdunum interficitur 8. Cal. Septemb. an. æt. 24. imperii 16. Marcellin.

S. AMBROSIVS Episcopus, dum templum Mediolanense Arianis tradere recusat, periculis obiicitur, Iustina Valentiniani iunioris matre, & Ariana labe infecta, exitium ei moliente. Qua de re lege Ambros. lib. 5. Epist. 33. & 34.

SYMMACHVS Romanæ vrbis præfectus, à Valentiniano petit Ethnica sacra restitui. Hunc Symmachum refutauit D. Ambrosius, & Poeta Prudentius duobus libris carminum, quos studiosi legant.

Hic est annus ab exitu ex Aegypto 1900. à transmigratione Iechoniæ 1000.

4354 HONORIVS Imp. Theodosii filius, nascitur 9. Sept. matre Placilla. 384

4355 D. AVGVSTINVS Mediolani fuit professor Rhetorices, & D. Ambrosium docentē audire cœpit. 385

Calendis Ianuarii orationem habuit in laudem Cos. Bautonis. Aug. tom. 7. lib. 3. cap. 25. contra literas Petiliani.

THEOPHILVS Episcopus Alexandrinus, qui centum annorum paschales circulos edidit, floret.

MAXIMVS Imp. Treuiros victor ingreditur.

4356 B. MARTINVS Treuiris excipitur conuiuio regio à Maximo Imp. præsente Consule Euodio. 386

Priscillianus supplicio adficitur. Sulp.

4358 *MAXIMVS tyrannus à Theodosio victus 27. Augusti, & prope Aquileiam à militibus capite truncatus. Socrat. Marcell.* 388

De hoc bello ita Orosius: *Theodosius iustis necessariisq; de causis ad bellum ciuile permotus, cum è duobus Augustis fratribus & vltionem Gratiani interfecti sanguis exigeret, & restitutionem Valentiniani miseria oraret, posuit in Deo spem suam, seq; aduersus Maximum tyran-*

rannum sola fide maior (nam lõge minor erat vniuersa apparatus bellici cõparatione) proripuit. Andragathius Maximi Comes summam belli administrabat: qui cum omnes alpium ac fluminum aditus communisset, ineffabili iudicio Dei, nauali expeditione, dum incautum hostem præuenire & obruere parat, sponte eadem claustra, quæ obstruxerat, deseruit. Ita Theodosius nemine sentiente, vt non dicam, repugnante, vacuatas transmisit alpes, atq; Aquileiam improuisus aduenien, hostem illum magnum, Maximum trucem, & ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa ac stipendia solo terrore nominis exigentem, sine dolo & controuersia clausit, cœpit & occidit. Andragathius Comes, cognita Maximi nece, præcipitem sese è naui in vndas dedit ac suffocatus est. Formidolosissimum itaq; bellum sine sanguine vsque ad victoriam, duorum morte confectum est.

Circa hunc annum S. AUGUSTINUS Mediolani baptizatus est ab Ambrosio Episcopo die Paschatis. Eodem anno obiit MONICA mater eius æt. 56 Augustin. scribit (lib. 3. c. 25. contra literas Petiliani) se post Maximi Tyranni mortem Africam repetiuisse. Alii Baptismũ eius in 386: alii in 389. conferunt Sigonius in 384. Nos indefinite posuimus. Sermo Ambrosii eo die habitus, est inter eius sermones vltimus.

4359 *THEODOSIUS, adiuncto sibi filio Honorio, & Valentiniano Iuniore, Romæ de Maximo victo triumphat.* 389

GREGORIUS NAZIANZENUS moritur. Hieron. in Catalog.

4360 AMBROSIUS Episcopus, Theodosiũ Imp. die Paschatis templo Mediolanensi exclusit: nec prius ad sacram synaxin eum admisit, quam veræ ac seriæ pœnitentiæ publica signa ostenderet. Nam cum Thessalonicæ per seditionem quidam interfecti essent, Imperator nimium excandescens, iusserat promiscuam turbam, insontes pariter cũ 390

sontibus

ſontibus trucidari : itaque ad ſeptem millia hominum perierant. Totam hiſtoriam fuſe deſcribit Theodoretus lib. 5. & Tripar. 9. Auguſtin. Ciuit. lib. 5. cap. 26.

AMBROSIVS Theodoſium ad pœnitentiam cohortatus eſt per Epiſtolam, quæ extat lib. 5. Epiſt. 28.

Verba Ambroſii, quibus Theodoſium ab ingreſſu templi reiecit, nonnulla ex Theodoreto recitabimus: *Quibus oculis, inquit, intuebere templum illius, qui eſt omnium Dominus? quibus pedibus ſanctum illud ſolum calcabis? Qui, quæſo, manus iniuſta cæde & ſanguine reſperſas extendere audes, & eiſdem ſacroſanctum corpus Domini accipere? Aut quomodo venerandum eius ſanguinem ori admouebis, qui furore iræ iubente, tantum ſanguinis tam inique effudiſti? Recede igitur, & ne conare nouo ſcelere ſcelus ante editum augere: Sed capeſſe vinculum, quo vt ligeris, Dominus omnium cælitùs ſentētiam dat. Quod quidem vinculum vim habet, & morbum animi depellendi, & te ad ſanitatem reſtituendi. Huic orationi obſecutus Imperator (nam diuinis educatus eloquiis, accurate norat tum quæ eſſent officia Sacerdotum, tum quæ regum propria) cum gemitu & lachrymis ad palatium ſuum reuertitur.*

4361 THEODOSIVS elapſis ab excommunicatione octo menſibus, ipſo feſto natalis Chriſti, hoc anno ineunte, ab Ambroſio abſolutus, & in Eccleſiam receptus eſt. Eodem ſubmonente Imperator conſcripſit legem, qua cognitiones cauſarum de cæde, & pœnæ capitales, ab Imperatore iniunctæ, in diem triceſimum differri iubentur. 391

Hoc ferme anno B. AVGVSTINVS factus eſt Præsbyter in Eccleſia Hipponenſi, cui præfuit an. 40. ætatis circiter 37. dependet hæc conſignatio ex anno obitus. Eſt à nato Dauide annus 1500.

VALENTI-

4362 VALENTINIANVS Iunior, Imp. Rom. dolo Arbogastis strangulatur, atque vt voluntariam sibi mortem consciuisse putaretur, laqueo in sublimi suspensus est: Idib. Maii, pridie Pentecostes, die Sabbati: cum imperasset an. 16. mens. 5. d. 24. Epiphanius. Onuphr. 392

De huius obitu lege orationem funebrem D. Ambrosii, & Epistolam lib. 5. ep. 34.

Mortuo Valentiniano ARBOGASTES EVGENIO, homini pagano & fero, imposuit Imperatoris titulum, ipse simul imperaturus, Occidentis itaq; imperium nefariè inuasit & occupauit Eugenius. Oros. Marcell. Socr. Pros.

D. HIERONYMVS illustrium in Ecclesia virorum catalogum hoc anno, qui est (vt ipse ait) Theodosii principis decimus quartus, contexuit: vbi inter cætera scribit, hoc anno adhuc in viuis esse Didymum Alexandrinum, Epiphanium, Ambrosium, Gregorium Nissæ Episcopum & Basilii Magni fratrem, Sophronium & alios. Nazianzenum ait mortuum esse ante triennium propè. Admiratione dignum est quod de Didymo Alexandrino refert, cum à parua ætate oculis captum artes liberales præclarè didicisse, & commentarios scripsisse, in Psalmos & Euangelia, &c. & iam excessisse annum ætatis 83. Extat eius liber de Spiritu sancto, quem Hieronymus in latinum vertit.

4363 HONORIVS à patre Theodosio appellatur Augustus 10. Ianuarii. 393

THEODOSIVS Ioannem Monachum apud Thebaidem ob futurorum scientiam celebrem, & cuius prædictioni de Maximo opprimendo euentus responderat, de euentu belli aduersus Eugenium consulit: cui ille victoriam pollicetur, vt scriptum reliquerunt plerique scriptores Ecclesiastici.

VENTI

4364 VENTI PRO THEODOSIO PVGNANT. 394

EVGENIVS atq; ARBOGASTES, inquit Orosius, collectis Gallorum Francorumq; viribus, & Idolis à se cultis nixi, instructas acies campis expedierant, & arcta Alpium latera atque transitus præmissis callide insidiis occuparant, vt etiamsi numero ac viribus impares forent, sola tamen belli dispositione vincerent. At verò Theodosius in summis Alpibus constitutus, expers cibi ac somni, Christum solus solum qui omnia posset, corpore humi fusus, mente cœlo fixus orabat. Dehinc postquam insomnem noctem precum continuatione transegit, & testes propemodum lacunas lacrymarum reliquit, arma corripuit, ac signo crucis signum prælio dedit, seq; in bellum, etiamsi nemo sequeretur, victor futurus immisit. Vbi verò ad contigua immiscendæ pugnæ spacia peruentum est, continuò magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hostium irruit. Ferebantur per aerem spicula missa nostrorum, atq; vltra mensuram humani iactus, in aere portata nusquam propemodum cadere sinebantur, priusquam impingerent, & hostium ora pectoraq; verberarent: tela etiam quæ ipsi hostes extorserant, ventis excepta, ac retrorsum coacta, ipsos infeliciter configebant. EVGENIVS captus atque interfectus est: ARBOGASTES sua se manu peremit.

De hoc bello Augustinus lib. 5. Ciuit. cap. 26. THEODOSIVS *contra robustissimum Eugenii exercitum, inquit, magis orando quàm feriendo pugnauit: Vt nobis retulerunt milites qui adfuerunt, extorta sibi esse de manibus quæcunq; iaculabantur, cùm à Theodosii partibus in aduersarios vehemens ventus iret, & non solum quæcunq; in eos iaciebantur concitatissimè raperet, verùm etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Vnde & Poeta Claudianus, quamuis à Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit:*

O nimium dilecte DEO, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

nium superuixisset Theod. Paulin. Marcel.
AMBROSIVS moriturus ad circumstantes sacerdotes dixit: Non sic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: ne mori timeo, quia bonum habemus Dominum. Id nos aliquando in votum defleximus:

Tu dagnate DEI, vita nos neuè pudere
Neuè etiam mortis pœnituisse queat.

IOANNES CHRYSOSTOMVS patria Antiochenus, ordinatur Episcopus Ecclesiæ Constantinopolitanæ 26. Febr. Socr. 6. Niceph. 13.

GILDO à Mazescele prælio victus interiit. Hoc est illud bellum Gildonicum à Claudiano descriptum. Est & quartus Honorii Consulatus, de quo idem.

Hoc anno HONORIVS nuptias celebrauit cum Maria Stiliconis filia, de quo vide duo Epithalamia à Claudiano scripta.

4369 *In vrbe Carthagine GAVDENTIVS & IOVIVS, comites Honorii Imp. 14. Calend. April. falsorum Deorum templa euerterunt, & simulachra fregerunt. Augustin. Ciuit. 18. cap. vlt.* 399

Hoc anno Cos. fuit Eutropius Eunuchus, in quem Claudian. duos libros scripsit. Huc pertinet eiusdem panegyris in Manlii Theodori Consulatum.

4370 *Hoc anno Cos. fuit Stilico, in cuius laudem Claudianus scripsit 3. panegyres, quas studiosi legant propter horum temporum historiam.* 400

Hucusq; Chronicon suum perduxit SVLPITIVS SEVERVS Episcopus Bituricensis, qui quantus vir fuerit, scripta loquuntur. Familiarem habuit Paulinum Episcopum Nolanum, de cuius vita vide Victoris Giselini viri doctissimi atq; diligentissimi librum.

De Sulpitio refert Gennadius, eum à Pelagianis deceptum, & culpam agnoscentem silentium vsque ad mortem tenuisse.

4371 THEODOSIVS IVNIOR, Arcadii Imp. & Eudoxiæ filius nascitur 10. April. Socr. 6. 401

GOTHORVM IRRVPTIO IN ITALIAM.

Ex hoc tempore Gothi de inuadenda Italia, vrbeq; Roma occupanda aut diripienda consilia agitare cœperunt, duce eorum ALARICHO *ad eam rem eos vehementer cohortante. Nunc itaque demum Italia, quæ multis sæculis formidini ac terrori exteris gentibus fuerat, extera arma metuere cœpit, & ea paulò pòst domi suæ vidit ac horruit. Hinc ad Caroli Magni coronationem in vrbe Roma, anni* 400. *Tot annis Italia, vt loquitur Sigonius, calamitatum, aut præsentium sensu, aut impendentium metu perculsa, nunquam quieuit: Sed humanorum malorum extrema omnia passa est, atq; Ecclesia* DEI, *quæ paulò antè constituta per Constantinum inde per annos centum in aliqua esse dignitate ac potentia cœperat, maximam ex omni parte iacturam labemq; contraxit.*

ALARICHVS per Tridentinum saltum 14. *Cal. Septemb. descendens, obuia quæq; Alpina oppida primo impetu cœpit. Sigon.*

4372 *De re apud Pollentiam oppidum à Stilicone aduersus Alarichum & Gothos hoc anno gesta, Vide Prudent. lib.* 2. *aduersus Symmachum, responsione quinta:* 402

Tentauit Geticus nuper delere Tyrannus
Italiam, patrio veniens iuratus ab Istro.

Huc pertinet libellus Claudiani de bello Getico. De pugna Stiliconis aduersus Gothos commissa ipso die Paschatis, vide Oros. & alios.

EPIPHANIVS Episcopus Salaminæ, Constantinopoli in Cyprum rediens, moritur in itinere. Socr. 6. Trip. 10.

IOHANNES CHRYSOSTOMVS mandato Arcadii Imp. Ecclesia Constantinopolitana pellitur: sed cum seditio populi, Chrysostomum desiderandis, metueretur, reuocatus, inq; solium suum restitutus est. Socr. 5. Trip. 10.

THEODOSIVS IVNIOR adhuc in cunis vagiens à patre Arcadio appellatur Augustus. 17. Cal. Febr. Marcell. & alii.

4373 *HONORIVS Imp. Romæ de victis Gothis triumphat Stilico cũ Alaricho pacem constituit. Sigon.* 403

4374 IOHANNES CHRYSOSTOMVS Arcadii mandato iterum in exilium abducitur, cum in Eudoxiam Augustam linguam exacuens pro concione quędam dixisset liberius. Hoc tempore celebrem illam concionem recitauit, cuius initium est: Herodias iterum insanire, iterum commoueri, iterum saltare pergit: iterum caput Iohannis in disco accipere studet. 404

Pridie Cal. Octob. cum grando magnitudine inusitata in suburbiis Constantinopolis fortè decideret, percrebuit sermo, istud DEO irato propter Iohannem indicta causa abdicatum contigisse.

Hunc sermonem Eudoxiæ mors vehementer auxit. Nam quatriduo post delapsam grandinem è vita decessit. Socr. *6*. Trip. Marcell. Prosp.

PAVLA Romana mulier primariæ nobilitatis & eximiæ pietatis in Domino obdormiuit *26*. Ian. tertia Sabbati: cum vixisset ann. *56*. mens. 8. d. 20. Hæc mortuo marito mundi contemptum cœperat profiteri, atque in eo proposito Romæ vixerat quinquennio, apud Bethlehem verò ann. 20 in monasterio virginum à se instituto. Eius Epitaphium scripsit D. Hieronymus ad Eustochiam virginem, Paulæ filiam, quod extat in primo tomo operum. Hieronymi.

PRVDENTIVS Poeta hoc anno edidit libros Cathemerinῶν, quia in præfatione ait se ista scribere agentem annum æt. 57.

Per quinquennia (inquit) *iam decem,*
Ni fallor, fuimus: septimus insuper.
Annum cardo rotat, dum fruimur sole volubili:
Quid nos vtile tanti temporis spacio egimus?

Hic est sextus Honorii Consulatus, de quo Claudiani panegyris.

4375 *RADAGAISVS Scytha & religione gentilis in Italiam irruptio-* 405

raptionem faciens trucidatur ab Honorio ad Fæsulas. De quo sic Orosius: *Radagaisus omnium antiquorum præsentiumq; hostium immanissimus repentino impetu totam inundauit Italiam: in cuius exercitu fuisse ferunt plus quàm ducenta millia Gothorum. Conterritum autem diuinitus Radagaisum Honorius in Fæsulanos montes coegit, eiusq; ducenta millia hominum inopum consilii & cibi, in arido & aspero montis iugo, vrgente vndiq; timore conclusit, agminaq; quibus dudum angusta videbatur Italia, latenti spe in vnum ac paruum verticem trusit: vbi hostes esurientes & sitientes languentesque confecti sunt. Radagaisus clam suos deseruit, atq; in nostros incidit, à quibus captus & interfectus est. Tanta verò captiuorum Gothorum multitudo fuisse fertur, vt vilissimarum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum venderentur. Hic Radagaisus omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare deuouerat.*

4376 *VANDALI & ALANI Gallias traiecto Rheno pridie Cal. Ianua. ingressi. Prosper. Zosim.* 406

4377 IOHANNES CHRYSOSTOMVS ad CHRISTVM migrat 14. Septemb. Socr. 14. Nouemb. ætat. 52, cum Episcopatum Constantinopolitanum tenuisset ann. 5. mens. fermè 6. & exulasset ann. 3. mens. 5. Socra. Zonaras, Cedrenus. Nicephorus lib. 13. cap. 37. dicit eum obiisse die exaltationis Crucis (14. Septemb.) Sic enim conueniebat, inquit, eum qui vitam omnem sub cruce transegerat, & gloriam non in alia re, quàm in cruce Christi collocauerat, festo ipsius die, quem ex materia ista acceptum circumferebat cinerem, deponere, atq; ad DEVM in sublime ferri, & exaltari. 407

4378 ARCADIVS Imp. moritur 1. Maii, an. æt. 31, imperii 25. mens. 3. d. 16. Onuphr. Soc. Pros. 408

IMPERIVM THEODOSII IVNIORIS, Theodosii Magni nepotis, & Arcadii filii in Oriente. Onuph.

Loco Theodosij, qui tum puer octennis erat, imperium-

rium virtute & sapientia sua aliquandiu administrauit Pulcheria virgo, Theodosii soror.

STILICO, Honorii gener, imperium affectans, cum sub Imperatore imperare potuisset, occiditur iussu Honorii. Oros. Pros. Marcell. Eius quoq; filius, Eucherius, cui Stilico imperium parabat, primum fuga elapsus, postea obtruncatus traditur. Zosimus Stiliconis necem refert ad 10. Cal. Septemb.

PROCOPIVS Cesariensis à morte Arcadii belli Persici & Vandalici historiam orditur.

4379 *HONORIVS Alaricho pacem negat: & ab eo Romam obsideri patitur.* 409

ATTALVS ab Alaricho creatur Imp. contra Honorium, qui Attalo dimidium imperii offert.

ZOSIMI historiarum libri vt nunc sunt reliqui, Vrbis Romæ obsidione terminantur.

4380 Olymp. 297. 410

ROMA CAPTA à Gothis, duce ALARICHO: anno V.C. 1161.

ALARICHVS vrbem ingressurus edixerat, vt iis parceretur, qui ad templa Apostolorum confugissent, & vt milites sola præda contenti, à cæde & sanguine abstinerent ac temperarent. Oros.

Distat hæc victricis quondam Romæ & orbis Dominæ calamitas, ab eo tempore, quo à Gallis antè capta fuerat, annis 796. à Monarchia Iulii victoq; Pompeio 456. ab eiectis Regib. 916. à clade Caudina 729. à pugna ad Aegates & primi belli Punici fine 650. à pugna ad Clastidium 630. ad Cannas 624. à crudelitate Syllæ, quam Romæ trucidatis magno numero ciuibus exercuit 490. à Monarchia Augusti, victoque Antonio 439. à morte Augusti 395. Hinc ad Romæ direptionem nostro sæculo factam 1117. De huius cladis die discrepant autores: Paulus Diaconus habet 24. Augusti. Cedrenus 26. Augusti. Blondus & alii Calend. Aprilis.

Ex hac Romæ vastatione D. AVGVSTINVS occasionem sumpsit scribendi libros illos longe eruditissimos & vtilis. de Ciuitate Dei, vt os obturaret iis, qui eius cladis causas in Christianum religionem transferebant.

Et hoc ipso tempore orditur BLONDVS historiam inclinationis Romani imperii: quam deduxit vsq; ad an. N C. 1459. circiter.

Ridiculum est, si non stolidum, quod HONORIVS audiens captam esse ab Alaricho Romam, doluit ob captam & amissam auem vel gallinam suam, quam cum in delitiis haberet, Romæ appellationem ei indiderat. Indignum sanè, Regem aues præferre vrbibus.

4381 *ALARICHVS moritur. ATAVLFVS vxoris Alarichi frater, regnum suscipit: Placidiam Honorii sororem ducit vxorem, captam in Romæ direptione: Eam diuino iudicio velut obsidem ac pignus Roma huic barbaro Regi tradidit. Nam illius iuncta coniugio, multum Reipub. profuit & commodauit. Oros.* 411

4382 CYRILLVS in Episcopatu Alexandrino succedit Theophilo Alexandrino 15. Octob. defuncto. Tertia die post ordinatur Cyrillus, Theophili ex fratre nepos. Socr. 7. Niceph. cap. 14. 412

4386 *OROSII Presbyteri Hispani Chronicon, quod ille iussu D. Augustini scripsit, finitur.* 416

4387 Hoc anno, si Mariano Scoto, Sigeberto & Vincentii Speculo credimus, quidam Occidentales Episcopi, cum in Paschatis die celebrando aberrassent, diuino miraculo ab errore ad veritatem reuocati sunt. Nam in quadam Italiæ Ecclesia, aqua, quæ quotannis pridie Paschatis hora baptizandi, diuinitus manare solebat, eorum expectationem, qui iusto citius, nempe 8. Cal. April. Pascha celebrauerant, non emanans fefellit. Legitimo autem Paschatis die, sub ipsam baptizandi horam, 10. Cal. Maii, solito more fluens, verum Paschatis diem 417

diem ostendit. Vide epistolam Paschasini ad Leonem Papam apud Marianum Scotum. Ostendūt autem Dionysii tabulæ & Mathematicorum calculus, anno N.C. 417. diem Dominicum Paschatis in 10. Cal. Maii incidere.

HONORIO *Romæ de Gothis triumphante*, ATTALVS *tyrannus vinctis post terga manibus, ante currum ducitur, & ob toties repetitam perfidiam, dextra ei truncatur. Prosp. Iordan. Sigo.*

Eclipsis Solis accidit 19. Iulii. Marcel. Iordan.

4388 FRANCORVM REGES. 418

4389 *Quidam scriptores hinc ordiuntur regum Francorum seriem: & Pharamūdo Regi primo tribuunt annos 11. Trithemius scribit, eum adiisse regnum 24. April. ætat. an. 56. & regnasse septennio. Sunt qui Pharamundi initium in seq. annum conferant. Hinc ad annum 499. quo Clodoueus Francorum Rex vna cum baptismate Christianismum accepit, anni 80. ad Carolum VIII. R. Francorum, 1064. id est, bis 532. siue duo Cycli Magni, ad Caroli Magni regnum 350.* 419

Hinc incipit Chronicon IOAN. TILII de legibus Francorum à Pharamundo vsque ad Franciscum primum. Primum autem Pharamundi annum confert in annum nati Christi 420. & tribuit eius regno annos 11.

4390 *Hoc anno, vt diximus, vel completur, vel incipit, die 24. Aprilis, annus primus Pharamūdi R. Francorum. Vtrumuis horum ponas, obserua hunc annum, qui principium Pharamundi attingit, esse à principio Samsonis, & à morte Latini, regnoque Aeneæ, annum 1600. à regno Dauidis 1500. à morte Nebucadnezaris Magni & principio Euilmerodaci 1000.* 420

D. HIERONYMVS, de Ecclesia Dei scriptis suis præclare meritus, in oppido Bethlehem, à Domini nostri IESV CHRISTI cunis in cœlum euolans, vitam suam beato fine claudit, die 30 Septemb. (alii 31. Martii) Prosper, Diaconus, Con-

tractus & Beda. Pleriq; scribunt eum vixisse an. 91. Sed cur id in dubium vocem, hāc habeo causam. Ipse Hieronym. scribit, se anno illo, quo Iulianus periit (N. C. 363.) fuisse puerum, qui in Grammaticæ ludo exerceretur. Secundum supputationem vsitatam egisset tunc annum 33. quo certe non puerum se dicere poterat. Decurrerunt autem à morte Iuliani huc vsq; anni 57. quibus fit 20. vel 24. (ita enim ponamus, ne de Hieronymi ætate minuere aliquid videamur) addas, elicies vel 77. vel 81. forte igitur pro 91. numerari & scribi debuit 81. de quo iudicent eruditiores.

Hoc tempore lex Salica, qua fœminæ à successione terræ Frãcica in perpetuum excluduntur, condita fuit. Tilius. Alii ad 485. referunt.

4393 HONORIVS Imperator moritur 18. Cal. Septem. an. ætat. 44. imperii 30. mens. 7. d. 6. Prosp. Marcel. eius obitum antecessit Cometes. 423

THEODOSIVS IVNIOR post Honorium imperat, cuius imperii initium habes supra, an. 408.

Vetutissima BONONIENSIVM ACADEMIA à Theodosio Iuniore Imp. fundata & constituta die 9. Maii: qui eandem priuilegiis amplissimis, quorum capita adhuc publicè descripta in auditoriis leguntur, donauit.

4394 THEODORETVS hoc tempore factus est Episcopus, quia scribit annum Concilii Prædatorii Ephesini secundi esse Episcopatus sui an. 26. 424

4395 VALENTINIANVS tertius Placidiæ filius Augustus appellatur 22. Septemb. Socr. Trip. 425

4396 BONIFACIVS *Africa comes Castinum prælio vicit, qua de re lege Epistolas eius ad S. Augustinũ, & huius ad illum. Vide Alb. Cranzium in Vandalia lib. 1. c. 29.* 426

GENSERICVS *Vandalorum Rex regnat annis 51. Fuit secta Arianus, & Catholicorum crudelis persecutor. Iordan. Cusp.*

AD-

4397 ADVENTVS VANDALORVM IN AFRICAM. 427.

Vandali à Bonifacio, vt arma pro se aduersus Romanos caperent, magnis pollicitationibus ac spebus inuitati & accersiti, & Hispaniis duce Genserico traiecerunt in Africam. Procop. l. 1. belli Vandal. Diacon. Iordan. Prosp. Cranzii Vandalia l. 1. c. 31. Ab hoc anno incipit historiam suam VICTOR EPISCOPVS VTICENSIS, *qui ait, Gensericum in Africam ad 80. millia hominum intulisse, eumque atrociter in pios sæuiisse, & vrbes atque ecclesias vatasse.*

4398 NESTORIVS Præsbyter & heresiarcha ordinatur Episcopus Constantinopolitanus 10. April. Socr. Prosp. Iordan. Niceph. 428

BVRGVNDIONES FACTI SVNT CHRISTIANI.

Hac ferme tempestate BVRGVNDIONES trans Rhenum habitantes cum ab Hunnis crebro infestarentur, animo expendentes, quam firmum præsidium Romanorum DEVS afferat iis, qui eum colunt, omnes communi consensu ad credendum in Christum se contulerunt, atq; ad ciuitatem quandam Galliæ profecti, postulant ab Episcopo, vt Christianorum baptismo donentur. Cumque post septem Christianæ institutionis & indicti ieiunii pœnitentiæque dies baptizati essent, illi animo fidenti Hunnos aggressi cum numero pauci essent, nempe tria millia, vicerunt ac fuderunt decem millia Hunorum. Ex eo tempore gens Burgundionum religionem Christianam ardenti studio coluit. Socr. 7. Trip. 12.

4399 Hoc fermè anno desinit historia Ecclesiastica Theodoreti, continens an. vt ipse ait 105. 429

PHARAMVNDVS primus Francorum rex mortuus est.

4400 IVBILÆVS MVNDI 88. *Mosis 38. prædicationis Christi 8.* 430

Olymp.

Olymp.302.V.C.1181.A baptismo Christi 400.

D.AVGVSTINVS Episcopus Hipponensis,& Ecclesiæ CHRISTI præcipuum lumen, ne vrbis suæ ruinam cerneret, pia & placida morte sopitur, 28. Augusti, ætat. 76. Episcopatus sui anno 40 Hic Genserico Hipponem obsidente libris Iuliani in ipso dierum suorũ fine respondit, & gloriose in defensione gratiæ Christi contra Pelagium perseuerauit. Prosp. & Posidonius.

Diximus hactenus de D. Augustini ætate: sed ita, vt nihil definiremus, suam cuiq; sententiam relinquentes. Vt tamen de nostro in lectorem studio ac fide nihil faciamus reliquum: exponemus hoc loco quandam siue coniecturam siue diuinationem, cuius mãductione ad veriorem certioremque annorum Augustini inuestigationem via quædam ei sternatur & aperiatur.

Natus est Augustinus die 13. Nouemb. quod ipse annotat lib. de vita beata. Annus vero discendus est partim ex anno obitus 430. & æt. 76. partim ex 33. ætatis. Obiisse Augustinum 430. non tantum ex Prospero & aliis, sed etiam ex Concilii Ephesini actis colligitur. Nam Capreolus Episcopus Africanus scribit, Augustinum à Theodosio Imp. vocatum fuisse, vt Ephesina Synodo interesset: verum paulò ante vita eum excessisse: idque factum fuisse anno 430. acta Synodi & annotationes Coss. docent.

Deinde scribit Augustinus, se post Maximi Tyranni mortem (qui peremptus est an. 388. 27. August. test. lib. Socrate & aliis) ex Italia in Africam rediisse, ætatis suæ 33. vbi vnus tantum reliquus est scrupulus: an 388 annus accipiendus sit pro 33. currente, vel completo. Hic viam ingrediatur quã quisque volet, erit vnius tantũ anni differentia. Nos 33. completum accipiemus, vt 76. Augustini cum 430. coincidat & concurrat. His ita datis & concessis (de quibus tamen nihil asseueramus) erit hoc modo distribuenda ætas Augustini in Christi annos.

354. natus est Augustinus Ibid. Nouemb. itaq;

355. erit primus Augustini currens.

370. ætat.16. intermisit studia à Madauris donum reuersus, inde literarum causa Carthaginem missus, vt ipse scribit, lib.2.confeßionum.

373. ætat.19.lecto Ciceronis Hortensio philosophiæ studio flagrare cœpit. Et ab hoc tempore toto nouennio vsque ad annum 28. (Christi 382.) in Manichæorum luto se voluntatum fuisse quæritur. Ab anno, inquit, 19. vsque ad 28. seducebamur & seducebamus. Quid vero toto illo errorum suorũ tempore de Christo senserit, indicat lib. 7. confess.cap.19. Ego de Christo, inquit, tantum sentiebam, quantum de excellentis sapientiæ viro, cui nullus posset æquari, præsertim quia mirabiliter natus ex virgine, ad exemplum contemnendorum temporalium pro adipiscenda immortalitate, diuina pro nobis cura tantam autoritatem magisterii meruisse videbatur. Quid autem sacramenti haberet, Verbum caro factum, ne suspicari quidem poteram.

383 ætat.29. Faustus Manichæorum Episcopus Carthaginẽ venit, magnus laqueus Diaboli, qui per suauiloquentiæ illecebras implicabat multos. Hunc vt omnium doctrinarum peritißimum Augustinus audire desiderauit.

384. ætat.30. De hoc lib.6.Confess. ita scribit: Ecce iam tricenariam ætatem gerebam, in eodem luto hæsitans, dicebam: Ecce Faustus veniet & exponit omnia. Hoc tempore cum Iustina Valentiniani Imp. mater, Ariana, D. Ambrosium persecuta esset, instituta est Psalmodia in Ecclesia Mediolanensi. Confess.9.7. Eodem anno Mediolani Augustinus professus est Rethoricen, & (vt ipse loquitur) victoriosam loquacitatem victus cupiditate vendebat. Hic audiuit Ambrosium publice docentem: Veniebant, inquit Augustinus, in animum meum simul cum verbis quæ diligebam, etiam res, quas negligebam: & dum cor aperirem ad excipiendum quam diserte diceret, pariter intrabat & quam vere diceret: gradatim quidem.

385. ætat. 31. Mediolani Calend. Ianuar. Bautonem Cos. pro sua Rhetorica professione laudauit. Eodem anno, qui erat 12. à 19. collocutus est cum Potitiano de suis errorib. Postea cum Alipio de sua conuersione sermonem instituit. Confess. lib. 8. c. 6. 7. 12.

386. ætat. 32. vel 387. ætat. 33. baptizatur ab Ambrosio die Paschatis: quo & Canticum illud: Te Deum laudamus, &c. natum esse ferunt. Posidonius ait, eum Baptizatum cum esset 30. annis maior. Et ipsi alicubi ait, se anno demum 12. post 19. ætatis suæ, adhuc hæsitantem de religione disputasse cum Potitiano.

388. ætat. 34. post mortem Maximi, relicto Mediolano, repetiuit Africam: in quo itinere piè & placidè expirauit, apud ostia Tiberina, mater eius Monica, matrona religiosa, ætat. 56. Augustini vero 33. (completo) & currente 34.

Reuersus in patriam, triennium ferè, teste Posidonio, in sacrarum literarũ studiis in domo propria agrisque paternis consumpsit, & (vt Posidonii verbis vtamur) alienatũ à se curis sæcularibus cum iis, qui ei adhærebant, Deo viuebat, ieiuniis, orationibus, bonisq; operibus, in lege Domini meditans die ac nocte. Et de iis, quæ sibi Deus cogitanti atq; oranti reuelabat, præsentes & absentes sermonibus ac libris docebat.

391. ætat. 37. factus est Presbyter in Ecclesia Hipponensi quam docuit an. 40.

394. Concilium Bagaiense, 24. April. de quo August. tomo. 7. contra Cresconium lib. 4. cap. 39.

397. ætat. 43. interfuit tertio Concilio Carthaginensi: quod testatur in tomis Conciliorum nominis eius subscriptio.

398. ætat. 44. interfuit quarto Concilio Carthaginensi.

400. ætat. 46. Concil. V. Carthag.

407. ætat 53. Huc pertinet liber de Actis Augustini cum Felice Manichæo, tom. 6.

410. *ætat.56. capta iam Roma, libros de Ciuitate Dei scribere instituit: quod opus per aliquot annos eum tenuit, aliis occupationibus intercurrentibus. Retract. 2. cap. 43.*

417. *ætat.63. Pelagii errores refutare cœpit.*

418. *ætat.64. Huc pertinet liber de gestis eius cum Emerito Donatistarum Episcopo, 12. Cal. Octob.*

419. *ætat.65. Concilium VI. Carthaginense Episcoporum 217. damnauit Pelagii dogmata. Sic lib. Concil. & Marianus. Verum Prosp. Iornan. & Contractus referunt ad 418. Toto vero Ministerii sui tempore confutauit Arianos, Manichæos, Donatistas & Pelagianos, magno successu & felicitate.*

430. *ætat.76. moritur 8. anno Theodosii Marianus, Iornan. Contract. & Trithem. vbi etiam obseruandum, quod mors Augustini insignem annum Mundi 4400. Centenarium & Iubilæum attingat. Hanc vero alteram nostram annorum Augustini consignationem, lector candidissime, vt ἀπορίαν accipies, eique tantum tribues, quantum coniecturis solet: præsertim cum nos quoque de ea nihil adfirmemus aut determinemus.*

PALLADIVS ad Scotos in CHRISTVM credentes à Cælestino Pontifice Roman. primus mittitur Episcopus: an. 430. Beda histor. Anglicæ cap. 13. Prosp.

EVAGRIVS Scholasticus Epiphanensis, Chronicon suum Ecclesiasticum ab hoc tempore orditur, quo Nestorius Ecclesiam erroribus & seditionibus repleuit. Complexus est Euagrius narrationes annorum 164. vsque ad 594. CHRISTI.

THEODOSIVS Imp. mens. Nouemb. literis hinc inde ad Episcopos missis iussit eos ad proximi anni Pentecosten Synodo Ephesinæ interesse, deque Nestorii dogmate cognoscere & pronunciare. Vide acta Synodi.

SYON-

4401 SYNODVS EPHESINA, Oecumenica tertia, Episcoporum amplius 200. autoritate & mandato Theodosii iunioris Imp. (post Nicenam Synodum anno 106.) coacta: in qua profligata ac damnata est hæresis NESTORII, qui sublata duarum naturarum in Christo vnione hypostatica duas in eo personas reipsa constituebat: etsi id verbis negaret. Negabat enim has propositiones: DEVS est natus ex virgine & crucifixus. Mariam contendebat appellandam esse non θεοτόκον, id est, Deiparam: sed χριστοτόκον, id est, Christiparam. Hinc aut ipse aut alii hoc extruebant, Homini CHRISTO adfuisse λόγον non vnione personali, sed per societatem, siue assistentiam, sicut DEVS adest Eliæ & aliis Sanctis. Huius Concilii Rector ac princeps fuit CYRILLVS Episcopus Alexandrinus, cuius diuina scripta apud Orthodoxos in summa veneratione meritò habentur. Primus pattrum consessus factus est 20. (alii 22.) Iunii. Vide Acta Synodi & Socr. Euagr. Cedren. Zonar. & Vincentium Lyrinensem. 431

4402 *BONIFACIVS Africæ gubernator Romæ accepta magistri militum dignitate post Aetium bello superatum, tertio mense morbo extinctus est. AETIVS pristinam potestatem recepit. Prosp. Marcell. Diac.* 432

4403 IOHANNES Monachus cognomento Cassianus Massiliæ claret. Prosp P. de Natalib. l. 7. c. 59. 433

4404 VINCENTIVS Lyrinensis librum scripsit pro Catholicæ fidei antiquitate, aduersus profanas hæreticorum innouationes: anno 3. post Synodum Ephesinam, vt ipse tempus hoc annotauit. 434

MAXIMVS Taurinensis Episcopus, cuius homiliæ ab Alcuino collectæ passim leguntur, hoc sæculo vixit. Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 9.

4405 *CODEX THEODOSIANVS, Imperatorum Constitutiones vetustas continens, hoc anno absolutus & Constantinopoli editus est, 25. Febr. quod docet præfationis subscriptio.* 435

Dio

Die 11. Febr. pax cum Genserico & Vandalis composita est, & concessa eis ad habitandum per triennium in Africa portio ad Hipponem vrbem. Prosp.

4406 GOTHI *in Gallia pacis placita perturbant, pleraq; municipia sedibus suis vicina occupant, Narbonensi oppido maximè infesti, quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Littorium ducem, ab vtroq; periculo liberatum est. Nam per singulos equites binis tritici modiis aduectis hostes strenuè in fugam vertit, & oppidum annona impleuit. Prosp. Diac.*

4407 GENSERICVS Vandalorum Rex pacem cum Romanis compositam in bellum seu cladem Ecclesiæ conuertens, intra regni sui limites Catholicam fidem subuertere, eamq; Ariana impietate obruere studet, & Episcopos non solum Basilicis suis, sed etiam ciuitatibus pellere conatur: verùm illorum constantia nullis superbissimi Regis terroribus cedit. Quatuor etiam Hispani, Arcadius, Probus, Paschasius & Eutychius, Genserico ob sapientiam & fidele obsequium chari, cùm in Arianam sectam transire nollent, primum proscripti & exilio mulctati, tandem atrociss. suppliciis excruciati, & diuersis mortis generibus interemti, illustri martyrio occubuerunt. Puer etiam Paulillus, Paschasii & Eutychii frater propter elegantiam formæ & ingenii, Genserico acceptus, cum à professione atque amore Catholicæ fidei nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo, vt apparet, interfectus, ne de superata sæuitia impii Regis etiam illa ætas gloriaretur. Prof. Diac.

CYRILLVS *Cyclum 95. annorum componit, incipiens ab anno 153. Diocletiani. Marianus. Sigeb. & Isidorus lib. 6. cap. 17. Ergo inter Pascha huius & 532. anni 95. intercesserunt, & vbi Cyrillus desinit, ibi Dionysius Exiguus incipit. Obserua etiam hunc esse æræ Diocletiani annum 153: vnde supputationis nostræ certitudo comprobatur.*

4408 IOHANNIS CHRYSOSTOMI corpus 27. Ian. Constantinopolim transfertur, magnoque cum honore & veneratione terræ mandatur anno 35. pòst, quàm ille vrbe Constantinopoli pulsus erat, à morte verò eius 31. Marcel. Socr. Cedr. Niceph. 438

4409 *LITTORIUS Romanorum Dux, dum Aetii gloriam superare nititur, & aruspicum responsis dæmonumq; significationibus fidit, cum Gothis imprudenter & infeliciter manum conserit, & amissa exercitus sui parte ipse in hostium manus venit. Prosp.* 439

CARTHAGO à Vandalis duce GENSERICO capta 18. Octob. (alii 19.) anno 583. post quàm in Romanorum potestatem venerat. Gensericus dolo eam inuasit, de cuius amicitia ob recens cum Romanis factum fœdus nihil metuebatur: præcipuè nobilitati atque religioni infensus, ostendit, se non tantùm hominibus, sed etiam Deo bellum inferre. Prosp. Hanc cladem describens ac deplorans Victor Episcopus Vticensis, refert, Gensericum Arianum post multa crudelitatis suæ exempla in pios edita, maximam Clericorum nudatorum & spoliatorum turbam nauibus impositam Africa expulisse, quos diuina miseratio nauigatione prospera Neapolim Campaniæ perduxerit. Plura de hac persecutione apud eundem.

Hoc anno desinunt Chronica SOCRATIS, SOZOMENI, & HISTORIÆ TRIPARTITÆ. Ac etsi in Sozomeno quædam desideramus: tamen ipse ait, se perduxisse Chronicon suum vsque ad Theodosii Consulatum 17. qui in hunc annum incurrit. Estq; hic annus à nato Augusto Cæsare 500. à Roma condita 1190.

4410 LEO eius nominis primus, dictus Magnus, declaratur Romanus Pontifex circa 8. April. Onuph. Huius viri scripta vtilissima hodie cum fructu multo leguntur. Hinc ad Leonis X. Pontificatum 1073. ad eius mortem 1081. 440

Germanus Altissiodorensis Episcopus. Tilius.

GEN-

GENSERICVS Carthagine potitus, superbia & plura possidendi cupiditate longius prouectus, Siciliam cũ classe aggreditur, eamq́ grauiter adfligit & vastat. Cassiodorus. Hinc incipit SICILIÆ HISTORIA POSTERIOR, ab Huberto Goltzio scriptore doctiss. & accuratiss expositа: eaq́ extenditur in annum Christi 1559. Tota illa expositio complectitur annos 1120.

Hic annus Mundi 4410. est insignis climacter Septenarius, quia 4410. sunt sexagies & ter 70. vel nouies 490. vel septies 630.

Per hæc tempora in Ecclesia clari fuerunt, SEDVLIVS Scotus, PHILIPPVS Presbyter, IVNILIVS Episcopus, & PROSPER Aquitanicus, quorum omnium scripta ad nos peruenerunt.

4411 *ATTILA & BLEDA fratres, Hunnorum Reges, transmisso Istro, immensas Hunnorum copias in Romani imperii fines traducunt, & castella in limitibus Istri ad tutelam imperii posita delent. Hinc Hunnica bella omnium cruentissima & terribilissima. Procop. Marcell. & Iornand. de rebus Gothicis. Sigon.* 441

THEODOSIVS bellum mouet GENSERICO & Vandalis Africam tenentibus, per duces suos Ariobindam & Anaxillam: sed illi longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quàm Africæ præsidio fuerunt. Gensericus tamen legatos ad Theodosium de pace misit, quam ille, Hunnorum aduentu territus, ei non inuitus dedit, ne gemino bello implicaretur. Ab hoc anno Victor Vticensis, lib. 1. persecutionis Africæ numerat 37. annos, & 3. menses regni Genserici in Africa. Nam scribit, Gensericum anno regni sui 15. diripuisse Romam: quæ supputatio ad nostram quadrat. Quòd autem sub Christi anno 426. Genserico annos regni 51. assignauimus, id ab hac supputatione non discrepat, quia ab alio principio, nempe ab eo anno, quo Gensericus patri suo defuncto in Vandalorum regno successit, numerantur 51. anni: sed 37. ab hac Vandalorum cum Romanis pace supputantur.

4412 *Hunni Thracias & Illyricum sæua populatione vastare pergunt: Valentinianus Imp. & Gensericus pacis fœdus constituunt, & Africam certis spaciis inter se diuidunt: fuit pax magis necessaria, quàm vtilis. Sigeb. Cass. Iorna. Diaco.* 441

4414 *ATTILA Hunnorum Rex Bledam fratrem & imperii consortem per insidias perimit, & parricidio ad imperii culmen ascendit. Prosp. Iornan. Cassiod. (Marcell. ad seq.)* 444

4415 *PROSPER Aquitanicus Chronologiam suam hoc anno terminat, quam deinceps MATTHÆVS PALMERIVS Florentinus vsq; ad annum Christi 1481. deduxit. Rectius tamen studiosi facient, si ex Chronographis Græcis & Latinis temporum ordinem & historiarum cognitionem petent. Legantur itaq; ZONARAS, CEDRENVS, NICEPHORVS, PROCOPIVS, IORNANDVS, MARCELLINVS, PAVLVS DIACONVS, SIGEBERTVS, REGINO, MARIANVS SCOTVS, HERMANNVS CONTRACTVS, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, VRSPERGENSIS, NAVCLERVS & alii complures, qui tempora aliquo vsq; à se continuata aliis pertexenda reliquerunt.* 445

CYRILLVS Episcopus Alexandrinus obiit anno Theodosii 39. Cedren. p. 281. cum in Alexandrina sede 32. annis enituisset. Niceph. 14. 47. Ei successit Dioscorus, Cyrillo dissimilimus: vtpote Eutychianus.

4417 *Liber Nouellarum Constitutionum Theodosii, quas ille ad suum Codicem adiici voluit, editus est Cal. Octob. quod ex præfatione patet.* 447

Hoc ferme tempore Anglorum siue Saxonum gens inuitata à Rege Britannico ad defendendam contra hostes Britanniam, tribus longis nauibus aduecta est, sed cùm post partam victoriam promissa stipendia sibi non solui quiritarentur, in Britannia à se defensa perpetuum domicilium

ac se

ac sedes fixerunt, qua occasione Britannia in duo regna, Anglorum & Scotorum diuisa est. Hunc euentum alii referunt ad an. 449. sed Beda ab hoc tempore annos introitus Saxonum in Britanniam numerat. Nam annus Christi 596. est ei 150. Anglorum: Christi 627. est ei 180. Item 731. est ei 285. Vide Bedam Anglica histor. lib. 1. cap. 15. 23. Item Cranzium Saxonia lib. 1. Diac. 14.

Anno 20. post Nestorii ordinationem, EVTYCHES Archimandrita siue Abbas Constantinopolitanus, hæresin condidit de confusione duarum naturarum in CHRISTO, argumentando procedens ab vna persona ad vnam naturam, quemadmodum econtrario NESTORIVS ex duabus naturis, duas in CHRISTO personas asseruerat. Euag. Contract. Niceph. Marian. &c.

4419 Collecta est Calend. Augusti SYNODVS EPHESINA II. latrociniis infamis, & propterea appel- 449
lata λῃστρικὴ, id est, prædatoria, siue latrunculorum concursus. Nam DIOSCORVS ALEXANDRINVS Episcopus, & alii, ad hanc sacram pugnam, pro gladio spirituali & mente sana, attulerant robustos lacertos ac pugnos: pro scripturæ testimoniis stipatorum manum: atq; ita armorum terroribus, minis ac metu sacerdotibus trepidis, Eutychiani delirii approbationem extorserant: inprimis verò THEODOSII Imp. autoritate, bonitate & credulitate abusi fuerant ad corroganda suffurandaque suffragia. Ipsum tamen EVTYCHIS DOGMA, à mala ortum radice, non potuit diu florere vel εὐτυχεῖν: sed post biennium mortuo Theodosio, redditaque Episcopis linguæ libertate, in Concilio Chalcedonensi defloruit & emarcuit.

DIOSCORVS FLAVIANVM Episcopum Constantinopolitanum aduersantem Eutychi, ex insidiis interficiendum curauit. Hic est FLAVIA-

» NVS ille, ad quem hoc ipso anno Idib. Iunii LEO
» PAPA scripsit insignem illam planeque ORTHO-
» DOXAM EPISTOLAM, qua Eutychis dogma de
» duatum in CHRISTO naturarum confusione
» piè ac dextrè refellitur, & doctrina de Commu-
» nicatione Idiomatum ita illustratur, vt eruditis
» hæc Epistola sit instar gnomonis, ad cuius indi-
» cium in difficilium disputationum explicatione
» sententias suas dirigant & conforment. Eam tamen fidei decisionem incorruptissimam, Eutychiani vt hæreticam damnarunt & reiecerunt, teste Euagrio lib. 3. Plura de huius Conciliabuli violento processu apud Zonaram, Cedrenum, Niceph. Euagr. &c.

MEROVÆVS III. *Francorum Rex regnare cœpit (ab imperio Augusti anno 490. id est, (septies 70.) à quo Franci cognominati sunt Merouingi. Eginhart. Sigeb. Aemilius. Tritt.*

4420 THODOSIVS iunior, equo collapso afflictus, inq; lectica domum relatus, moritur Constantinopoli 28. Iulii, æt. 50. indictione tertia, vt habet Theodorus Lector & alii, cum Orientis imperio præfuisset an. 42. mens. 2. dies 28. Onuphr. *Hic Imp. plus iusto procliuis fuit ad obsequendum familiarib. aliquid suadentibus, adeo, vt sapè schedis non lectis subscriberet. Quod cum Pulcheria Soror eius animaduerteret, callidè sub prætextu petendi muneris, per literas petebat, sibi in seruitutem tradi Eudociam Imperatoris coniugem. Quod cùm ille Sigillo mox confirmasset: Soror monstratis & lectis literis acriter eum obiurgauit: atque vt in talibus accurationem adhiberet monuit. Diaconus prolixè recitans huius Imp. laudes hoc quoque memorat, cum à quodam interrogaretur, cur nullum eorum, qui ipsum læserant, subiecisset suppliciis & morti? Vtinam, inquit*, possem mortuos in vitam reuocare. *Ante obitum Theodosius cognita Flauiani cade nefaria, errorem* 450

rem suum seriò deplorauit, quòd Chrysaphio Eunucho, qui Imperatoris simplicitati imposuerat, in tuendis Eutychianis obsecutus esset: ideoq; eum in Insulam quandam relegauit, quem Pulcheria paulò pòst interfici iussit. Cedren. Marcell.

MARCIANI IMPERIVM.

Hic Imp. crebrò habuit illud in ore: *Dum in pace esse possumus, arma non induamus.*

Est annus ab V.C. 1200. completus: ab imperio Augusti primoq; eius Consulatu 490 compl.

4421 SYNODVS CHALCEDONENSIS, Oecumenica quarta, 630. patrum, à Marciano indicta, celebratur Chalcedone in templo S. Euphemiæ martyris, die 8. Octob. ipso Marciano Imp. præsente: in qua anathemate percussus est EVTYCHES, qui negabat, in CHRISTO duas permanere naturas post earum vnionem. Cum enim NESTORII errore profligato, didicisset naturas in CHRISTO discernendas, sed non distrahendas, aut vnam personam in duas diuidendam esse: ad contrariam delapsus hyperbolen, contendit naturam humanam conuersam esse in diuinam, atque ita pro personali vnione introduxit confusionem naturarum; quarum proprietatibus vel permixtis, vel permutatis, vel quomodocunq; conuersis aut confusis, nullum earum discrimen relinquitur. Huius autem negotii apex atque caput est, vt in CHRISTO duo illa considerentur & retineantur: naturarum PERSONALIS VNIO (ad hanc ostendendam vsurpatur CONCRETVM) & naturarum DISTINCTIO (ad hanc ostendendam vsurpatur ABSTRACTVM.) Illam negauit NESTORIVS: hanc EVTYCHES. Qua de re Vigilius Episcopus Tridentinus lib. 2. Nestorio committens Eutychen inter cætera sic loquitur: *Nestorius duas intuens naturas, duas putauit esse personas: Eutyches respiciens* 451

vnam personam, vnam censuit esse naturam. Et quia est in Christo & naturarum proprietas & persona vnio, Nestorius proprietatem attendens naturarum, à persona excidit vnione: Et Eutyches vnam intuens personam, à naturarum proprietate desciuit, & ipsam diuinitatem asseruit passam. Vides quanti periculi res sit, aut vnam in Christo non credere personam, aut duas nolle profiteri naturas. Dum vnam contra Nestorium Christi defendo personam, existimor secundum Eutychen humanam negare naturam: Dum contra Eutychen duas assero naturas, existimor secundum Nestorium duas profiteri personas, quia ille duabus naturis duos Christos, duasq; personas credidit ascribendas. Hactenus Vigilius.

Deprehenso itaq; & repudiato errore, S. Patres decretis Synodi prædatoriæ rescissis, Eutychen damnarunt, & sacerdotio abdicarunt, Dioscorum item Episcopatu detrusum Synodus iussit in exilio ἀτυχεῖν, de quo lege Euagrium, Cedr. Zonar. Niceph. & Decret. distinct. 15. & 96. Hæc sunt quatuor illa Concilia Oecumenica: NICENVM, CONSTANTINOPOLITANVM, EPHESINVM & CHALCEDONENSE, quæ Gregorius Magnus Rom. pontifex in Epistolis ait, se ita recipere ac venerari, vt quatuor Euangelia. Et hæc celebrata sunt sub quatuor Impp. scilicet, CONSTANTINO MAGNO, THEODOSIO MAGNO, THEODOSIO IVNIORE & MARCIANO. Distat Synodus Chalcedonensis à Nicena annis 126. de cuius æra alibi disputabimus.

Vrbs Aureliana obsidetur. Tilius.

PVGNA CATALAVNICA.

Hoc ipso anno postquam ATTILA *in Galliam irruperat, & aduentante Romanorum exercitu ab vrbis Aurelianæ oppugnatione reuocatus fuerat, accidit memorabilis illa Attilæ cum Romanis pugna in campis Catalaunicis, plurimorum scriptis decantata, de qua lege Iornandum,*

Marcellinum, Sigebertum, Marianum, Diaconum, Blō-dum, Bonfinium, Nauclerum, Tritthemiū, Cranzium, &c. Interfuerunt huic prælio ex altera parte Attila Hunnorum Rex, eiusque socii Ostrogothi, Gepidæ, & Germaniæ populi, Quadi, Marcomanni, Heruli, Turcilingi, Thuringi, Saxones, ad quingenta millia hominum. Ex altera parte Aetius dux Romani exercitus, Merouæus Francorum Rex, & his iuncti Gothi, Franci, Alani & Burgundiones. Hi exercitus, *vt Iornandi verba recitemus*, tanta animorum pertinacia conflixerunt, vt 162. millia hominum vtinq; cæsa referantur, exceptis 90. millibus Gepidarum & Francorum, qui pridie prælii noctu sibi occurrentes mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte dimicantib. Cuius belli vix vllum simile narrat antiquitas. Nam riuulus memorati campi, ripa humili prolabens, peremptorum vulneribus sanguine multo prouectus, non actus imbribus, sed liquore concitatus insolito, torrens factus est cruoris augmento. *Hæc ille. Aetius etsi prælio fuit superior: Attilam tamen vsque ad internecionem delere non potuit, quin imo ille etiam potiore exercitus parte amissa, nequaquam animo concidit, sed ex Aetii discessu spe concepta, in ea loca, vnde exierat, sese recipiens, vires collegit, & exercitum instaurauit ac suppleuit, ipsi Italiæ maiorib. copiis bellum illaturus. Hic est Attila, qui arroganter dixit, stellas præ se cadere, terram tremere, se malleum esse vniuersi orbis. Cumq; Eremita quidam ei dixisset, Tu es flagellum DEI vicia Christiani populi corrigens: iussit illud titulo suo adiici, de quo vide Nicolaum Olahum libr. 6. apud Bonfinium.*

4422 *Hoc demum anno Attila redintegratis viribus. Italiam infesto cum exercitu inuadens, aduentu suo ciuitatib. cunctis incredibilem iniecit terrorem. Aquileiam vrbem potentissimam à ciuibus desertam funditus deleuit: Ticinum atque Mediolanum excidit, & illud ipsum incen-* 452

dium ad reliquas etiam Italiæ vrbes circumtulit, quas vel diruit, vel diripuit, vel flammis absumpsit. Vide Procop. Diac. Caßiod. Marcell. Iornan. Sigeber. &c. Distat hic Italiæ luctus à clade Cannensi annis 666.

Sunt qui ab Aquileiæ excidio primordia clarissimæ & florentissimæ VRBIS VENETIARVM deducant, eamque hac occasione natam tradant. Cum Attila eandem facem, qua Aquileiam inflammauerat, reliquis Italiæ vrbibus se admoturum minitaretur, potentissimi quique vrbium illarum ciues, relicta patria, vel in Insulis perfugia querentes, vel stagnis, paludibus, ac fluuiis salutem suam permittentes, de sedibus, domiciliisque suis alicubi figendis, vrbibus extruendis, & rebus public. constituendis deliberarunt. Cumque in Adriatici sinus ora riuus altus videretur cæteris locis tutior, & ad omnia commodior, Respub. Veneta condita est, cuius maiestas hodie, vt quidam dixit, multò veriùs quam Ægypti pyramides inter mundi miracula recensetur. Sed de anno, quo vrbs illa condi cœpta sit, dissentiunt scriptores, aliis annum Christi 421. aliis 430. aliis item 453. aut 456. definientibus. Vtut autem ista se habeant, si ab Attilæ in Italiam irruptione (inclusiue) numeratio instituenda est, hic præsens nati Christi annus 1598. erit ab eo tempore 1147. Consule Blondum, Sabellicum & alios rerum Venetarum scriptores. Hic est, Leone teste, annus 74. à primo Consulatu Theodosii magni, de quo alias. A Roma condita 1203.

4423 *Cum AVTILA Romam directurus putaretur, Leo Papa legatus à Valentiniano missus, Attila placato & exorato perfecit, vt ille non solum à Roma oppugnatione abstineret, sed etiam data & firmata pace, Italia tota excederet. Diac. & alii.* 453

Attila

Attila interrogatus, cur Leoni tam placabilem se præbuisset, respondisse fertur: se non illum, sed senem quendam Leoni à tergo astantem fuisse reueritum, qui stricto gladio ipsi mortem intentarit, nisi pontificis postulatis acquiesceret. Sigeb. Iornand.

NICASIVS Rhemorum Episcopus martyr. Tilius.

4434 *Hic annus vita exuit* ATTILAM *Regem Hunnorum,* THORISMVNDVM *R. Gothorum, &* AETIVM *Romani exercitus ducem (à morte Pompeii Magni 500.) Attila cum in nuptiis regio apparatu celebratis, vino se largius ingurgitasset, per somnum sanguine è naribus erumpente suffocatus est, & humani generis diutinæ vexationi finem aliquando vel mortuus attulit. Hic fuit exitus hominis, qui stellas armis territare sibi videbatur. Armis inuictus, victus amore fuit. Callimachus Experiens extinctum prodidit an ætat. 56. Alii Attilæ interitum in annum superiorem conferunt: sed nos Marcellinum sequimur.* 454

AETIVS *vir bellicosissimus, qui ex agricola Magister militum factus fuerat, & Attilam in campis Catalaunicis fugarat, hac occasione peremptus est. Maximus quidam erat è senatoribus vnus, & quidem è stirpe Maximi tyranni illius, quem Theodosius Magnus debellauerat ac sustulerat: huic vxor erat formosissima, cuius pudicitiæ Valentinianus, insano amore incensus, vim intulit. Maximus de tollendo Valentiniano cogitans, & viuo Aetio se nihil profecturum expendens, Aetium per Eunuchos Valentiniano suspectum reddidit, quod rebus nouis studeret, & Imperatori omnem rerum gestarum gloriam laude sua eriperet. Valentinianus itaque de his rebus ita persuasus, Aetium ex Gallia Romam accersitum, & nihil tale vel meritum vel metuentem, sua manu (vt loquitur Diaconus) aliena autem fraude, interimit. Valentinianus*

de Aetii cæde deliberans, quendam ex familiarib. interrogaret. Num Aetii mors futura esset Reipub. vtilis? respõdit ille, hoc ipse videret, bene an malè: se id scire, quod Imperator illum occidẽdo sibi dextram altera manu præciderit: quod quidem & euentu ipso comprobatum est. Nam hoc viro extincto, qui ad Rempub. defendendam natus videbatur, simul cum ipso Occidentis imperium concidit & corruit, & Respublica salutis suæ dextram amisit. Procop. in Vandal. Marcell. Diac.

S. SEVERINVS Monachus, dictus Noricorum Apostolus, in Noricum seu Austriam venit, & religionem Christianam voce sua propagauit. Dicitur prophetiæ spiritu claruisse. Cusp. P. de Natalib. lib. 2. cap. 56.

4425 ROMA duce GENSERICO à Vandalis capta. 455

VALENTINIANVS Augustus, Honorii Imp. è sorore Placidia nepos, Romæ in campo Martio 16. Cal. Aprilis ab Aetii amicis vel satellitibus instigante Maximo, cuius ille vxorem stuprauerat, confoditur, ætat. 36. imperii anno 29. mens. 5. d. 23. Onuphr. Maximus imperium inuadit, ac vt solent flagitia, & iis inflictæ pœnæ, eiusdem esse generis, Eodoxiam Valentiniani vxorem vi compressam turpibus nuptiis sibi copulat. Huius iniuriæ atque contumeliæ illa impatiens, Gensericum Vandalorum Regem missis donis & bona spe, pluribus potiundi, ex Africa accersit, & Maximi tyrannide se & vrbem Romam liberari petit. Genserico igitur precibus illius annuente, & armata cum classe magnisque copiis Romam de improuiso aduentante, ciues pauore correpti ex vrbe in loca tutiora profugiunt. In qua trepidatione Maximus tyrannus fugam capessens, à Romanis primum lapidibus petitus, deinde dilaniatus & membratim dissectus in Tiberim proiicitur 77. die post, quam tyrannidem arripuerat. Die itaque 12. Iulii (alii 12. Iunii) Genesericus Romam

Romam præsidio vacuam, nullo aduersante, ingressus, non solum priuatas ciuium domos spoliauit, sed etiam sacrarum ædium donaria auro gemmisque ornata, nonnulla etiam aurea vasa è templo Hierosolymitano à Tito allata, rapuit, eaque vna cum Eodoxia & duab. eius filiab. in Africam secum asportauit. Scribit etiam Iustinianus (lib. 1. Cod. de offic. præf. Prætorio Africæ) Gensericum imperialia ornamenta in Africam abduxisse. Hoc itaque modo Roma gentium domina in potestatem venit Vandolorum, qui exactis 14. diebus direptionis, præda onusti vrbe excesserunt, & Africam repetiuerunt. *Ab hoc deinceps tempore, inquit Onuphrius, parum imperii vel maiestatis, si vetera memoria repetamus, Roma habuit. Hac enim Vandalorum clade accepta paulatim concidere incipiẽs, non multo post cum omnibus prouinciis, Occidentis imperii nomen & maiestatem amisit.* Hæc ille. Plura de his Procop. Iornan. Euag. Marcel. Diac. Zona. Niceph. Sigeb. Marian. Victor. &c.

Hic est annus Romæ conditæ 1206. ab eiectis Roma regibus 961. post captam à Gallis Romam 840. completus: postquam ab Alaricho capta fuerat 45. (vel vt Diaconus habet 44. compl.) à principio Nabonassaris 1200. compl. à fine regni Lydorum sub Crœso 1000. à capta Carthagine (incl.) 600. à Monarchia Iulii 500. ab imperio Neronis 400. à Monarchia Alexandri Magni 784. Marcellinus huic euentui aßignat indictionem 8. & octauum Valentiniani Consulatum. Marianus die 12. Iulii, feria 3. scribit Romam captam, quæ omnia ad Dionysii tabulas (quas apud Bedam reperies) collata & examinata exactißime quadrant.

4426 *AVITVS, qui post Maximum anno superiore susceperat imperium, Romam veniens, atque inuidia se premi & insidiis peti intelligens, deponit magistratum, & ex Imperatore fit Episcopus Placentinus: paulo post moritur. Caßid. Sigon.* 456

BLON-

BLONDVS hinc orditur historiam Venetam, de qua supra 452.

4427 MARCIANVS Imp. mor. 7. Cal. Feb. Onuph. (Sigon. 6. Calen. Mart.) cum imperasset an. 6. mens. 6. d. 10. Diac. & Theodorus Lector. 457

LEONIS IMPERIVM in Oriente. Theodorus. Cass. Cedren. Euag. Marcel. Vide Iornan. in Geticis.

MAIORANI IMPERIVM in Occidente.

LEO Imp. solitus est dicere: *Quemadmodum Sol quibus affulserit, iis calorem impertit: ita princeps clementiam impertiat iis, quos aspexerit. Cedren.*

4428 *MAIORANVS in Africam traiiciens, bellum Genserico frustra infert. Cass.* 458

Ingens terramotus die 14. Septemb. imminente die Dominica. Antiochiam concussit, peneque totam prostrauit, ante cuius initium quidam è populo supra modum insanire & omnem beluinam feritatem longè superare visi sunt, quasi procemium eiusmodi cladibus prabituri. Erat is annus Antiochenorum 506. & ab eo terramotu, qui anno Antiocheno 159. sub Traiano acciderat, 347. Euagr. 2. cap. 12. Niceph. 15. cap. 20. Hac ara Antiochena insigne prabet documentum annorum recte à nobis supputatorum. Vide annos M. 3923. 4081. & 4273.

4431 LEO MAGNVS, Pontifex Romanus, 3. Idus Aprilis (4. Cal. Iulii, Marianus) moritur, indictione 10. Marcell. Onuph. à morte Dauidis regnoque Salomonis 1500. ab imperio Augusti 501. Hinc ad obitum Leonis X. Papæ 1060. 461

MAIORANVS Imp. nihil aduersi suspicans, dolo Ricimeris extinguitur, 7. Idus Augusti, imperii an. 4. successit ei SEVERVS. Cass. Marcel.

4432 Per hæc tempora Mamertus Præsul Viennensis, cũ vrbs illa horrendo terræmotu laceraretur ac vastaretur, LITANIAS siue supplicationes, diebus 462

bus Rogationum decantandas instituit, vt testatur Ptolemæus Lucensis, Volaterr. & hist. Lombardica c.66. P. de Natalib. 4. c.114.

CONSTANTINOPOLI cuidam pictori, aggresso CHRISTUM forma Iouis pingere, manus exaruit. Eum facinus confitentem Gennadius Episcopus Constantinopolitanus piis precibus sanauit. Cedr. Niceph.

4435 SEVERUS Imp. moritur 18. Calend. Septemb. 465
veneno, vt putatur, Ricimeris fraude peremptus, an. imperii 4. Roma Imperatore caruit an. 1. mens. propè 8. Interim Ricimer militiæ dux, magna armatus potentia, Rempub. administrauit. Cedr. Cass. Onuph. *Vide imperii Romani inclinationem.*

Quatuor Impp. Occidentales occubuerunt decennii spacio post captam Romam MAXIMUS, AVITUS, MAIORANUS & SEVERUS: omitto reliquos: qui hos secuti sunt. Distat hoc Romanæ Reipub. interregnum à capta Babylone & Monarchiæ Persicæ principio sub Cyro, annis 1000.

4437 ANTHEMIUS, Imperatoris Marciani gener, Ro- 467
mæ prid. Idus Aprilis appellatur Augustus, & Seuero surrogatur. Cass. Euag. &c. Hic vt Ricimeris gratiam sibi conciliaret, imperiumq; suum stabiliret filiam ei in matrimonium collocauit. Fuitq; hic vltimus Occidentalium principium, in quo ac lacertorum aliquid fuit. Sigon.

4440 S. REMIGIUS ordinatur Episcopus Remensis: te- 470
net Episcopatum an. 74 Ior. Contract. Sigeb. P. de Natal. 9. c.9.

4441 *ASPAR regnum adfectans, vna cum filio Ardaburio, quē* 471
Cæsarem declarauerat, à Lenone Imp. capitali supplicio adficitur. Cass. Marcell.

4442 ANTHEMIUS Imp. à Ricimere genero suo contra 472
ius occiditur an. imperii 5. mense 2. d.30. & Roma de 11. Iul. diripitur tertiò, postquam ab Alaricho &

& Genserico capta & direpta fuerat. Verum Ricimer hoc scelere perpetrato non diu lætatus est. Nam die 39. post, sæuissimis corporis cruciatib. extinctus periit, 14. August. OLYBRIVS etiam, qui Anthemio successerat, vix degustato imperio mortuus est, 23. Octob. Cass. Euag. Marcell. Iorn.

Incidit hac Romæ calamitas in annum à morte Cyri 1000. à Monarchia Alexandri Magni 800. Augusti 500. ab excidio vrbis Ierusalem & imperio Vespasiani 401. à natali Augusti Cæsaris 532. comp.

4443 GLYCERIVS 5. Martii Olybrio sufficitur, in Occidentis imperio. In Oriente vero Leo Imp. nepotem suum LEONEM IVNIOREM Zenonis filium, imperii consortem facit. Cass. Ced. Zona. Diaco. &c. 473

4444 LEO SENIOR Imp. moritur, imper. an. 17. LEO IVNIOR parentem suum Zenonem in imperii consortium adsumpsit, & aliquanto post morbo extinctus est. 474

ZENONIS IMPERIVM. Euag. Diaco.

Romæ GLYCERIVS emenso annuo imperii spacio à Iulio nepote compulsus deponit imperium, & fit Salonæ in Dalmatia Episcopus. Iornan. Euag.

4445 AVGVSTVLVS accipit imperium. 475

ORESTES genere Gothus, Nepotem Imperatorem, qui ipsum honoribus auxerat, & Magistrum militum fecerat, imperio priuat, & eum in Dalmatias fugat, felicitatis suæ autori malā gratiam reddens: filium vero suum Augustulum puerum adhuc constituit Imperatorem, 31. Octobr. qui imperauit mens. 9. dieb. 24. Onuph. ex Euag. Iornan. Diac. Marcel. & alii. Vide Procopium lib. 1. de bello Gothorum. quorum historiam ille altius repetitam hinc orditur, etsi 18. tantum annorum bella, Iustiniani tempore gesta, describat.

Hic est annus ab V. C. 1226. vbi obserua, Augustulum impe-

rare

rare cœpisse anno 500. pòst, quàm Senatus Romanus Octauianum Cæsarem primum Augusti appellatione salutauerat & honorauerat. Fato igitur quodam Romani vltimum hunc Occidentalis imperii principem, qui puer erat, diminuto nomine Augustulum appellarunt, vt intelligeretur nunc demum anno 500. à nata appellatione Augusti, vnà cum vocis mutatione, ipsam quoq; Augustalem dignitatem, imperiiq; Romani Maiestatem diminuendam, immutandam, aut aliò transferendam esse. Sæpè etiam regna sub iis Regibus deficiunt, concidunt aut mutantur, qui eorundem regnorum conditores ac fundatores nomine referunt. Ita regnum Persarum sub Dario cœperat & creuerat: sub altero Dario corruit ac desiit. Eadem etiam fuerunt nomina Philippi Macedonis & Philippi patris Persei: Bruti primi Cos. & Bruti interfectoris Iulii: Constantini Magni, qui Constantinopolim condidit, & Constantini Palæologi, cui vrbem illam Turci eripuerunt: item Augusti & Augustuli: vt interim de Regibus Galliæ, aliarumq; nationum taceamus.

4446 IMPERIVM ROMANORVM IN OCCIDENTE DESIIT. 476

ODOACER Herulorum Rex Romam obtinuit, & Oreste trucidato, Augustulum imperio se abdicare coegit, atq; ita Romanorum imperium in Occidente desiit, barbaris Romæ & in Italia dominantibus. Odoacer primus Italiæ Rex in Occidente regnat an. 16. mens. 6. dieb. 3. Onuph.

ROMA IV. CAPTA AB ODOACRE Rege. Sigonius.

Fuit autem mutationis illius hæc occasio. Cum Romani receptis in societatem Scythis, Alanis & Gothis, ingentia mala ab Alaricho & ducibus Gothorum, aliquot iam annis, perpessi essent, Romanorum principum potentia ac dignitas ita fracta, & veluti suo quodam senio debilitata atq; attenuata est, vt illi sub decente societatis & fœderum nomine à peregrinis & barbaris populis immu-

denter ac nefariè ad pleraq; inuiti cogerentur. Tandem verò Orestes cùm occiso Nepote imperium rapuisset, illudq; Augustulo filio suo tradidisset: fœdus cum Genserico Vandalorum Rege in Africa fecit, quòd huius amicitiam ad pacis diuturnitatem, regniq; incolumitatem sibi profuturam speraret. Verùm dum ille timet ab Austro, sæua tempestas ab Aquilone orta, eum obruit. Nam Odoacer, qui quondam Orestis armiger fuerat, & Italiam norat, spe prædæ illectis & excitis Herulis, Turcilingis, Rugiis, aliisq; gentibus, traiecto Danubio Italiam inuadit & occupat, atq; 23. Augusti à suo exercitu proclamatus Rex Italiæ, non ita multò pòst Placentiæ Orestem necat, Romam capit, & Augustulum purpura exutum imperio se abdicare cogit, eumq; in quodam Campaniæ castello exulare, priuatumq; viuere iubet. Ita Imperium populi Romani Occidentale occidit ac defecit, barbaris & peregrinis Italiam firma possessione tenentibus. Et hæc quidem ἀναρχία, vel confusionibus plenum interregnum, cœpit anno centesimo post, quàm sub Valente Imp. Gothi in Italiam intromissi, imò nauigiis introducti fuerant. Interregnum hoc, quo Occidens sine Impp. fuit, durauit annis 324. mensibus 4. vsq; ad Carolum Magnum Imperatorem Romæ coronatum, anno Christi 800. expleto. Odoacer reiecto & repudiato Imperatoris illustri titulo, Regem Italiæ se appellari voluit. Augusti etiam nomen honorificum ex hoc tempore à Regibus Occidentis non est in titulis vsurpatum, quod vt olim fuit florentissimum, ita in Augustulo exaruisse aut expirasse videri potest. Plura de hoc anno Procop. Iornan. Marcellin. Cass. Diac. Euagr. Cedren. Niceph. Onuph. Sigon. & Golzius in Elencho Regum Siciliæ.

Hic est annus ab V.C. 1227. ab expulsis Roma. Regibus 982. à primo Consulatu Iulii Cæs. 532. expletus, à Monarchia Iulii 522. à morte Iulii 518. ab Augusti Monarchia 505. Hæc ipsa vrbs capta fuit à Gallis ante annos 862. ab Alari-

lariche ante 66. à Genserico ante 21. Hinc ad captam nostro tempore Romam 1051.

ODOACER *Italiam ingressurus, dicitur S. Seuerinum Monachum de euentu belli consuluisse, atq; ab eo benedictionem petiisse: quem ille his verbis dimiserit:* Perge Odoacer in Italiam vilissimis nunc pellibus rectus: verum multis propediem preciosa multa dilargiturus. Sigo. Sigeb.

4448 GENSERICVS *Vandalorum Rex tyrannidis & vitæ finem fecit, post captam à se Romam anno 23. post Carthaginem occupatam 39. à morte Alexandri Magni 800. Huic successit non melior filius* HVNERICHVS, *secta Arianus, regnauit ann. 8. Iornand. Procopius. lib. 1. Vandal. Gensericus iam senex, inquit, testamentum condidit, in quo cùm alia multa Vandalis mandaret, tum vt per manus eius regni successores, propinquiori ex genere virilis prolis, traderentur, & ex his qui ætate præcederent. Decessit post Carthaginem à se captam anno 39. Victor verò Vticensis lib. 2. persecutionis Africæ ita scribit: Hunerichus Genserico patri succedens in primordio regni, vt habet subtilitas barbarorum, cœpit mitius & moderatius agere, maximè circa religionem nostram, vt etiam vbi antea sub Genserico prædicatum fuerat, ne conuentus Spirituales fierent, nunc conuenticula concurrerent populorum. Et vt se religiosum ostenderet, iubet inquiri hæreticos Manichæos, ex quibus multos incendio absumpsit, plurimos etiam nauibus transmarinis abduxit, quos penè omnes reperit esse suæ religioni, nempe Arianæ hæresi, addictos. Vnde magis erubescens, amplius exarsit. Hic cupiditate insatiabili bonis subditorum inhians, variis exactionibus eos onerabat, vt de illo præcipuè diceretur,* Rex egens reditibus, magna calamitas est. 478

Ibidem vide de Eugenio viro sancto & Orthodoxo in Episcopum Carthaginensem electo, magna cum Ecclesiæ DEI lætitia.

4454 Anno septimo Hunerici Regis per totam Africam cœpit Catholicorum sæua & horrenda persecutio, cuius atrocitatem Victor Vticensis ita descripsit, vt Lector non solum de summa crudelitate in Homousianos vel Orthodoxos nihil prætermissum fuisse intelligat, sed etiam exempla piorum hominum, diuinitatis CHRISTI professionem feruentissimo Zelo, vitæ & incolumitati suę præferentium, admirabundus intueatur. Si nitatur aliquis, inquit Victor, ea saltem perscribere, quæ in vrbe Carthagine gesta sunt, ne ipsa quidem nomina tormentorum dicere poterit, quæ res hodie cuiq; proposita demonstrari potest: vbi alios sine manibus, alios sine oculis, alios sine pedibus, alios truncatos naribus auribusq; videas, &c. Procopius scribit suo quoque tempore Byzantii quosdam impedita voce vsos fuisse, quorum linguas Hunerichus incidi iusserat, vt eiusmodi suppliciorum metu Christianos reliquos ad Arianorum sectam traduceret. 484

Hoc anno Cos. fuit Theodericus Rex Ostrogothorum: Estque annus ab exitu ex Aegypto 2000. compl.

4455 *Sceleratissimus HVNERICHVS Vandalorum Rex, qui Christum de diuinitatis suæ throno deiicere nitebatur, in medio furoris sui cursu ab eo, quem persequebatur, repressus, & meritis suis digna morte extinctus est. Nam, vt autor est Victor, corpus eius putrefactum vermibus ita scatere & ebullire cœpit, vt non corpus, sed corporis partes sepulta sint. Et successit, teste Procopio, GVNDABVNDVS, qui Christianos imitatione suorum suppliciis etiam maioribus adflixit, & 12. annis regnauit.* 485

CLODOVÆVS Francorum Rex, regnat annis 30. nempe 15. in gentilismo: 15. in Christianismo, quem primus Regum Francorum suscepit. Sub hoc ipso rege, Romanum impe-

imperium in Gallijs defecit, quando Clodoueus, victo & occiso Syagrio, Suessionem Galliæ vrbem & reliqua oppida Romanis eripuit, atq; suo imperio subiecit. Iornan. Sigeb. Trith. Tilius & scriptores Gallici. Numerantur à fine belli Gallici sub Iulio Cæsare huc vsque anni 532. qui numerus appellatur Cyclus magnus.

Sub hoc rege GALLIA primo cœpit vti insigni triū Liliorum aureorum in campo cæruleo. Munster. lib. 2. Cosmogr. c. 30.

4456 *Hic est annus 60. ab aduentu Vandalorum in Africam, quo Victor Vticensis extincto Hunericho historiam persecutionis Africæ scripsit.* 486

4457 *Odoacer Febano vel Feletæo Rugiorum Rege victo & capto potitus, Rugios in Italiam transtulit. Cassiod.* 487

4458 *ZENO Imperator vt Italiam sibi assereret. Theodoricum Gothorum Regulum hortatur ad inuadendam Italiam, & oppugnandum Odoacrem, quòd præter ius & æquum Italiæ regnum rapuisset. Procop. Iornand.* 488

Hinc orditur LEONHARTVS ARETINVS historiam belli Italici aduersus Gothos, quæ continet 64. annos, & adiuncta est Procopii & Iornandi scriptis.

4459 *THEODERICVS Amalus, Theodemiri filius, Valamiri nepos, comitante Gothorum gente, Italiam ingressus, ad amnem Sontium, non procul ab Aquileia, Odoacrem magno prælio superatum in fugam conuertit. Eodem anno repetito conflictu ad Veronam Theodericus exercitum Odoacris contriuit, & terga dare coegit. Theodericus item Veronam inuasit. Cass. Diac.* 489

4460 *THEODERICVS Rex tertio certamine superauit & profligauit Odoacrem, qui cum sibi introitum vrbis Romæ à ciuibus præcludi cerneret, gladio & flammis consumpsit quæ attingere potuit, & Rauennæ mœnibus se inclusit, vbi graui obsidione per triennium Theodericus eum premerè non destitit. Procop. Iornand. Cassiod. Diac.* 490

IDACIVS CLARVS Lemicæ Hispaniarum vrbis

Episcopus, cuius scripta habemus, hoc tempore floruit.

4461 ZENO Imp. comitiali morbo extinguitur 8. Idib. April. (alii 7. Idus) an. imperii 17. Euag. Cedr. &c. 491

ANASTASII IMPERIVM in Oriente.

Hic etsi Eutychianus esset, tamen primis imperii annis nihil omnino rerum nouarum in Ecclesia moliri voluit, sed omnibus modis elaborauit, vt Ecclesiæ ab omni tumultu & perturbatione vacarent. Chalcedonense verò Concilium in Ecclesiis neq; palàm prædicatum fuit, neque ab omnibus reiectum. Nam singuli Ecclesiarum præsides pro suo arbitratu ea in re egerunt. Postquàm verò Ecclesiæ in separatas factiones diuidebantur. Anastasius imp. Episcopos reb. nouis studentes, vt quenquam præter consuetudinem illorum locorum, in quibus ætatem degebat, Concilium Chalcedonense prædicantem, aut illud anathemate damnantem comperiret, exturbauit.

Huic imperatorio habitu in circo sedenti, populus veluti vno ore inclamauit: Sicut vixisti, ita etiam impera. *Quippe nondum sumpto imperio, ante galli cantum templum adire solebat, ibiq; dum concio dimitteretur, adstabat Deum placans, frequenter ieiunabat, & sua pauperib. ac mendicis erogabat. Cedr. Euag.*

Huc vsq; Euagrius ab imperio Diocletiani numerat an. 207. ab imperio Augusti 532. (id est, Cyclum magnum) menses 7. à capta Troia. 1683. (nos 1673.)

284	3928	2788
207	532	1673
491	4460	4461

4463 ODOACER *rerum necessariarum inopia victus, Theoderico se dedidit, & 3. Cal. Martias pacem cum eo hac conditione fecit, vt in vrbe Rauenna Theodericus & Odoacer æqua sorte viuerent, pariterq; imperio potirentur.* 493

Ve

Verum Theodericus Odoacrem conuiuio exceptum cum filiis per sicarios interfecit, 3. Nonas Martias. Cassio. Procop. Diac. Iornan. &c.

THEODERICVS Rex Italiæ regnauit post Odoacris cædem an. 33. mens. 5. d. 28. Onuph.

Estq; hic annus 1000. à primis Coss. & Regibus Roma expulsis.

4464 *THEODERICVS omnem curam ac laborem ad Italiam instaurandam, legibus formandam, reparandam & exornandam confert, ac licet ipse Arianus esset, Catholicos tamen non adflixit, sed clementer & reuerenter habuit, atque ita superiorũ sæculi tempestatibus sedatis Italiæ optatissimæ serenitatis iucunditatem reddidit.* 494

4465 *GVNDABVNDVS Vandalorum Rex ab Eugenio Carthaginis Episcopo persuasus, templa in Africa ab Hunericho clausa, post decennium Catholicis restituit & aperuit. Ior.* 495

4466 GELASIVS Pontifex Romanus vir doctus, cuius hodie scripta leguntur, moritur 21. Nouemb. Onuph. 496

4467 *Gundabundo Vandalorum Rege mortuo, TRASIMVNDVS in Africa regnat ann. 25. Hunc ait Procop. à Catholicorum suppliciis abstinuisse, sed tamen præmiis eos & honorib. ad Arianam sectam inuitasse.* 497

Hoc tempore B. FVLGENTIVS eruditionis & pietatis laude fulgentissimus vixit, qui tres libros de Mediatore Christo Deo & homine ad hunc Trasimundum Vandalorum Regem scripsit, qui hodie vnà cum reliquis eius scriptis sunt in hominum doctorum manibus. Factus est Episcopus Ruspensis. Huius autoritate deliberationes aut controuersiæ Ecclesiasticæ in Africa præcipuè gubernatæ sunt.

4469 *CLODOVÆVS Francorum Rex cum Alemannis bello congreditur, ibiq; periclitante exercitu in bello ad Tolbiacum* 499

cum in Vrbis Christianismi suscipiendi voto se obligat, si è certamine victor euaderet. Victo itaq; & peremto Alemannorum Rege, & Alemannis subiugatis, à S. Remigio Remorum Episcopo baptizatur, exemplo & edicto populum Francorum ad fidem Christi inuitans & perducens. Sigeb. Tritth. Aemilius. Hunc tamen euentum alii referunt ad annum Christi 496. de quo cum nullo contendimus. Hinc ad Pipinum in Galliis regnantem 250.

GREGORIVS Episcopus Turonensis scribit, Remigium Episcopum his verbis Clodouæum, antequam baptizaretur, affatum esse: *Mitis depone colla Sicamber, adora quod incendisti, incende quod adorasti.*

4470 THEODERICVS *Rex, nouus in vrbe Roma hospes, magna cum populi lætitia exceptus, atq; Boetii oratione laudatus, Senatum mira affabilitate tractat, Romana plebi annonas donat, & eidem admirandis Xeniis, deputata per singulos annos maxima vi pecuniæ, subuenit. Sub huius etiam felici imperio (vt Cassidori verbis vtamur) plurima vrbes renouantur, munitissima castella condantur, admiranda palatia consurgunt, magnisq; eius operibus antiqua miracula superantur. Cass. Diac.* 500

Circa hæc tempora vixerunt, GENNADIVS Presbyter, cuius virorum illustrium catalogus extat: Et VIGILIVS Martyr, Episcopus Tridentinus: de cuius tamen ætate inter scriptores non conuenit. Eius scripta aduersus Nestorium & Eutychen versantur inter omnium manibus.

4481 ANASTASIVS Imp. etsi Chirographo suo, antequam coronaretur, promiserat, idque iureiurando confirmauerat, se, dum imperaret, nullum nouum dogma in Ecclesiam introducturũ, sed decreta Chalcedonensia rata habiturum: tamen his neglectis, ausus est Syngrapham suam à Macedonio Episcopo Constantinopolitano reposcere, & ab eodem postulare, vt à 511

Chal-

Chalcedonensis Synodi sententia ad EVTYCHIANOS (quos Credenus SYNCHYTAS sominat) transiret: cui postulationi cum ille refragaretur, sede Episcopali motus in exilium missus est. Cedr. Zonar. Marcel. Niceph. Ex hoc tempore hæreticis animi creuerunt, Anastasio ipsos tuente, & Catholicos premente.

4482 Cum *ALAMVNDARVS* Saracenorum princeps ab Orthodoxis baptizatus esset, SEVERVS Monachus misit duos Episcopos, qui eum labe Eutychiana inficerent. Quos ille admirabili cōmento refutans dixit: hoc ipso die literas se accepisse, Micaelē Archangelū esse mortuum. Quem nuncium cum illi falsum esse asseuerarent, quod in Angelos mors non caderet: subiecit ille: Quomodo ergo vos affirmatis *diuinitatem mortuam esse, eò quòd cum carne sua in nouam naturam transierit, cùm ne quidem Angeli moriantur*? Itaq; Seueri legati cum dedecore discesserunt. Cedr. Zonar. Diac. 412

4483 Anno Antiochenorum 561. ANASTASIVS Imp. FLAVIANVM Antistitem Antiochenum, quòd Chalcedonensem Synodum anathemate notare nollet, in exilium eiecit, eiq; substituit impietatis Eutychianæ hominem, SEVERVM Monachum. Euagr. Marcell. 513

4484 *Hoc anno Romæ Cos. fuit* CASSIODORVS, *cuius Fastos consulares in hoc opusculo subinde citauimus. Ad eundem annum (qui est à morte Augusti Cæsaris 500. inclusiue) pleriq; referunt mortem* CLODOVAEI *Regis Francorum à S. Remigio baptizati. alii ad 511. Sepultus est Lutetiæ in templo D. Petri: hodie appellatur templum Genouefes. Tilius.* 514

4487 ANASTASIVS Imp. ab Hormisda Rom. Pontifice de hæresi Eutichis relinquenda submonitus rescripsit: *Nos imperare volumus: nobis imperari nolumus.* Cuius impiæ & insolentis vocis pœnas insequenti anno persoluit. Diac. Iornan. 517

4488 ANASTASIVS Im. cum ex oraculis didicisset, se fulmine interiturum, horrendo tonitru perterrefactus, & in alios atque alios thalamos descendens, 6. Idus Iulii in regio quodam cubiculo inuentus est mortuus, cum vixisset an. 88. & imperasset an. 27. mens. 3. d. 3. Zonar Euagr. Cedre. Aliqui fulmine ictum & extinctum tradunt. 518
IVSTINI IMPERIVM in Oriente.
Vestitus imperaotria purpura anno Antiocheno 566. Euagr. Fuit Imp. optimus, Orthodoxis fauit, & omnes quos Anastasius iniustè extorres egerat reuocauit. Ortus genere humili & ignobili: nempè patre armentario: sed cum militiam sectaretur, mutata sorte altiores dignitatis gradus paulatim obtinuit. *Estq; hic annus ab excidio Troiæ 1700. morte Iulii 560. (bis 280.) à morte Alexandri. Magni 840. (ter 280).*
4489 SEVERVS hæreticus Episcopatū Antiocheno pellitur: æræ Antiochenæ anno 567. Euag. 519
Hoc anno finiuntur Fasti Consulares viri doctissimi Cassiodori, qui primum fuit, vt tradit Tritthemius, Thodorici Regis Italiæ Cancellarius, cui quidem & Coss. catalogum dedicauit. Postea spretis mundi vanitatib. factus est Monachus & Abbas, Cœnobii Rauennatensis, vbi cum alia vtilia scripsit, tum historiam Tripartitā ex Socrate, Sozom. & Theodoreto collectā & in vnū corpus coactam edidit, atq; eo labore in monasterii sui angulo delitescens plus Ecclesiæ profuit, mundoq; magis innotuit, quā si Romæ in luce ac turba vixisset. Chronicon Cassidori exhibet annorum summam, si à Nino supputes 2582. à regno Latini 1733. à Roma condita 1270. à primis Coss. 1025. Numeri apud Cuspiniani Cassidorum & in altero exemplo vetusto vitiose descripti ac deprauati sunt: ideo nostræ supputationis numeros hoc loco consignauimus.
Hoc

4492 *Hoc anno Romæ duo viri illustres, SYMMACHVS & BOETIVS, id est, socer & gener, Consulatum administrarunt, in quo quid gestum sit, nemo melius recitat, quam ipse Boetius lib. de Consolatione philosophiæ, quem vt studiosi inspiciant, multum eos hortamur. Videbunt Icona viri docti & sapientis, ad gubernationem Reipub. tùm bonam causam, tùm bonam conscientiam adferentis: sed post res præclarè gestas, gratiam malam reportantis, & cum fortuna sua, tantis meritis indignissima, quodammodo expostulantis & colluctantis. Ipse Boetius quo animo in Republic. versatus sit, quibusque factis aulicos canes in se concitarit, his verbis edisserit, philosophiam alloquens:* Quod à te, Philosophia, inter secreta ocia didiceram, transferre in actū publicæ administrationis optaui: tu mihi, & qui te Sapientum mentibus inseruit Deus, cōscii estis, nullum me ad magistratum, nisi omniū commune bonum, studium detulisse: Inde cum improbis graues inexorabilesq; discordiæ fuere: Et quod conscientiæ libertas habet, pro tuendo iure, spreta potētium semper fuit offensio. Quoties ego Conigastum in imbecillis cuiusq; fortunas impetum facientem obuius excepi? Quoties Regiæ domus præpositum ab incepta & perpetrata iam prorsus iniuria deieci? Quoties miseros, quos infinitis calumniis impunita Gothorū auaritia semper vexabat, obiecta periculis autoritate protexi? nunquam me à iure ad iniuriam quisquam detraxit. Prouincialium fortunas, tam priuatis rapinis, tum publicis vectigalib. pessundari, non aliter, quam qui patiebantur, indolui. Paulinum Consularem virum cuius opes palatini canes iam spe atq; ambitione deuorassent, ab ipsis hiantium faucibus traxi. Satis ne in me magnas videor exacerbasse discordias? Sed esse apud cæteros tutior debui, q mihi amore iustitiæ nihil apud aulicos, quò magis essem tutior, reseruaui. 522

Hoc de-

4493 *Hoc demum anno Molosi Gothici ac delatores in Boetium, Consulatu abeuntem, & quasi exarmatum, rabiosius irruerunt, immerentemque lacerarunt. Qua de re ipse sic loquitur in libro de consolatione, quem & hoc anno scripsisse putatur :* At cuius criminis causa arguimur? Senatum dicimur saluum esse voluisse. An optasse illius ordinis salutem nefas vocabo? De compositis vero literis, quibus libertatem arguor sperasse Romanam: si nobis ipsorum delatorum cõfessione vti licuisset, respondissem Canii verbo: qui cum à Caio Cæsare Germanici filio conscius contra se factæ coniurationis fuisse diceretur: Si ego, inquit, scissem, tu nescisses. Qua in re non ita sensus nostros mœror hebetauit, vt impios scelerata contra virtutem querar molitos : sed ea quæ sperauerint, effecisse vehementer admiror. Nam deteriora velle nostri fortasse est defectus. Posse autem contra innocentiam, quæ sceleratus quisque conceperit, inspectante Deo, monstri simile est. Vnde Philosophorũm quidam quæsiuit: Siquidem Deus est, inquit, vnde mala? Bona vero vnde, si non est ? Quis igitur innocentiam nostram euentus exceperit, vides: pro veræ virtutis præmiis, falsi sceleris pœnas subimus. At vero hic etiam nostris malis cumulus accedit, quod existimatio plurimorum, non rerum merita, sed fortunæ spectat euentum, eaque tantum iudicat esse prouisa, quæ felicitas commendauerit. Quo fit, vt existimatio bona, primum omnium deserat infelices. Vltima aduersæ fortunæ sarcina est, quod dum miseris aliquod crimẽ affingitur, quæ perferunt, meruisse creduntur. Et ego quidem bonis omnibus pulsus, dignitatibus exutus, existimatione fœdatus, ob beneficium supplicium tuli. 523

Ex hoc itaque tempore THEODERICVS *Rex à seipso degenerare, & pristinas suas virtutes ac laudes* [illegible] *pi ma-*

cula fœdare cœpit, postquam Gothicis furiis inflammatus, Boetium, ob adfectatæ libertatis suspicionem, nullius criminis conuictum, Ticinum relegauit, eiusque bona publicauit. Qua de re ipsum Boetium quærentem audiamus: Et cuius vnquam, inquit, facinoris manifesta confessio, ita iudices habuit in seueritate cócordes, vt non aliquos vel ipse humani error ingenii, vel fortunæ conditio cunctis mortalibus incerta submitteret? Si inflammare sacras ædes voluisse, si sacerdotes impio iugulare gladio, si bonis omnibus necem struxisse diceremur, præsentem tamen confessum, coniunctumuè, sententia puniisset. Nunc quingentis fere passuum millibus procul moti, atque indefensi, ob studium propensius in Senatum, morti, præscriptionique damnamur.

4494 IVSTINVS Orthodoxæ fidei studio, Arianorum hæresin extinguere eorumq; Ecclesias Catholica religione consecrare cœpit. Quod cum in Italia Rex Theodericus, Ariana lue pollutus, audisset, Ioannem Papam Romanum cum hac comminatione ad Iustinum Constantinopolim misit, nisi Arianis sua templa redderet, eosq; persequi desisteret, se Catholicos in Italia gladio extincturum. Diac. Iornan. 524

4495 IOHANNES Rom. Pontifex, eiusq; comites, Constantinopoli honorificè excepti, multis fletib. ab Imperatore Iustino petunt, vt hanc legationem, etsi iniusta sit, libens audiat, & Italiæ periclitanti consulat. Quorum precibus Iustinus cessit, Arianisque sua templa reliquit. Diac. 525

4496 THEODERICVS rabie Ariana stimulatus, Ioannem Romanum Pontificem, Constantinopoli reuersum, Rauennam accersit, & carceri inclusum, fame, siti, cæterisque carceris incommodis necat, 15. Calend. Iulii. Diac. 526

BOETIVS & SYMMACHVS, viri ex sapientia virtuti: ...

rigens, in cubiculum statim citato gradu secessit, identidemq; iubendo, togarum vt sibi vim magnã ingererent, lecto decubuit, & parũper quieuit. Elpidio deinde Medico. omnib. quemadmodũ accidissent diligentius explicatis, in Symmachum Boetiumq; patratum à se scelus deflebat: quo deniq; deplorato, & accepta calamitate, dolore ingenti affectus, haud longè post moritur, cum id primum & vltimũ iniustitiæ exẽplum in suos idcirco exercuisset, quia non suo & pristino more diligenter peruestigata causa, in tãtos viros animaduerterat. Theoderico igitur suo fato perfuncto, Atalaricus (aliis Adelrichus) huius ex filia nepos suscepit imperiũ, annos octonos nat⁹, sub matre Amalassuntha adhuc educatur. Amalasũtha itaq; filii procuratione suscepta regnũ administrabat, prudentia & æquitate mirificè pollens, virilem præ se ferebat naturam: quippe quã diu hęc imperio præfuit, Romanum neminem vel corporis pœna affecit, vel rerum iactura: quinetiam nec Gothos ipsos, etsi Romanos lacessendi percupidos, his quoquã pacto iniuriã permittebat inferre: quin potius Symmachi ac Boetii liberis paterna bona restituit. *Hac Procopius in Gothicis.*

Terræmotus horrendus Antiochiam 14. Cal. Iunii, die Veneris tremefecit, parumq; abfuit, quin tota vrbs corruerit, ciuiumq; sepulchrum facta sit. Euphrasius Antiochia Episcopus eo obrutus obiit, templa collapsa sunt, vrbisq; decor periit. Ab omni hominũ memoria nõ extitit tãta iræ Dei in vrbẽ aliquã grassatio. Iustinus Imperator nũciata hac clade grauissimè indoluit, abiectisq; diademate & purpura, sacco indut⁹ & cinere cõspersus p multos dies luxit: ad vrbis quoq; instaurationẽ pecũias & opifices misit.

IVSTINVS die primo Aprilis, IVSTINIANVM nepotem suum ex sorore natũ annos 45. creat imperatorẽ: IVSTINVS quarto ab hinc mense obiit Cal. Augusti an. imperii 9. mense circiter vno. Zonar.

IVSTINIANI MAGNI IMPERIVM.

Euagrio hic est Antiochenorum annus 575. Marcellino à condita Constantinopoli 197. Cedreno, Sigeberto, Mariano, Bedæ, Frisingensi 527. Christi: & Marcellino Cedreno, atque ipsi Iustiniano (Nouella 47.) indictio quinta. Est à regno Dauidis in Ierusalem 1600. à Monarchia Iulii 573. Augusti 556. à nato Augusto 588. à morte Constantini Magni 190.

4498 IVSTINIANVS ad pacis studia se conferens opus aggressus est, quod ei ad omnem posteritatem gloriam immortalem peperit. Nam consilio, studio & labore virorum Iuris peritissimorum Romanas leges hinc inde in libris dispersas in volumina certa redegit, & nouam Iuris ciuitatem condidit, sanctissimumq; Iustitiæ templum consecrauit. Hoc itaque primum anno imitatione Theosii componendo & emendando iuri operam dedit, & viris doctrinæ Legum scientissimis conficiendi Codicis laborem & curam demandauit, Ibid. Februarii. 528

Penultima die Nouemb. Antiochia passa est alium terramotum, quo & ædificia multa ceciderunt, & 4870. homines ruinis oppressi perierunt. Ciues itaque discalceati vrbe exeuntes, & Deum supplicationibus ac Litaniis placantes, cum crebris eiulatibus exclamarunt: κύριε ἐλέησον. Ibi vir quidam pius, visione diuina monitus, præcepit Ciuibus, vt superioribus ædium suarum postibus inscriberent: CHRISTVS NOBISCVM: STATE. Hoc facto, ira Dei resedit, ac terræmotus sedatus est. Iustinianus reparatam à se Antiochiam nuncupauit Theopolim. Euagr. Cedr. Diac. Neceph. 17.

S. BENEDICTVS Abbas in Campania apud Cassinū condidit monasterium, & Monachis occidentalibus leges ac instituta dedit, quib. hodie viuunt. Petrus de natalib. l. 3. c. 214.

PRISCIANVS Grammaticus claruit. Iorn.

CODEX

4499 Codex Iustiniani, Idib. Aprilis, indictione 7. absolutus ac editus est, vt ex eo in posterum per omnes Romanas prouincias ius diceretur. 529

4500 IVBILÆVS MVNDI 90. *Mosis 40. prædicationis Christi 10. à Roma condita 1281. à baptismo Christi 500. à Monarchia Augusti 560.* 530

Per hæc tempora GILIMER, *Genserici quondam Regis Vandalorum nepos, rei militaris peritus, & aliena inuadere promptus, Hildericum Regem vt ignauum & inertem apud Vandalos accusauit, & hac calumnia onerauit, quòd Vandalos simul cum tota ditione Iustiniano prodere vellet. Quæ omnia Vandali facilè credentes, Gilimerem constituunt Regem, & Hildericum post septem annos regni simul cum fratre custodiæ tradunt & necant. Procop. Vandal. Iornandes addit, Gilimerem occiso Rege Catholico Hilderico, in Orthodoxos sæuiisse.*

Mense Decemb. IVSTINIANVS Triboniano & cæteris Iurisconsultis mandat, vt veteri iure enucleato, DIGESTORVM siue PANDECTARVM Codicem componant, & in certos libros ac titulos totum ius antiquum, per 1400. penè annos confusum, digerant. Hi Pandectarum libri triennio confecti & absoluti sunt.

4501 *Hic est annus vltimus Cycli annorum 95. à Cyrillo descripti. Supra 437.* 531

4502 DIONYSIVS Exiguus, Abbas Romanus, annorum à nato Christo supputationem, qua hodie vtimur, primus instituit, & paschales siue decem nouales Cyclos suos hinc orditur. Qua de re Beda sic loquitur: Primus Dionysii Cyclus incipit à 22. die Martii, anno 248. Diocletiani, à nato Christo 532. post Consulatum Lampadii & Orestis: Quos Cyclos noluit Dionysius ab impii Diocletiani annis computare: sed maluit ab Incarnatione Christi seriem annorum prænotare, propter notitiam exordii spei nostræ, & causam reparationis huma- 532

manæ. Marianus Scotus sub anno Christi 526. ipsa verba Dionysii de his Cyclis citat.

4503 CARTHAGO *à Vandalis possessa annis 95. à* BELLISARIO *recuperata est, & in Romanorum potestatem redacta. Procop. Vandal. Marc. Iustinianus scribit se Lybia potitum III. Consulatu suo, qui incurrit in 533. Christi. Anni 95. supputandi sunt incluso anno 439.* 533

INSTITVTIONES IVRIS publicatæ sunt 21. Nouemb. Et DIGESTA siue PANDECTÆ 16. Decemb. de quo ita Iustinianus: *Omni, inquit, Romani iuris dispositione composita, & in tribus voluminibus, id est, Institutionum & Digestorum seu Pandectarum, nec non Constitutionum perfecta, & tribus annis consummata, quæ primum neque toto decennio compleri posse sperabatur, omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum sustentationem piis obtulimus animis. Has autem leges suum obtinere robur ex III. nostro felicißimo sancimus Consulatu præsentis XII. indictionis: 3. Cal. Ianuarias in omne æuum valituras, & vnà cum nostris constitutionibus pollentes. Data 17. Cal. Ianuar. Constantinopoli, Iustiniano Aug. III. Cos.*

Idem: *Hunc III. Consulatum nobis sanè insignem atque illustrem dedit Dominus, vt potè, in quo pax cum Persis firma & stabilis facta est, & hoc legum opus compositum, quod nemo vnquam maiorum nostrorum assequi potuerat. Præterea, pars totius orbis tertia, nempè tota Lybia, nostro adiecta est imperio. Hæc, inquam, omnia Dei Opt. Max. & Seruatoris nostri Iesu Christi munere. III. Consulatus nostro data sunt.*

Idem: *Benè properauimus III. nostro Consulatu & has leges edere: cùm in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars totius mundi nobis adcreuit. Post Europam enim & Asiam tota Lybia nostro imperio adiuncta est, & tanto legum operi caput im-*

impositum, & omnia cœlestia dona nostro III. Consulatui indulta.

4504 GILIMER à BELLISARIO *victus & in monte conclusus, petiit sibi ab amico mitti Citharam, & panem vnum, ac Spongiam: significans, se ad eam redactum esse fortunam, vt optet integrum panem videre & gustare, quod diu iam nullum coctum vidisset panem: Spongiam ei necessariam esse ad abstergendas lachrymas: Citharam verò, vt præsentem calamitatem flebilib. numeris leniret ac demulceret. Tandem inopia victus se dedidit Bellisario, qui illum Constantinopolim duxit, vnà cum spoliis amplissimis à Genserico Romanis quondam detractis: inter quæ etiam fuerunt Iudæorum multa res nobiles, quas Titus Vespasianus captis Ierosolymis Romam transportauerat. Has autem opes Iustinianus iudicauit in Byzantinum palatium minimè inferri oportere: ideoque illas Ierosolymam in Christianorum templa remittendas mandauit. Postquam verò Gilimer inter captiuos, vnà cum consanguineis ac Vandalis, proceritate ac pulchritudine corporum præstantibus, in Hippodromo constitit, ad Imperatorem in alta sede constitutum, populumque circumfusum conspexit, ac demum seipsum in quod fatum peruenisset considerauit: nec fleuit, nec aliud quicquam dixit quàm illud Salomonis:* Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Nec mora, ipsa pariter & Bellisarius, iussi ab his qui Imperatoriam purpuram sustinebant, supplices adorauerunt Iustinianum, qui Hilderichi filios ac nepotes, vt ex Valentiniani Imperatoris sanguine venientes, necessitudineque sibi deuinctos, opibus satis amplis munerauit: Gilimerem etiam in Gallia non contemnenda prædia cum suis propinquis incolere iussit. Procop. Vandal.* 534 536

Est annus à condito templo Salomonis 1570. eo-

dem desolato 1140. Ab excidio Ierosolymorum sub Tito 463. à morte Christi 500. compl. post captam à Scipione Carthaginem 678. qui numeri cohærent 678. quod memoriæ causa moneo.

IVSTINIANVS Mens. Nouemb. nouum CODICEM, priore abrogato, publicauit.

Hoc anno vltimus Consulum veteris Romæ fuit Paulinus: post quem obstante bello Gothico in Occidente Consules creari desierunt. Orientales aliquamdiu Consularem dignitatem tenuerunt. donec illa quoque in solos Impp. translata est. Estque hic annus à primis Coss. Romæ designatis 1040.

ATHALARICVS Rex Italiæ anno octauo regni exacto moritur. Mater eius Amalsuenta THEOHADATVM Regem constituit: is accepti beneficii immemor contra datam fidem, Amalsuentam carceri inclusam & relegatam scelerate obtruncat. Ob quam cædem Iustinianus bellum aduersus Gothos anno insequenti suscepit. Procop. in Gothicis.

4505 *Bellum Gothicum Italicum.* 535

IVSTINIANVS Amalsuentæ necem armis vlturus, Gothis, eorumq; Regi Theohadato bellum intulit: quod 18. annis durauit, & copiose descriptum est à Procopio. qui in hac expeditione Comitem Bellisarii se fuisse scribit. Iustinianus itaq; duce Mundo Gothis hoc anno Dalmatiam eripuit: & per Bellisarium Siciliam, à Gothis occupatam recepit, de quo plura Procop. in Gothicis.

Constitutiones, quæ appellantur NOVELLÆ, à Iustiniano editæ vsq; ad Nouellam 17. Reliquæ sequentibus annis emissæ sunt.

4506 *GOTHI Theohadatum ob ignauiam & Amalsuentæ indignam necem omnibus inuisum, interficiunt, & Vitigen sibi Regem constituunt. Marcell. Procop.* 536

ROMA die 10. Decemb. exactis Gothis à BELLISARIO recuperata, & Romanis denuo subiecta, anno 60. post, quàm à Gothis occupata fuerat. Euagr. Marcell. Procop. Est ab V.C. 1287.

4507 *VITIGES Romam à Bellisario occupatam strenueque defensam irrita obsidione premit. Marcell. Iornan. Procop.* 537

4509 *VITIGES caeso Gothorum exercitu viuus comprehenditur, & à Bellisario Constantinopolim perducitur. Eum Iustinianus inter patritios relatum praefecit tuendis finibus imperii aduersus Parthorum siue Persarum excursiones: ibiq; Vitiges vitam finiit. Proc. Ior. Diac.* 539

4510 *ILDOBALDVS à Gothis Regi Vitigi sufficitur : & huic rursus anno exacto successit ARARICVS. Procop.* 540

BEDA in Epitome (pag. 203.) habet Eclipsin Solis 12. Cal. Iul. qua durante apparuerunt stellae hora diei tertia.

4511 *Occiso Ararico TOTILAS apud Gothos suscepit imperium, quod tenuit an. 2. fuit vir prudens, & in rebus gerendis acer ac solers, cuius rei specimen fuit, quod duobus Graecorum ducibus profligatis, Apuliam & Calabriam in potestatem suam redegit. Procop.* 541

4514 S. REMIGIVS, Remorum Episcopus, & gentis Fräcorum Apostolus, moritur 3. Ianuar. anno Episcopatus 74. Ior. Contract. 544

4516 *ROMA capta à TOTILA (16. Cal. Ian. Marcell.) qui Capitolium incendit, praecipua aedificia diruit, & moenium tertiam partem euertit : incolis etiam aliò translatis, vrbem deformatam ac vacuam reliquit. Bellisarius paulò pòst eam recepit, ciues hinc inde dispersos reuocauit, & moenia destructa reparare & resarcire coepit. In hac vrbis direptione, Rusticiana Boetii coniunx, & Symmachi filia, vnà cum aliis matronis patriciis, ab hostibus panem emendicare coacta est quae ante hac facultates suas egentib. impertiuerat. Cumque Gothi in eius mortem conspirassent, Totilas eam nulla iactura adfici permisit: sed eam ac caeteras foeminas omnes, vt extra iniuriam essent. seruauit, etiamsi Gothi eas in coniugium deposcerent. Nulla itaq; ex his per barbaros violata est, qua ex re Totilas maximam continentiae laudem retulit. Procop.* 546

Placentiæ ob famem. ad esum humanarum carnium deuentum est. Procop.

Est an. V.C. 1297. à morte Augusti 531. à Roma capta à Gallis 932. ab Alaricho 136. à Genserico 91. ab Odoacre 70. Hinc ad Romam nostro sæculo captam 980 .(bis 490.) pl. ni.

Circa hæc tempora Romanorum Coss. creari desierunt, quorum vltimus fuisse dicitur Fl. Basilius Iunior, vt Procopius annotauit.

4519 TOTILAS iterum capit ROMAM, eamq; instaurat, & quantum antea studii in ea desolanda, tantum nunc in reparanda adhibuit ac ostendit, vt infamiam, quam superior desolatio ipsi pepererat, nouo beneficio, mansuetudine atq; clementia aboleret. Quotquot etiam ad sacras ædes confugerant, inuiolatos esse iussit. Procop. Est V.C. 1300. 549

4522 TOTILAS à Narsete, Iustiniani cubiculario, prælio victus interficitur. Successit ei TEIAS postremus Rex Gothorum in Italia, qui hoc ipso anno cum Narsete, strenuè ac fortiter dimicauit, & victus atque fugiens occisus est. Hoc vltimo prælio, quo de summa rerum decertatum est, tanto animorum ardore Gothi pugnarunt, vt ne quidem occiso Teia Rege antè pugnandi finem fecerint, quàm Narses per præconem iis veniam daret, qui arma ponerent. Sic Gothorum in Italia imperium concidit, quod à principio Odoacris durauerat annis 77. à regno Theoderici Veronensis 60. 552

Desinit historica Gothica PROCOPII, hanc AGATHIAS continuauit. Superiori anno etiam finitur Chronicon IORNANDIS Episcopi Gothoci: qui sub Iustiniano floruit.

4523 IVSTINIANVS debellatis Gothis, Italiam tanquam Orientalis imperii prouinciam, Narseti ordinandam ac gubernandam permisit. Estq; annus à Iulii Monarchia 600. iniens. 553

4529 Desinit Catalogus Consulum CVSPINIANI: completo à primis Coss. anno 1065. id est, bis 532. plenis. 559

IV-

4535 IVSTINIANVS Imp. moritur (Idib. Nouemb. Niceph.) ætatis circiter 84. Nam imperium adeptus est natus annos 45. imperauit an. 38. mens. 7. d. 13. Est à Monarchia Cyri 1100. Cedrenus scribit, BELLISARIVM quoque ex vita excessisse hoc anno. 565

SIGONII de Occidentis imperio historia terminatur.

IVSTINI IVNIORIS Iustiniani nepotis IMPERIVM: quod durauit ann. 10. mens. 10. d. 20. Onuphr. Euagr. ann. 12. mens. 10. cum dimidio.

4536 *Huc vsque deductum est Chronicon MARCELLINI Comitis, qui sub Iustiniano vixit.* 566

4538 REGNVM LONGOBARDORVM IN ITALIA. 568

Indictione I. feria II. paschatis, 2. April. LONGOBARDI Pannonias egressi, duce ALBOINO, Italiam inuaserunt, vbiq; pulsis præsidiis Imperatoris Orientis, Longobardico regno instituto, annis 206. (vsq; ad annum Christi 744.) eam tenuere: quo temporum interuallo Italiam omnem, præter Romam, in ditionem suam, sub 24. Regibus redegere. Diac. Onuph.

Huic mutationi occasionem præbuisse dicitur Sophia, Iustini Imp. coniunx, quæ Narseti, Italiam Ducis nomine obtinenti, per probrum obiecerat, quòd Eunuchus esset, eumque relicta Italia ad trahenda vnà cum puellis pensa in Gynecæum redire iusserat. Cui ille respondit, se telam exordiri, quam ipsa nunquam pertextura sit. Paulò pòst Longobardos in Italiam attraxit. Hanc malorum nouitatem noua in cœlo signa multo tempore antè portenderant. Sigeb.

4539 *EXARCHATVS Rauennæ institutus.* 569

LONGINVS à Iustino Imp. missus, eas Italiæ partes, quas Longobardi occupare non poterant, sub Exarchi nomine annos 15. obtinuit, Rauennæ imperii sede collocata. Onuph.

4541 *MAHOMET, Turcicæ impietatis parens, nascitur 21. Septemb.* 571

ptemb. Crantzemius. Mercator vero habet 569. à Monarchia Augusti 600.

4546 TIBERII ANICIANI IMPERIVM: à primi Tiberii imperio 560. 576

4550 IVBILÆVS MVNDI *91. Mosis 41. prædicat. Christi 11.* 580

MAVRICIVS à Tiberio, socero suo, appellatur Augustus Cal. Iulii.

4553 TIBERIVS Imp. obiit 10. Aug. (Cedre. 14.) Onuphr. cum imperasset ann. 6. mens. 10. d. 8. Cedren. Diac. 583

MAVRICII IMPERIVM.

Hic Imp. primis annis fuit princeps laude dignus & felix, eumq; Euagrius sic prædicat: Erat vir prudens, inquit, in rebus diligens, animo constans, vitæ ratione & moribus compositus. Aures sermoni superuacaneo obturauit, non cera, vt est apud poetam, sed ratione, qua tanquam claui sermonibus hominum aures, tum aperiret, tum occluderet. Inscitiam autem matrem audaciæ, & timiditatem, quæ ei vicina & finitima est, sic à se depulit, vt in temeritate periculum, in cunctatione securitatem esse censeret, &c.

Annum Christi 583, imperio Mauricii adscribunt Sigeb. Marian. Frising. Vrsperg. item Beda & Gregorius in Epistolis copulant 14. Mauricii cum 14. indictione, id est, cum anno 596. ergo primus Mauricii est 583.

4558 IOANNES Episcopus Constantinopolitanus, adfectat titulum Oecumenici siue Vniuersalis Episcopi. Gregor. Epist. l. 4. c. 80. 588

4559 *Anno Antiocheno 637. terræmotus Antiochiæ multa millia hominum oppressit prid. Cal. Octob. ipsa die nuptiarum Euagrii Scriptoris. Episcopus toto domicilio ruinam passo, incolumis euasit cum illis qui eum circumsistebant. Euag.* 589

4560 GREGORIVS MAGNVS creatur Romæ, Pontifex 590

4560 tifex 3. Non Sept. Sedit an. 13. m. 6. d. 10. Beda. à 590
Leonis Magni principio 150. ab eius excessu 130. incoatis.

Hic primus Seruum Seruorum Dei se appellauit, & Constantinopolitano Patriarchæ Vniuersalis Episcopi titulum decreto abrogauit. Pet. de Natal. l. 3. c. 192.

4561 MAVRITIVS Theodosium filium creat Augustum die paschatis 15. April. imperauit cum patre an. 11. mens. 7. d. 6. Zona. Cedre. Niceph. 591

4563 EVAGRIVS historiam suam scribit anno Antiocheno 641. Euag. 3. c. 33. 593

4564 Anno 12. Mauritii terminatur historia Euagrii, cuius coætaneus fuit Agathias. Euag. 594

4565 Viguit inter Georgium Rom. & Ioannem Constantinop. Episcopum contentio de primatu. Qua de re lege Epist. Georgii lib. 4. a cap. 76. vsque ad 88. sub indictione 13. Annus 1200. à principio captiuitatis Babyl. 595

Anno 13. Mauricii Theodorus Medicus ad Chaianum Auarorum siue Hunorum principem legatus missus, superbi Chaiani iactantiam ita retudit ac repressit: *Audi Chaiane, inquit, vtilem narrationem. Sesostris Rex Aegyptiorum illustris & felix, opibusque clarus, plurimas nationes seruituti subegit: vnde curru ex auro & lapidibus praeciosis constructo vehi solitus est, qui à quatuor Regibus à se victis trahebatur. Cumque vnus ex regibus sæpe respiciens, rotam quæ voluebatur, contemplaretur, percontatus est Sesostris, cur ita respectaret? Intuens rotæ volubilitatem, inquit ille, in qua summa cito fiunt ima, cogito fortunæ instabilitatem, alias excelsa humiliantem alias humiliata exaltantem. Sesostris parabolam intelligens, noluit currum à Regibus postea trahi. Chaianus vero hac narratione mitigatus, inducias cum Mauricio fecit. Diac.*

tutibusq; cōpositi, capite trūcantur, iussu Theodo. Procop.

THEODERICVS *Italia Rex moritur Rauēna, die 98. à morte Ioannis Papæ. Diac. Iornan.*

De Ioanne Papa, Symmacho & Boetio, Petrus de Natalib. lib.5.c.51.& 54.& lib.9.c.99.

Considera Lector in Theoderico infirmitatis humanæ insigne exemplum, quæ virtutem ac laudum suarum pulcherrimam comam & florem raro ad maturitatem vsq; retinet & conseruat. Historiam vitæ & mortis Theoderici narrat Procopius his verbis: Theodericus omnib. ornamentis, quæ vero Imperatori congruunt, sese communierat, iustitiæ studuit plurimum: in subiectos nec minimum quippiam ad iniuriam exercuit: nulli supperiorum Imperatorum inferior. Gothos ac italos pari quadam ac summa beneuolentia suapte humanitate prosequebatur, ita vt eius imperium omnes oblectaret. Vitam finiuit cum annos 37. (à primo ingressu in Italiam) superuixisset. Mortis causa illi hæc fuit. Symmachus & huius gener Boetius à suis maioribus gentis nobilitatem adepti, inter Romanos & Senatorios viros principes erant, & Consulatus vtriq; dignitate perfuncti, philosophiæ supra cæteros & æquitati studuerant, & tam ciuiū quam externorū inopiæ succurrendo multis saluti fuere. Hi postquam ad ingentem gloriam euaserūt, determinos quoq; in sui inuidiam concitarunt. Nam his delatoribus Theodoricus Rex persuasus, Symmachum Boetiumq; perinde ac res nouantes occidit, eorumq; bona omnia publicauit. Sed paucis post diebus, cœnanti sibi, cum miræ magnitudinis piscis ministri decoctum caput appoluissent, Symmachi nuper occisi caput ille est visum, præfixis & extantib. inferiore in labro dētibus, & toruè intuentib. oculis, furibundè sibi & acerbius comminari. Vnde monstri nouitate territus, membrisq; præter modum tremebūdus &

rigens, in cubiculum statim citato gradu secessit, identidemq; iubendo, togarum vt sibi vim magnã ingererent, lecto decubuit, & parũper quieuit. Elpidio deinde Medico omnib. quemadmodũ accidissent diligentius explicatis, in Symmachum Boetiumq; patratum à se scelus deflebat: quo deniq; deplorato, & accepta calamitate, dolore ingenti affectus, haud longè post moritur, cum id primum & vltimũ iniustitiæ exẽplum in suos idcirco exercuisset, quia non suo & pristino more diligenter peruestigata causa, in tãtos viros animaduerterat. Theoderico igitur suo fato perfuncto, Atalaricus (aliis Adelrichus) huius ex filia nepos suscepit imperiũ, annos octonos nat⁹, sub matre Amalassuntha adhuc educatur. Amalasũtha itaq; filii procuratione suscepta regnũ administrabat, prudentia & æquitate mirificè pollens, virilem præ se ferebat naturam: quippe quã diu hęc imperio præfuit, Romanum neminem vel corporis pœna affecit, vel rerum iactura: quinetiam nec Gothos ipsos, etsi Romanos lacessendi percupidos, his quoquã pacto iniuriã permittebat inferre: quin potius Symmachi ac Boetii liberis paterna bona restituit. *Hæc Procopius in Gothicis.*

Terræmotus horrendus Antiochiam 14. Cal. Iunii, die Veneris tremefecit, parumq; abfuit, quin tota vrbs corruerit, ciuiumq; sepulchrum facta sit. Euphrasius Antiochiæ Episcopus eo obrutus obiit, templa collapsa sunt, vrbisq; decor periit. Ab omni hominũ memoria nõ extitit tãta iræ Dei in vrbẽ aliquã grassatio. Iustinus Imperator nũciata hac clade grauissimè indoluit, abiectisq; diademate & purpura, sacco indut⁹ & cinere cõspersus p multos dies luxit: ad vrbis quoq; instaurationẽ pecũias & opifices misit.

IVSTINVS die primo Aprilis, IVSTINIANVM nepotem suum ex sorore natũ annos 45. creat imperatorẽ: IVSTINVS quarto ab hinc mense obiit Cal. Augusti an. imperii 9. mense circiter vno. Zonar.

IVSTINIANI MAGNI IMPERIVM.

Euagrio hic est Antiochenorum annus 575. Marcellino à condita Constantinopoli 197. Cedreno, Sigeberto, Mariano, Bedæ, Frisingensi 527. Christi: & Marcellino Cedreno, atque ipsi Iustiniano (Nouella 47.) indictio quinta. Est à regno Dauidis in Ierusalem 1600. à Monarchia Iulii 573. Augusti 556. à nato Augusto 588. à morte Constantini Magni 190.

4498 IVSTINIANVS ad pacis studia se conferens opus aggressus est, quod ei ad omnem posteritatem gloriam immortalem peperit. Nam consilio, studio & labore virorum Iuris peritissimorum Romanas leges hinc inde in libris dispersas in volumina certa redegit, & nouam Iuris ciuitatem condidit, sanctissimumq; Iustitiæ templum consecrauit. Hoc itaque primum anno imitatione Theosii componendo & emendando iuri operam dedit, & viris doctrinæ Legum scientissimis conficiendi Codicis laborem & curam demandauit, Ibid. Februarii. 528

Penultima die Nouemb. Antiochia passa est alium terræmotum, quo & ædificia multa ciderunt, & 4870. homines ruinis oppressi perierunt. Ciues itaque discalceati vrbe exeuntes, & Deum supplicationibus ac Litaniis placantes, cum crebris eiulatibus exclamarunt: κύριε ἐλέησον. Ibi vir quidam pius, visione diuina monitus, præcepit Ciuibus, vt superioribus ædium suarum postibus inscriberent: CHRISTVS NOBISCVM: STATE. Hoc facto, ira Dei resedit, ac terræmotus sedatus est. Iustinianus reparatam à se Antiochiam nuncupauit Theopolim. Euagr. Cedr. Diac. Niceph. 17.

S. BENEDICTVS Abbas in Campania apud Casinũ condidit monasterium, & Monachis occidentalibus leges ac instituta dedit, quib. hodie viuunt. Petrus de natalib. l. 3. c. 214.

PRISCIANVS Grammaticus claruit. Iorn.

CODEX

4499 CODEX Iustiniani, Idib. Aprilis, indictione 7. absolutus ac editus est, vt ex eo in posterum per omnes Romanas prouincias ius diceretur. 529

4500 IVBILÆVS MVNDI 90. *Mosis 40. prædicationis Christi 10. à Roma condita 1281. à baptismo Christi 500. à Monarchia Augusti 560.* 530

Per hæc tempora GILIMER, Genserici quondam Regis Vandalorum nepos, rei militaris peritus, & aliena inuadere promptus, Hildericum Regem vt ignauum & inertem apud Vandalos accusauit, & hac calumnia onerauit, quòd Vandalos simul cum tota ditione Iustiniano prodere vellet. Quæ omnia Vandali facilè credentes, Gilimerem constituunt Regem, & Hildericum post septem annos regni simul cum fratre custodiæ tradunt & necant. Procop. Vandal. Iornandes addit, Gilimerem occiso Rege Catholico Hilderico, in Orthodoxos sæuiisse.

Mense Decemb. IVSTINIANVS Triboniano & cæteris Iurisconsultis mandat, vt veteri iure enucleato, DIGESTORVM siue PANDECTARVM Codicem componant, & in certos libros ac titulos totum ius antiquum, per 1400. penè annos confusum, digerant. Hi Pandectarum libri triennio confecti & absoluti sunt.

4501 *Hic est annus vltimus Cycli annorum 95. à Cyrillo descripti. Supra 437.* 531

4502 DIONYSIVS Exiguus, Abbas Romanus, annorum à nato Christo supputationem, qua hodie vtimur, primus instituit, & paschales siue decem nouales Cyclos suos hinc orditur. Qua de re Beda sic loquitur: Primus Dionysii Cyclus incipit à 22. die Martii, anno 248. Diocletiani, à nato Christo 532. post Consulatum Lampadii & Orestis: Quos Cyclos noluit Dionysius ab impii Diocletiani annis computare: sed maluit ab Incarnatione Christi seriem annorum prænotare, propter notitiam exordii spei nostræ, & causam reparationis humanæ. 532

manæ. Marianus Scotus sub anno Christi 526. ipsa verba Dionysii de his Cyclis citat.

4503 CARTHAGO à *Vandalis possessa annis 95. à* BELLISARIO *recuperata est, & in Romanorum potestatem redacta. Procop. Vandal. Marc. Iustinianus scribit se Lybia potitum III. Consulatu suo, qui incurrit in 533. Christi. Anni 95. supputandi sunt incluso anno 439.* 533

INSTITVTIONES IVRIS publicatæ sunt 21. Nouemb. Et DIGESTA siue PANDECTÆ 16. Decemb. de quo ita Iustinianus: *Omni, inquit, Romani iuris dispositione composita, & in tribus voluminibus, id est, Institutionum & Digestorum seu Pandectarum, nec non Constitutionum perfecta, & tribus annis consummata, quæ primum neque toto decennio compleri posse sperabatur, omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum sustentationem piis obtulimus animis. Has autem leges suum obtinere robur ex III. nostro felicißimo sancimus Consulatu præsentis XII. indictionis: 3. Cal. Ianuarias in omne æuum valituras, & vnà cum nostris constitutionibus pollentes. Data 17. Cal. Ianuar. Constantinopoli, Iustiniano Aug. III. Cos.*

Idem: *Hunc III. Consulatum nobis sanè insignem atque illustrem dedit Dominus, vt potè, in quo pax cum Persis firma & stabilis facta est, & hoc legum opus compositum, quod nemo vnquam maiorum nostrorum assequi potuerat. Præterea, pars totius orbis tertia, nempè tota Lybia, nostro adiecta est imperio. Hæc, inquam, omnia Dei Opt. Max. & Seruatoris nostri Iesu Christi munere. III. Consulatus nostro data sunt.*

Idem: *Benè properauimus III. nostro Consulatu & has leges edere: cùm in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars totius mundi nobis adcreuit. Post Europam enim & Asiam tota Lybia nostro imperio adiuncta est, & tanto legum operi caput im-*

impositum, & omnia cœlestia dona nostro III. Consulatui indulta.

*4504 GILIMER à BELLISARIO *victus & in monte conclusus, petiit sibi ab amico mitti Citharam, & panem vnum, ac Spongiam: significans, se ad eam redactum esse fortunam, vt optet integrum panem videre & gustare, quod diu iam nullum coctum vidisset panem: Spongiam ei necessariam esse ad abstergendas lachrymas: Citharam verò, vt præsentem calamitatem flebilib. numeris leniret ac demulceret. Tandem inopia victus se dedidit Bellisario, qui illum Constantinopolim duxit, vnà cum spoliis amplissimis à Genserico Romanis quondam detractis: inter quæ etiam fuerunt Iudæorum multæ res nobiles, quas Titus Vespasianus captis Ierosolymis Romam transportauerat. Has autem opes Iustinianus iudicauit in Byzantinum palatium minimè inferri oportere: ideoque illas Ierosolymam in Christianorum templa remittendas mandauit. Postquam verò Gilimer inter captiuos, vnà cum consanguineis ac Vandalis, proceritate ac pulchritudine corporum præstantibus, in Hippodromo constitit, ad Imperatorem in alta sede constitutum, populumque circumfusum conspexit, ac demum seipsum in quod statum peruenisset considerauit: nec fleuit, nec aliud quicquam dixit quàm illud Salomonis:* Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Nec mora, ipsa pariter & Bellisarius, iussi ab his qui Imperatoriam purpuram sustinebant, supplices adorauerunt Iustinianum, qui Hilderichi filios ac nepotes, vt ex Valentiniani Imperatoris sanguine venientes, necessitudineque sibi deuinctos, opibus satis amplis munerauit: Gilimerem etiam in Gallia non contemnenda prædia cum suis propinquis incolere iussit. Procop. Vandal.* 534 536

Est annus à condito templo Salomonis 1570. eo-

dem desolato 1140. Ab excidio Ierosolymorum sub Tito 463. à morte Christi 500. compl. post captam à Scipione Carthaginem *678.* qui numeri cohærent 678. quod memoriæ causa moneo.

IVSTINIANVS Mens. Nouemb. nouum CODICEM, priore abrogato, publicauit.

Hoc anno vltimus Consulum veteris Romæ fuit Paulinus: post quem obstante bello Gothico in Occidente Consules creari desierunt. Orientales aliquamdiu Consularem dignitatem tenuerunt. donec illa quoque in solos Impp. translata est. Estque hic annus à primis Coss. Romæ designatis 1040.

ATHALARICVS Rex Italiæ anno octauo regni exacto moritur. Mater eius Amalsuenta THEOHADATVM Regem constituit: is accepti beneficii immemor contra datam fidem, Amalsuentam carceri inclusam & relegatam scelerate obtruncat. Ob quam cædem Iustinianus bellum aduersus Gothos anno insequenti suscepit. Procop. in Gothicis.

4505 *Bellum Gothicum Italicum.* 535

IVSTINIANVS Amalsuentæ necem armis vlturus, Gothis, eorumque Regi Theobadato bellum intulit: quod 18. annis durauit, & copiose descriptum est à Procopio, qui in hac expeditione Comitem Bellisarii se fuisse scribit. Iustinianus itaque duce Mundo Gothis hoc anno Dalmatiam eripuit: & per Bellisarium Siciliam, à Gothis occupatam recepit, de quo plura Procop. in Gothicis.

Constitutiones, quæ appellantur NOVELLÆ, à Iustiniano editæ vsq; ad Nouellam 17. Reliquæ sequentibus annis emissæ sunt.

4506 *GOTHI Theobadatum ob ignauiam & Amalsuentæ indignam necem omnibus inuisum, interficiunt, & Vitigen sibi Regem constituunt. Marcell. Procop.* 536

ROMA die 10. Decemb. exactis Gothis à BELLISARIO recuperata, & Romanis denuo subiecta, anno 60. post, quàm à Gothis occupata fuerat. Euagr. Marcell. Procop. Est ab V.C. 1287.

4507 *VITIGES Romam à Bellisario occupatam strenueque defensam irrita obsidione premit. Marcell. Iornan. Procop.* 537

4509 *VITIGES caeso Gothorum exercitu viuus comprehenditur, & à Bellisario Constantinopolim perducitur. Eum Iustinianus inter patritios relatum praefecit tuendis finibus imperii aduersus Parthorum siue Persarum excursiones: ibiq; Vitiges vitam finiit. Proc. Ior. Diac.* 539

4510 *ILDOBALDVS à Gothis Regi Vitigi sufficitur : & huic rursus anno exacto successit ARARICVS. Procop.* 540

BEDA in Epitome (pag. 203.) habet Eclipsin Solis 12. Cal. Iul. qua durante apparuerunt stellae hora diei tertia.

4511 *Occiso Ararico TOTILAS apud Gothos suscepit imperium, quod tenuit an. 2. fuit vir prudens, & in rebus gerendis acer ac solers, cuius rei specimen fuit, quòd duobus Graecorum ducibus profligatis, Apuliam & Calabriam in potestatem suam redegit. Procop.* 541

4514 S. REMIGIVS, Remorum Episcopus, & gentis Fräcorum Apostolus, moritur 3. Ianuar. anno Episcopatus 74. Ior. Contract. 544

4516 *ROMA capta à TOTILA (16. Cal. Ian. Marcell.) qui Capitolium incendit, praecipua aedificia diruit, & moenium tertiam partem euertit : incolis etiam aliò translatis, vrbem deformatam ac vacuam reliquit. Bellisarius paulò pòst eam recepit, ciues hinc inde dispersos reuocauit, & moenia destructa reparare & resarcire coepit. In hac vrbis direptione, Rusticiana Boetii coniunx, & Symmachi filia, vnà cum aliis matronis patriciis, ab hostibus panem emendicare coacta est quae ante hac facultates suas egentib. impertiuerat. Cumque Gothi in eius mortem conspirassent, Totilas eam nulla iactura adfici permisit: sed eam ac caeteras foeminas omnes, vt extra iniuriam essent, seruauit, etiamsi Gothi eas in coniugium deposcerent. Nulla itaq; ex his per barbaros violata est, quae ex re Totilas maximam continentiae laudem retulit. Procop.* 546

Placentiæ ob famem, ad esum humanarum carnium deuentum est. Procop.

Est an. V.C. 1297. à morte Augusti 531. à Roma capta à Gallis 932. ab Alaricho 136. à Genserico 91. ab Odoacre 70. Hinc ad Romam nostro sæculo captam 980. (bis 490.) pl. ni.

Circa hæc tempora Romanorum Coss. creari desierunt, quorum vltimus fuisse dicitur Fl. Basilius Iunior, vt Procopius annotauit.

4519 TOTILAS iterum capit ROMAM, eamq; instaurat, & quantum antea studii in ea desolanda, tantum nunc in reparanda adhibuit ac ostendit, vt infamiam, quam superior desolatio ipsi pepererat, nouo beneficio, mansuetudine atq; clementia aboleret. Quotquot etiam ad sacras ædes confugerant, inuiolatos esse iussit. Procop. Est V.C. 1300. 549

4522 TOTILAS à Narsete, Iustiniani cubiculario, prælio victus interficitur. Successit ei TEIAS postremus Rex Gothorum in Italia, qui hoc ipso anno cum Narsete, strenuè ac fortiter dimicauit, & victus atque fugiens occisus est. Hoc vltimo prælio, quo de summa rerum decertatum est, tanto animorum ardore Gothi pugnarunt, vt ne quidem occiso Teia Rege antè pugnandi finem fecerint, quàm Narses per præconem iis veniam daret, qui arma ponerent. Sic Gothorum in Italia imperium concidit, quod à principio Odoacris durauerat annis 77. à regno Theoderici Veronensis 60. 552

Desinit historica Gothica PROCOPII, hanc AGATHIAS continuauit. Superiori anno etiam finitur Chronicon IORNANDIS Episcopi Gothoci: qui sub Iustiniano floruit.

4523 IVSTINIANVS debellatis Gothis, Italiam tanquam Orientalis imperii prouinciam, Narseti ordinandam ac gubernandam permisit. Estq; annus à Iulii Monarchia 600. iniens. 553

4529 Desinit Catalogus Consulum CVSPINIANI: completo à primis Coss. anno 1065. id est, bis 532. plenis. 559

IV-

4535 IVSTINIANVS Imp. moritur (Idib. Nouemb. Niceph.) ætatis circiter 84. Nam imperium adeptus est natus annos 45. imperauit an. 38. mens. 7. d. 13. Est à Monarchia Cyri 1100. Cedrenus scribit, BELLISARIVM quoque ex vita excessisse hoc anno. 565

SIGONII de Occidentis imperio historia terminatur.

IVSTINI IVNIORIS Iustiniani nepotis IMPERIVM: quod durauit ann. 10. mens. 10. d. 20. Onuphr. Euagr. ann. 12. mens. 10. cum dimidio.

4536 *Huc vsque deductum est Chronicon* MARCELLINI *Comitis, qui sub Iustiniano vixit.* 566

4538 REGNVM LONGOBARDORVM IN ITALIA. 568

Indictione I. feria II. paschatis, 2. April. LONGOBARDI *Pannonias egressi, duce* ALBOINO, *Italiam inuaserunt, vbique pulsis præsidiis Imperatoris Orientis, Longobardico regno instituto, annis 206. (vsque ad annum Christi 744.) eam tenuere: quo temporum interuallo Italiam omnem, præter Romam, in ditionem suam, sub 24. Regibus redegere. Diac. Onuph.*

Huic mutationi occasionem præbuisse dicitur Sophia, Iustini Imp. coniunx, quæ Narseti, Italiam Ducis nomine obtinenti, per probrum obiecerat, quòd Eunuchus esset, eumque relicta Italia ad trahenda vnà cum puellis pensa in Gynecæum redire iusserat. Cui ille respondit, se telam exordiri, quam ipsa nunquam pertextura sit. Paulò pòst Longobardos in Italiam attraxit. Hanc malorum nouitatem noua in cœlo signa multo tempore antè portenderant. Sigeb.

4539 EXARCHATVS *Rauennæ institutus.* 569

LONGINVS *à Iustino Imp. missus, eas Italiæ partes, quas Longobardi occupare non poterant, sub Exarchi nomine annos 15. obtinuit, Rauenna imperii sede collocata. Onuph.*

4541 MAHOMET, *Turcicæ impietatis parens, nascitur 21. Septemb.* 571

4560 tifex 3.Non Sept.Sedit an.13.m.6.d.10. Beda. à 590
Leonis Magni principio 150.ab eius excessu 130. incoatis.

Hic primus Seruum Seruorum Dei se appellauit,& Constantinopolitano Patriarchæ Vniuersalis Episcopi titulum decreto abrogauit.Pet.de Natal. l.3.c.192.

4561 MAVRITIVS Theodosium filium creat Augustum die paschatis 15. April.imperauit cum patre an.11.mens.7.d.6.Zona.Cedre. Niceph. 591

4563 EVAGRIVS historiam suam scribit anno Antiocheno 641.Euag.3.c.33. 593

4564 Anno 12. Mauritii terminatur historia Euagrii, cuius coætaneus fuit Agathias.Euag. 594

4565 Viguit inter Georgium Rom.& Ioannem Constantinop.Episcopum contentio de primatu. Qua de re lege Epist. Georgii lib.4. a cap.76. vsque ad 88.sub indictione 13.Annus 1200. à principio captiuitatis Babyl. 595

Anno 13. Mauricii Theodorus Medicus ad Chaianum Auarorum siue Hunorum principem legatus missus, superbi Chaiani iactantiam ita retudit ac repressit: *Audi Chaiane, inquit, vtilem narrationem. Sesostris Rex Aegytiorum illustris & felix, opibusque clarus, plurimas nationes seruituti subegit: vnde curru ex auro & lapidibus praciosis constructo vehi solitus est, qui à quatuor Regibus à se victis trahebatur. Cumque vnus ex regibus sæpe respiciens, rotam qua voluebatur, contemplaretur, percontatus est Sesostris, cur ita respectaret? Intuens rota volubilitatem, inquit ille, in qua summa cito fiunt ima, cogito fortuna instabilitatem, alias excelsa humiliantem alias humiliata exaltantem. Sesostris parabolam intelligens, noluit currum à Regibus postea trahi. Chaianus vero hac narratione mitigatus, inducias cum Mauricio fecit.* Diac.

4566 GREGORIVS Papa Augustinũ cum aliquot Monachis mittit in Britaniam ad prædicandum Euangelium. Epistola Greg. data est 10. Cal. Aug. an. 14. Mauricii, post Consulatum eius 13. indictione 14. id est, Christi 596. Doctores illi Angliam ingressi sunt anno sequenti 597: qui est ab aduentu Anglorum in Britanniam plus minus 150. Beda. 596

4571 Hoc anno Gregorius Papa scripsit Epistolã de Sanctorum imaginibus in templis, eas nec adorandas, nec confringendas esse, quod idiotis cernẽtibus idem præstet pictura, quod legentib. scriptura. Vide Epist. Gregor. lib. 9. c. 9. 601

4572 MAVRICIVS Imp. in exercitus sui odium venit, quod auaritię ac tenacitati (quo vitio ille virtutes suas valde deformabat ac inquinabat) indulgẽs, pro redimẽdis captiuis militibus, quorum erant ad 12. millia, exiguum precium, nempe, pro singulis dimidium nummi pendere recusasset. Imperator audiens illos ad vnum omnes ab hoste trucidatos esse, suaq; culpa tantum humani sanguinis effusum expendens, & præterea somniis, aliisq; prædictionibus territus, ad Deum supplicationib. placandum se cõuertit, petiitq; vt pœnam meritam Deus ipsi in hac vita irrogaret. Interim Phocas Centurio, ab exercitu seditioso salutatus Imperator, Mauricium ex fuga retraxit, eiusq; filios, & cõiugem necari iussit. Quod dum spectaret Mauricius, nullam vocem, nisi hanc, edidit: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Cumque nutrix Imperatoris filiolum, infantem adhuc & lactentem surripuisset, suumq; filium pro illo mactandum obtulisset, Mauricius non annuit. sed suum filium proferri iussit. Postremo ipse incredibili animi magnitudine mortẽ subiit, securi percussus (24. Nouemb. Onuph.) ætat. an. 63. imperii 19 mẽs. 3. d. 11. Onuph. Huius Imp. ne- 602

necem Cometes præcessit. Mors itaq; filiorum facta est Epitaphium patris, Virtutem eius in tanta calamitatum mole ostendens. Capita interfectorũ Phocas in Campo iuxta tribunal abiici iussit, & vrbe exiẽs solitus est ea cõtẽplari: donec cũ iã fœterẽt tolli permisit. Diac. Ced. Zon. Niceph.

PHOCAE IMPERIVM.

Hic Imp. fuit tyrãnus, patriæq; calamitas: sub quo omnis generis mala in humanum genus exundarunt: & Res Romana continentibus atq; atrocibus calamitatibus afflicta & attrita est. Quidam sanctus Monachus Deum ad disceptationẽ prouocans, quæsiuit: Cur tam impium Christianis imposuisset Imperatorem? audiuit vocem sibi dicẽtem: Deteriorem alium inueniri potuisse nullum, atq; hoc meruisse hominum flagitia. Cedr.

Initium imperii Phocæ ad finem anni Christi 602. pertinere colligitur ex Beda Anglica hist. lib. 2. c. 4. & lib. 1. cap. 34. & ex titulo Epistolarum Gregorii lib. 11. cap. 1. qui sic habet: Indictione 6. (ineunte ante finem anni 602.) die 23. Nouemb. Coronatus est Phocas, & occisus Mauricius cum quinque filiis masculis & Petro fratre.

4573 GREGORIVS Magnus ad Phocã scribit Epistolas, quæ extant lib. 11. c. 36. & 43. sub indictione 6. vbi hunc annum nominat 35. Lõgobardorum tyrannidis in Italia. Supra 569. 603

CHOSROES Persarum Rex pacem rupit, & cum Phocæ ducibus prælio congressus illos vicit, & magna clade adfecit. Ced. Diac. Niceph.

4574 GREGORIVS Magnus Rom. Põtif. obiit indict. 7. sepultus 4. Id. Mart. Beda Angl. histor. l. 2. c. 1. à morte August. 174. Leonis Magni 143. 604

4577 Romanorum Pontificum primatus.

BONIFACIVS III. creatur Pontifex Rom. (5. Feb. Onuph.) qui apud Phocã obtinuit, vt Ecclesia Romana esset ac diceretur caput omniũ Eccles. Beda. Mense Apr. cõpletur ab V. C. an. 1357. 607

Pho

4581 PHOCAS Imperium malè partum, maleque administratum, malè amisit. Nam aduersus hominem impurissimum ac multis scelerib. infamem conspirarunt Priscus Phocæ gener, Heraclianus Imperatoris Heraclii pater, & Photius, cuius vxorem Phocas vi constuprauerat. Hi nauali prælio in portu Constantinopolitano superatum, & in regiam confugientem Phocam solio deturbant, purpura spoliant, & ad Heraclium deducunt, qui confestim iussit ei amputari manus, pedes, pudenda, & caput: Truncum reliquum milites in foro combusserunt (6. Cal. April. Onuph.) Fratres etiam eius & necessarii occisi sunt. Hic exitus fuit vitæ ac scelerum tyranni, qui per octénium imperio insultauerat. Cedr. Zonar. 611

Memorabile est, quod refert Cedrenus, seditiosos illos milites qui neglecto Mauricio Imp. Phocam ad tyrannidem euexerant, adeò fuisse sub Phoca consumptos, vt cū Heraclius creatus Imp. accuratam militum recensionē ageret, de vniuersa militum multitudine, quos à Mauricio conscriptos Phocas acceperat, tantum duo superfuerint. Tam fœlix eis fuit imperium Phocæ, quem illi coronauerant.

HERACLII IMPERIVM.

Historia NICEPHORI terminatur cum imperio & vita Phocæ.

Beda hist. Angl. l. 2. cap. 18. copulat 24. Heraclii cum 634. Christi, & cū indictione 7. inde perspicitur primum Heraclii esse 611.

4585 Persæ occupato Iordane, Palæstinam & vrbem Ierusalem vi expugnarunt, & per Iudæorum manus interfecerunt, vt fertur, ad 90. millia hominum. Nam Iudæi Christianos à Persis emptos necauerant. Zacharias Præsul Hierosolymitanus & lignum crucis Christi cum reliqua præda in Præsidem abducuntur. Cedr. Diac. 615

4588 HERACLIVS *legatis in Persidem missis à Chosroe pa-* 618
cem

cem petit: sed ille hoc responso eos demisit: Non parcam vobis, donec crucifixum, quem Deum esse fatemini, abnegetis, & donec Solem adoretis. Diac. Cedr.

4592 Initium Alhigeræ, siue æræ Turcieæ. 622

MAHOMET *fit dux & caput Arabum, qui vna cum ipso vrbe Mecha excesserant: regnauit 10. annis Arabicis, mens. 2. dieb. 12. vt habet Chronicon Saracenorum.*

Hinc Saraceni computant annos Albigeræ, id est, peregrinationis vel expeditionis primæ Mahometi. Erasmus Reinholdus ab initio annorum Christi vsque ad æram Mahometicam numerat annos Iulianos 621. dies 195. Et D. Crantzemius, quem in rerum Turciarum consignatione, præter cæteros scriptores, libenter sequimur, refert Epocham Turciam ad 15. Iulii, qui tum fuerat dies Iouis.

Integram historiam Mahometi, Saracenorum, Agarenorum, vel gentis Turcicæ, desumat Lector ex scriptis ea de re editis. Instituti nostri ratio, in hoc breui indice, tam prolixam rerum istarum commemorationem non admittit.

Est annus à morte Ismaelis 2420. à diluuio 2936. condito templo Salomonis 1658. condito templo secundo 1140. regno Cyri 1180. eius morte 1150. à regno Philippi Macedonis 980. id est, bis 490. à Monarchia Alexandri Magni 950. Iulii 668. August. 650. à collocato idolo Iouis in templo Dei 787. eodem repurgato 784. ab excidio Ierusalem sub Tito 550. plenis: à morte Christi 588. coronatione Herodis 660. à condita ac dedicata Constantinopoli 290. ab expeditione Xerxis in Græciam 1100. ab aduentu Æneæ in Italiam 1800. Hinc ad natum Carolum Magnum 120. Regnum Othomanni Magni Regis Turcarum 678. captam à Turcis Constantinopolim 831.

Hic ipse annus est Medium inter natalem Constantini Magni, & inter mortem Othonis Magni: vtrin-

vtrinq; distat an. 350. Item est Medium inter Monarchiam Augusti, & imperium Rodolphi Habspurgii, vtrinq; distans annis 650.

272	622	3942	622
350	350	650	650
622	972	4592	1272

A Roma condita huc vsque completi sunt 1372. id est, vices octies 49. à Mundo condito 164. Cycli annorum 28. Item est annus à Iuliana anni emendatione 666. Et in huius æstate incipit Olympias 350.

HERACLIVS *anno 12. imperii, indictione 10. die 4. Aprilis celebrata solennitate Paschali, feria secunda Paschatis mouit in Persas, adsciscens Turcorum & aliarum nationum auxiliares copias. Hoc bellum Heraclii cum Chrosroa Persarum Rege, fuit sexennale. Cedr. Diac.*

4597 CHOSROES *Persorum Rex, filium Iuniorem Mardasam, neglecto primogenito Siroe, regno inauguraturus, capitur à Siroe, in carcerem detruditur, fame cruciatur, malignè suppeditato pane & aqua, à Satrapis conspuitur & contumeliis adficitur, spectator est necis Mardasæ ac reliquorum filiorum, & post paucos dies ipse quoque sagittis conficitur. Sic inter spicula nequißimam animam reddidit, qui conuiciorum ac blasphemiarum tela in Christum crucifixum eiaculatus fuerat, & arma impia ei intulerat. Siroes regno potitus pacem firmam cum Heraclio Imperatore composuit, & captiuos omnes, quotquot in tota Perside carceribus inclusi tenebantur, reddidit vna cum Hierosolymitano Patriarcha Zacharia & ligno S. Crucis, quod Persæ ante annos 12. Hierosolymis abstulerant. Cedr. Diac. Zon.* 627

EDVINVS *Anglorum Rex à Paulino Episcopo baptizatur, vna cum suis nobilibus ac plebe plurima, die Paschatis, 12. Aprilis, indictione 15. Eboraci: anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter 180. Beda hist. Angl. l. 2. c. 14.*

A Dauidis regno in Ierusalem 1700.

ISIDORVS Iunior, Episcopus Hispalensis, cuius scripta habemus, floruit.

4598 *HERACLIVS facta pace cum Siroe, & sexennali bello feliciter confecto, latus constantinopolim reuertitur, & à filio Constantino, totaque populi occurrentis, & exultantis multitudine cum plausu faustisque acclamationibus splendidißimè excipitur, & in regiam deducitur. Cedr. Zon. Diac.* 628

4599 HERACLIVS Hierosolymam proficiscitur, reportans eò S. Crucis lignum, & actis Deo gratiis, votisque persolutis, Patriarcham Zachariam sedi suæ restituit. Omnes Ebræos vrbe sancta expulit, adiuncto edicto, ne iis intra tertium milliare adire eam liceret. Cedr. Diac. In huius diuini beneficii, victoriarumq; Heraclii in Perside memoriam, institutum est Festum Exaltationis Crucis, 14. Septem. quotannis celebrandum. 629

4600 IVBILÆVS MVNDI *92. Mosis 24. prædicationis Christi 12.* 630

ATHANASIVS IACOBITAVM Patriarcha Heraclium Imp. infecit errore Montheletarum, qui statuebant, in Christo vnam voluntatem, vnamque operationem: vnde illi astutè ratiocinabantur: in Christo esse vnam naturam. Nam vbi vna actio vel operatio reperitur, ibi vna natura cognoscitur, exceptis nominib. officiorum Christi, quæ sunt vtriusque naturæ. Diac. Cedr.

4601 S. Columbano Italiam petente, S. Gallus apud Sangallum remansit, ibique cellam suam construere cœpit. Contractus. 631

4602 *MAHOMET pseudopropheta, & Arabum siue Saracenorũ princeps, moritur circa 8. Iunii, cum vixisset annos Arabicos 63. incoates, id est, Iulianos 61. Cranzemius ex Chron. Saracen. ad Alcoranum adiuncto.* 632

Eras

Erasmus Reinholdus hinc orditur æram Persarum, dictam Iesdagert.

De Saracenorum irruptionib. in Phœniciam, Aegyptum, Palæstinam & Mesopotamiam, quæ annis insequentibus acciderunt, vide Cedr. Diac. Zon. & rerum Saracenicarum scriptores.

4611 HERACLIVS Imp. ex hydrope mor. 11. Martii, imperii an. 30. mens. 10. Cedren. Post eum filius Constantinus imperauit mens. 4. & à nouerca Martina veneno sublatus est. Successit Heraclonas Martini filius natus an. 10. qui cum mens. ferme sex gessisset imperium, missus est vna cum matre in exilium. Martinæ præcisa est lingua, ne oratione, qua plurimum valebat, populum commoueret: Puerum vero Heraclonam naso mutilarunt, ne decor aut gratia in vultu miserationem faceret. 641

4612 CONSTANTIS IMPERIVM. Ced. Diac. Zon. (alii ad præced.) Beda copulat nonum Cõstantini cum indictione 8. id est, Christi 650. ergo 642. est primus. 642

4636 Venerabilis BEDA presbiter, cuius Homiliæ in templis decantantur, circa hunc annum natus est in Anglia. Huius viri eruditissima scripta in hoc opere Cronologico perficiendo plurimum nobis commodi attulerunt. 666

4639 CONSTANS Imp. Syracusis in balneo interficitur 15. Kal. (?) Iulii, imperii an 27. Cedr. Diac. Onuph. 669

CONSTANTINVS Pogonatus (id est, barbatus) Imp. an. 17. Cedr. Onuphrius adiicit 7. mens.

CÆSARIVS Arelatensis, cuius conciones extant, hoc sæculo claruit.

4650 IVBILÆVS MVNDI 93. *Mosis 43. prædicationis Christi 13.* 680

MONOTHELETÆ, ponentes vnam in Christo voluntatem ac operationem, refutantur & damnantur

nantur in 3. Synodo Constantinopolitana, quæ incoata mense Nouemb. durauit vsque ad 681. finem, ideoque à scriptoribus ei adsignatur inditio 9. & 10. Distat hæc Synodus à Nicena 356. à Constantinopolitana prima 300. ab Ephesina 250. à Chalcedonensi 230. Tot ferme annis grassatum est in Ecclesia virus Eutychianum.

4656 HERACLIVS IVSTINIANVS, vltimus è stirpe Heraclii, Imp. an. 10. Ced. Zon. In libro Conciliorum copulatur secundus Iustiniani cum indict. 15. (687. Christi) & apud Bedam 4. Iustiniani cum 689. & indict. 2. 686

Est à diluuio Nohæ annus 3000. à principio Heraclij 76.

Hoc anno IVLIANVS POMERIVS, Archiepiscopus Toletanus, scripsit tres libros, quos hodie legimus, aduersus Iudæos. Vbi de æra Conciliorum (de qua supra 3933.) ita scribit: Æra, inquit, inuenta est annis 38. antè, quàm Christus nasceretur: & nunc est Æra 724. detractis igitur 38. ab æra, residui erunt à natiuitate Christi anni 686.

4660 Per hæc tempora constitutus est Episcopatus Vltraiectinus, Episcopo Wilibrodo Britanno Cathedram primùm tenente. Chron. Vltraiect. 690

4666 IVSTINIANVS Imp. à Leontio patricio deiicitur imperio, & abscissis naribus relegatur Chersonam, vbi propè decennium exul vitam miseram & calamitosam egit. Cognominatus fuit Rhinotmetus, à præciso naso. Cedr. 696

Hoc anno terminatur historia POMPONII LÆTI, quam ille his verbis claudit: Soli Heraclio, inter omnes Romanos principes contigit, vt in vna stirpe Sextus Augustus legeretur. Præfuerunt omnes an. 87. (rectiùs 86.)

LEONTIVS Imp. an. 3. Cedr.

4669 *Exercitus Romanus motâ seditione Apsimarum creat imperatorem, eumque Tiberium nominat. Leontius im-* 699

perio deturbatur, & præciso naso in monasterium detruditur. Cedren.

TIBERIVS APSIMARVS Imp. an. 7. Ced. & alii.

4670 *Romani peruagati Syriam, ad ducenta millia Arabum, vt fertur, interfecerunt. Cedr. Diac.* 700

4676 *IVSTINIANVS Iunior, Trebellij Regis Bulgarorum opera & auxilio, imperium recipit: TIBERIVM APSIMARVM, & LEONTIVM vinctos per vrbem in pompa ducit, eorumque ceruices pedibus calcat, plebe acclamante:* Super aspidem & basiliscum ambulabis, & Leonem ac Draconem conculcabis. *Inde eos capite truncari iussit: & in omnes aduersæ factionis conscios grauissimè animaduertit. Cedr. Diac. &c.* 706

IVSTINIANVS iterum imperat. an. 6. Cedr.

4682 IVSTINIANO vita & imperium eripitur à Philippico: atque in hoc demum Iustiniano iuniore defecit Heraclii progenies, elapsis ab Heraclii principio annis 100. 712

PHILIPPICVS Imp. an 2 mens. 9. Diac.

Hic sextæ Synodi Decreta abolere Antisynodo congregata contendit, gratificaturus Monacho, qui imperium ei vaticinando promiserat, & hoc ipsum prædictionis præmium petiuerat. Cedren.

4685 *Pridie Pentecostes PHILIPPICVS Imp. ab Anastasio secretariorum principe capitur, & oculis priuatur. Die Dominico Pentecostes Artemius regno inauguratur, eiq; Anastasii nomen inditur. Cedr. Zona.* 715

ARTEMIVS ANASTASIVS Imp. an. 1. mens. 3. Diac. Zona.

4686 THEODOSIVS creatur imperator: Artemius Anastasius capta Constantinopoli pro purpura induit Monachi habitum, & Thessalonicam deportatus Monasterio includitur. Cedr. Zonar. Diac. 716

THEODOSIVS ADRAMYTTENVS Imp. mens. aliquot.

THEO-

4687 *THEODOSIVS audiens Leonem Isaurum salutatum esse Imp. ab exercitu, accepta priùs securitatis ac salutis fide, citra dimicationem imperio cedit, & vnà cum filio factus Clericus reliquum vitæ tranquillè exegit. Zon. Ced. Diac.* 717

LEO CONON ISAVRVS, Iconomachus dictus, Imp. an. 24. mens. 2. d. 25. Cedr. Diac. Principium Leonis huc pertinere demonstratur ex lib. Conciliorum, vbi 3. Leonis est indictio 2. (719.) septimus est indictio 6. (723.) Diacono 4. Leonis est indictio 3. (720.) Idem expressè ait, Leonis imperium cœpisse 8. Calen. Aprilis. Indict. 15. id est, 717.

S. BONIFACIVS Germanis verbum DEI prædicat. Sigeb.

4690 *CAROLVS MARTELLVS, Caroli Magni auus, in Francia rebus præclarè gestis nomen suum ad omnem posteritatem nobilitat. Fuit Maior domus, id est, Palatij regij siue aulæ Præfectus, de quo multa scriptores Gallici & alij. Plerique numerant Martelli annos ab anno Christi 714. quo obiit Pipinus pater eius.* 720

4695 LEO Imp. cœpit εἰκονομαχεῖν, id est, euertere Sanctorum imagines, quæ res maximis in Ecclesia & Repub. turbis occasionem præbuit. Nam post 3 aut 4. annos Gregorius II. Rom. Pontifex, icto cum Francis fœdere, à Leone defecit, & ne vrbis Romæ & Italiæ tributa annua ei penderentur, interdixit atque inhibuit. Ex eo tempore Romani Pontifices ad Francos respicere cœperunt, neglectis Græcis Impp. Cedren. Diac. 725

IOANNES DAMASCENVS, Monachus, cuius scriptis hodie fruimur, Damasci in Syria floruit.

Bedæ Chronicon à Mundo condito huc vsque perductum, terminatur 9. anno Leonis, & alicubi ait se ista scribere 725. Christi.

4700 IVBILÆVS MVNDI 94. *Mosis* 44. 730
prædicationis Christi 14.

BONIFACIVS Archiepiscopus Moguntinus præfuit episcopatui an 26. moritur 755.

CAROLVS MARTELLVS *deleuit supra* 380. *millia Saracenorum, qui in Galliam infusi erant. Sigeb. Regino. Marian. Aemilius & scriptores Gallici.*

4701 *Historia gentis Anglorum, à Beda conscripta, desinit. Appendix à quodam adiecta est.* 731

4703 *Eclipsis Solis facta* 18. *Calen. Septemb. circa horam diei tertiam, anno* 733. *Christi, ita vt penè totus orbis Solis, quasi nigerrimo scuto, videretur esse coopertus. Beda in Epitom. historiæ Angl. pag.* 206. 733

4705 Circa hunc annum obiit Venerabilis BEDA ætatis 70. die Ascensionis Domini (Marian. prid. Cal. Iunij.) Alii ad 731. vel 736. 735

4711 LEO Imp. obiit Constantinopoli 14. Cal. Iulii, indictione 9. Diac. Idem ait hunc esse annum Philippi (Aridæi fratris Alexandri Mag.) secundum Macedones 1063. quod exactè ad nostram consignationem quadrat. 741

3648
1063
―――――
4711

CONSTANTINVS dictus Copronymus (*quia infans, cùm baptizaretur, sacri lauacri aquas ventris excrementis polluerat*) in Oriente imperauit an. 34. mens. 2. dieb. 26. Diac.

ANNALES FRANCORVM COMplexi annos 88. incipiunt.

CAROLVS MARTELLVS, *Maior domus siue Præfectus aulæ Regiæ, auus Caroli Magni, moritur* 22. *Octob. Reliquit* 3. *filios: Carolomannum, Pipinum & Grifonem. Franc. Annal. & alij.*

CARO-

4712 CAROLVS MAGNVS nascitur (dependet ex anno obitus) Schaff. à regno Philippi Macedonis 1100. à nato Alexandro Magn. 1096. Cyro 1346. Iulio Cæs. 840. à Iusto 803. Constantino magno 470. à primo Consulatu Iulij 800. à morte Alexandri Magni 1064. id est, bis 532. 742

4716 His temporibus à S. Bonifacio fundati sunt tres Episcopatus, Herbipolen. Aisteten. & Frisingensis, & Cœnobium Fuldense in Sylua Buchonia. Sed de annis, quibus id factum sit, ea est annotationum apud scriptores diuersitas, vt nos de iis nihil definiamus. Primus Episcopus Herbipol. fuit S. Burchardus: Aistetensis verò S. Wilibaldus. 746

CAROLOMANNVS Caroli Martelli filius huius mundi gloriam & bona caduca contemnens, Romam proficiscitur & fit Monachus, Pipino fratri ditiones suas relinquens. Franc. Annal.

4720 *PIPINVS Franciæ Rex.* 750

CHILDERICVS Francorum Rex à Pipino apud Zachariam Rom. Papam accusatur, quòd solo Regis titulo contentus ociosam vitã degeret, & muneris sui officiis neglectis curam omnem regni in ipsum Pipinum reiiceret: Itaque iussu Zachariæ Pipinus appellatur Rex Francorum, & Childericus rex tonso capite in monasterium detruditur, vbi & vitam finiit, vltimus primæ stirpis Regum Francorum, qui ex eadem familia annis 331. à Pharamundi principio recta linea inter se successerant. Nam Gallici scriptores in Regum suorum familiis tres mutationes numerant: primam à Pharamundo vsque ad Pipinum annorum 331. Secundam à Pipino vsque ad Hugonem Capetum Comitem Parisiensem annorum 237. Tertiam ab Hugone Capeto vsque ad nostra tempora.

PIPINVS, Caroli Magni pater, à S. Bonifacio Archiepiscopo vngitur in Regem Francorum, regnat ann. 18. Franc. Sigeb. Schaff. Regino. Plurimi tamen ad sequen. an. 751. referunt Pipini coronationem. Verùm in hi-

storiis Regum Franciæ discrepant annotationes vnius anni spacio, propter annorum Christi radicem aliter atque aliter fixam & constitutam, de qua lite pronuncient alij, per nos potest quisque sequi, quod indicauerit esse rectissimum. Chronologis paratum est præsidium in duabus voculis: inclusiuè & exclusiuè, vel anno currente aut completo: quibus omnia inextricabilia expediunt, & nodum Gordium secant.

Est annus Romæ conditæ 1501. vbi obserua, paria esse spacia à Roma cõdita ad natum Christum, & à nato Christo vsque ad Pipinum: & rursus à Pipino ad natalem Caroli V. Imper. nempe annos 750.

3219	750	*anni N.C.*
750	750	*à Pipino ad Carolum.*
3970	1500	*natus Carolus V.*
750		
4720		

Hinc ad mortem pij & docti Roberti Regis Franciæ anni 280. ad vesperas Siculas 532.

4726 *PIPINVS contra Aistulphum Longobardorum Regem, bona Ecclesiæ Romanæ erepta non restituentem, duxit exercitum in Italiam, & illum pactis stare coëgit. S. Petro etiam Rauennam, aliaque Italiæ loca donauit.* 756

AISTVLPHVS moritur, cui DESIDERIVS, vltimus Longobardorum Rex, substituitur, qui regnauit an. 18. Franc. Sigeb. Contract. Frising.

Eclipsis Solis facta 5. Id. Ianua. Et eodem mense Eclipsis Lunæ 9. Cal. Febr. Epitome hist. Angl.

4738 *PIPINVS, Rex Franciæ, moritur Parisiis 24. Septembr. alij 28. Octob. (Regino 6. Augusti) humatus apud S. Dionysium, superstitibus duobus filiis, Carolo & Carolomanno.* 768

CAROLVS MAGNVS regnauit annis 46. (incoatis.) Annal. Franc. Regino. Schaff. Marian. Hinc ad Ottomanni Magni Turcici Regis initium 532.

CARO-

4741 *CAROLVS accepto nuncio de Carolomanno fratre suo 4 Decemb. extincto, ex hoc tempore regnare cœpit solus an.42.Schaff.Franc.* 771

4742 *CAROLVS MAGNVS Saxoniam primùm bello aggressus est, & Idolum, quod à Saxonibus vocabatur Irminsul, euertit. Annal. Franc.Schaff.Cranz.* 772

Est annus à Beli R. Assyrij principio 2900. à morte Cyri 1300. à Monarchia Alexandri 1100. Augusti 800. ab imperio Vespasiani 701 à nato Constantino Magno 500. Estque ætatis Carol 30.plùs minùs completus.

4744 Finis regni Longobardici in Italia. 774

DESIDERIVS Longobardorum Rex à Carolo Magno captus in exilium mittitur. Ita Longobardorum in Italia regnum ad Franciæ Reges transiit anno 206. pòst, quàm Longobardi Italiam primùm intrauerant. (Vide 568.) Franc. Sigeb.Regin. Est annus 800.appellationis Augusti.

4745 CONSTANTINVS COPRONYMVS Orientis Imp.moritur mense Augusto,indictione 13.(775.) Diac. 775

LEO filius Copronymi, Imper.an.5.Zon.Diac.

4747 CAROLVS MAGNVS Collegium Osnaburgense in Westphalia, & paulò pòst Episcopatum Halberstatensem instituit. Cranzius. 777

4750 IVBILÆVS MVNDI 95. *Mosis 45. prædicationis Christi 15.* 780

LEO Imp.moritur:& Regina IRENE vnà cum filio CONSTANTINO (puero decem annorum) suscepit imperium 6 (alij 7.) Idus Sept.ind. 4. Diac.

4755 Hoc demum anno Saxones à bellis quiescentes,& apostasiæ culpam deprecantes, à Carolo Magno veniam & impunitatem impetrant,& vna cum WITIKINDO Duce suo baptismum & Christianismum suscipiunt. Annal.Franc.Regino,&c. 785

Cranzius in Saxon. refert, Saxonum principes pro insignibus in militaribus vexillis gestasse pullum equinum atrũ ante baptismum: Candidum verò post baptismum.

& gloria dictus est Magnus, atque Ecclesiis & Scholis constitutis religionē Christianam in Germania longè latéque propagauit: Romæ à Leone III. Pontif. Max. consecratur, & faustis populi acclamationib. salutatur Imp. Romanus, & Augustus: die natali Christi incoante annum 801. quam inaugurationem ille primùm ita auersatus est, vt affirmaret, se eo die, quamuis præcipua solennitas esset, templum non ingressurum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset. Sic Occidentis imperium ad Reges Francicos transiit. Eginhartus, Regino, Schaff. Frisin.

Estque post Augustuli imperium & Odoacris in vrbe Roma regnum, annus 324. à Roma condita 1551. regno Dauidis 1880. regno Salomonis 1840. morte Salomonis 1800. Monarchiæ Iulij 846. Augusti imperio 841. eiusdem Monarchiæ 829. Hinc ad natalem Caroli V. Imp. 700. ad eius coronationem 720.

4773 IRENE Imperatrix in Insula Lesbo exulans moritur 9. Augusti. Diac. Cedre. 803

Hic Impp. Græcorum Catalogum abrumpemus, & per Impp. Occidentis annorum mundi seriem continuabimus.

CAROLVS Imp. omnes Saxones trans Albim morantes in Franciam transtulit, pagosque eorum Abotritis dedit. Sigeb.

4775 TVRPINVS Episcopus Rhemensis (cuius Chronicon habemus) Basilicam S. Iacobi Compostellæ dedicauit, præsente Carolo Magno, Cal. Iunii. Albericus. 805

Caroli exercitus Boëmiam populatur, Duce eorum Lechone occiso. Franc. Annal.

Osnaburgi à Carolo Magno Schola instituta 20. Decemb & priuilegiis exornata, vt Græci & Latini autores ibi explicarentur. Cranzius Metrop. l. 1. c. 2.

4777 CAROLVS Imp. lectiones, cuilibet festo conue- 807

 nien-

nientes, ex Patrum scriptis à Paulo Diacono decerptas & collectas, per anni circulum in Ecclesiis legi præcepit. Sigeb.

4783 *PAVLVS DIACONVS Aquileiensis, qui hoc tempore floruit, Chronicon suum huc vsque perduxit.* 813

4784 CAROLVS MAGNVS Imp. Rom. moritur Aquisgrani, die 28. Ianuarii, ætat. 72. cùm in Occidente imperasset an. 13. mens. 1. d. 4. Annal. Franc. Eginhartus & alij à morte Augusti Cæs. (inclus.) 800. Iulij 856. Alexandri Magni 1136. Pompeij Magni 860. Constantini Magni 477. Hinc ad imperium Caroli IIII. Imp. 532. 814

LVDOVICI PII Caroli Magni filij, IMPERIVM.

4796 *HAROLDVS Danorum Rex cum coniuge & liberis, plurimisq; Danis, præsente Ludouico Imp. baptizatur Moguntia. Cranzius 4. c. 10. alij ad præced.* 826

4800 IVBILÆVS MVNDI 96. *Mosis 46. prædicationis Christi 16.* 830

Incipit Chronicon Monasterij HIRSGAVIENSIS hoc anno fundati, editum à IOANNE TRITTHEMIO Abbate Spanhemensi.

Hoc tempore vixerunt STRABVS Glossæ ordinariæ in S. Bibliis autor: FRECVLPHVS historicus: THEODVLPHVS Episcopus Aurelianensis, autor hymni: Gloria laus, &c. quem cùm die Palmarum in carcere alta voce cecinisset, Imperator carcerem transiens, & hymno delectatus, statim eum liberum dimitti iussit. Tritth.

4810 LVDOVICVS PIVS Imp. moritur 20. Iunij ætat. 64. imperii an. 26. mens. 4. d. 24. Onuph. Huius obitum antecessit Cometa & Eclipsis Solis. Marian. Contract. 840

LOTHARII, filij Ludouici Pij IMPERIVM. Onuph. Marian. Sigeb. Est à morte Ioseph 2500. Iosuæ 2300. Samsonis 2000. Antiochi Epiphanis

nis 1000. à nato Augusto 900. complet.
4812 *Tribus fratribus* LOTHARIO, CAROLO *&* LVDOVICO *de regni diuisione decertantibus, commissa est pugna in pago Antissiodorensi, victoq; Lothario, tanta cædes vtrimque facta, vt præcipua pars nobilitatis Gallicæ occubuerit, & Francorum vires admodum accisæ & attenuatæ sint. Regino. Sigeber. Alij ad præced.* 842
4814 *Hoc anno (alij præced.) facta partitione regnorum inter tres fratres:* CAROLVS *Galliam accepit:* LVDOVICVS *Germaniam:* LOTHARIVS *cum Imperatoris nomine Italiam, mediamq; partem Franciæ inter Scaldin & Rhenum, quæ ab eius nomine appellata est* LOTHARINGIA. *Sigeb. Regi. Aemyl.* 844
Romani Pontifices nomina mutare cœperunt, quem morem hodie seruant. Martin. Polonus.
4815 HINCMARVS vir doctus, cuius hodie scripta leguntur, Rhemorum Archiepiscopus, floret. Contract. 845
ALBVMASAR Astronomus claret.
4817 RABANVS MAVRVS Commentator Bibliorum fit Archiepiscopus Moguntinus, præfuit Ecclesiæ an. 9. Tritth. 847
4821 *Tanta fuit annonæ caritas & fames, vt filij & parentes beluino quodam furore sese mutuò fere deuorârint.* 851
4823 HAYMO tertius Episcopus Halberstatensis, qui cõmentariis Biblia illustrauit, moritur, & in summo templo Halberstatensi sepelitur. Tritth. Alij 824. 853
LOTHARIVS Imp. abdens se in Monasterium Prumiense, moritur 29. Septemb. imperij an. 15. mens. 3. d. 10. Regino & alij.
4825 LVDOVICI II. IMPERIVM, quod durauit an. 19. mens. 10. Onuph. Frising. 855
4826 RABANVS MAVRVS Archiepiscopus Moguntinus moritur. 856
4831 *BRVNSVIGAE à se conditæ nomen dedit* BRVNO *Dux Saxoniæ.* 861
4835 S. ANSGARIVS Archiepiscopus Hamburgensis, 865
&

&Nordmannorum Apostolus, moritur. Crantz. Metrop.

4840 *Saraceni cum Persis bella iterarunt, & Persæ Turcico milite vsi, illorum auxiliis vicerunt. Ab eo vsque tempore Turcæ nunquam postea reliquerunt Asiam, & in Saracenicum tàm regnum quàm nomen transierunt. Drechs. Cedren.* 870

4845 LVDOVICO Imp. mortuo, CAROLVS CALVVS Galliæ Rex, & Ludouici Pii filius imperauit an. 2. mens. 2. circiter. Onuph. Contract. Regin. 875

4847 CAROLVS Caluus Imp. veneno necatur à medico suo Sedechia Iudæo pridie Non. Octob. Regin. Marian. Schaff. 877

BERTRAMVS vixit.

LVDOVICVS III. dictus Balbus, Caroli Calui filius, & Francorum Rex IMP. an. 1. mens. 6. d. 5. Onuph. alii ad seq.

4849 LVDOVICVS Balbus obiit 10. Aprilis, die parasceues. Vrsp. Contract. Schaffn. alii ad seq. alii ad 881. 879

CAROLI III. (qui Crassus dictus est) IMPERIVM. Onuph. Schaff.

4853 ALBATEGNIVS excellens Astronomus hoc tempore vixit, cuius obseruationes ab hoc anno incipiunt: numerat autem à morte Alexandri Magni huc vsque annos Ægyptios 1206. quod ad nostram dispositionem quadrat. 883

4855 REGINO historiographus, quod ipse scribit, in Monasterio Prumiensi vixit. 885

HINCMARVS Rhemorum Episcop obiit. Meyer.

4857 *CAROLVS Crassus Nortmannis concedit Galliæ partem trans Sequanam, ex quo tempore prouincia illa dicta est Normannia. Regino & alij.* 887

CAROLVS Crassus à proceribus imperio exuitur mense Nouemb. Dicitur ad eam egestatem redactus, vt necessariis et alimentis destitueretur. Reg.

ARNOLPHI, Caroli Crassi ex fratre nepotis, IMPERIVM. Onuph. Regino.

CARO-

4858 CAROLVS Crassus Imp. moritur, an. imp. 8. mens. 7. Regin. 888

Gens VNGARORVM egreditur ex sedibus suis in Pannoniam. Regin.

4861 *ARNOLPHVS Imp. vicit Nortmannos, eosque ita cecidit, vt ex innumerabili multitudine vix residuus esset, qui ad classem aduersum nuncium reportaret. Regin.* 891

4865 Sunt qui huc referant initium CHRISTIANISMI in BOEMIA, cuius Dux hoc anno baptismo initiatus sit: de eo quod adfirmem non habeo: recitaui tamen, quod vetus Codex manuscriptus continebat. *Aeneas Syluius histor. Boëmicæ cap. 12. Vltimus paganorum Ducum, inquit, fuit BORSIVOIVS, qui tamen & ipse imperante Arnolpho Cæsare à B. Methodio Morauorum Archiepiscopo, cum Ludimilla coniuge, ad baptismi gratiam perductus anno 995. (rectiùs 895. & sic habet exemplum manuscriptum) post Christi Saluatoris nostri ortum. Vide Volaterranum lib. 7. hinc ad Christianismum in Polonia anni 70.* 895

4869 ARNOLPHVS Imp. moritur 29. Nouemb. imperii an. 12. mens. 1. d. 19. sepultus Oetingæ prope tumulum patris. Onuph. Regin. 899

4870 LVDOVICI IV. Arnolphi filii IMPERIVM. Regin. Contract. 900

4871 *Gens Hungarorum ingressa fines Longobardorum, omnia cædibus, incendiis ac rapinis crudeliter vastat. Regino.* 901

4875 *Desinit CHRONICON REGINONIS. Cætera adiecta sunt ab alio, qui ordine recitat excursiones & irruptiones Vngarorum, qui Saxoniæ, Thuringiæ, Bauariæ, aliisq; locis Germaniæ, bella, vastationes & incendia intulerunt. Consule Chronicon Helmoldi presbyteri Lubecensis cap. 8. Item Cranzium & alios.* 905

4882 LVDOVICVS IV. Imp. moritur Ratisbonæ 21. Ianuar. ann. imp. 12. Schaff. Sigeb. Vrsp. Auent. alij ad finem anni superioris referunt. In Ludouico IV. Caroli Magni stirps deficit anno 112. à Coronatione Caroli Magni. Appian. Reg. Onup. 912

CVN-

CVNRADI I. Franconiæ Ducis IMPERIVM. Sigeb. Contract. Frising.

4889 CVNRADVS Imp. moritur, an. imp. 7. sepultus Fuldæ. Schaff. Contract. Tritth. 919

CVNRADVS ante mortem Henrico Saxonum Duci misit Sceptrum, Coronam, & cætera ornamenta, & imperii proceres cohortatus est, vt Henricum eligerent Imper. Regin. Sigeber. Schaff. Vrsp.

4890 ROMANI IMPERII DIGNITAS transfertur à Francis, ad Saxones. 920

HENRICVS I. Dux Saxonum, dictus Auceps, IMPERATOR designatus. Frising. Siffrid. Vrsp. *Est à nato Augusto Cæsar. an. 980. id est, decies & quater 70. à regno Dauidis 2000. à Coronatione Caroli Magni* 120.

4893 S. VLRICVS constituitur Episcopus Augustanus. Brusch. alii ad seq. 923

4894 *HENRICVS Rex pacem cum Vngaris in annos 9. firmat. Sigeb.* 924

RVTHENI hoc ipso anno fidem Christianam Græcorum ritu susceperunt, sub Olha Ducissa & Volodimiro filio eius Russiæ Monarcha, in qua etiam constanter perseuerant. Gaguin. Chron. Mol. Baron. Herberstenii.

4897 Circa hæc tempora HENRICVS Auceps BRANDEBVRGVM primariam vrbem Henetorum obsedit & expugnauit asperrima hyeme, castris in glacie positis. Sabin. Brotuf. & Iustus. Sigeb. refert ad 925. Hinc MARCHIA BRANDEBVRGENSIS ab Henrico Aucupe constituta dicitur: qua de re ita scribit Cranzius Vandal. lib. 3. cap. 6. *In nostris annalibus nomen Marchionum non legitur ante primum Henricum Saxonem Romanorum Regem, qui* 927

[illegible] limites Danis ad oppidum Slesuuicum, cum eo [illegible] Saxonum Coloniam, imposuit region' præsi[illegible] appellauit Marchionem, & illi regendos tuen[illegible] limites prouinciam imposuit, quasi Duci li[illegible]. Inde quoque cum ord nata per illum pruden[illegible] Saxonia constituisset, qui agros colere, qui sequi [illegible]tur militiam. cum quintum quemque, quatuor in agris remanentes, sumptibus & armis expedirent, [illegible]mque durante militia alere iuberentur: vires quas [illegible] Vngaros cōparauerat, primum in Vandalos sta[illegible] exercere: tyrocinium hoc reputans maioris militiæ, duxitque in Metropolim gentis Brandeburgum, eamq; [illegible] per brumam in glacie, & oppugnauit constantis[illegible]. & exhaustis obsessorum viribus consumptisque [illegible]tibus, etiam expugnauit, collocauitque in [illegible] Marchionem, qui prouinciam tueretur armis quæsitam, & augescere contenderet in diem, & quam [illegible], simili ex causa, dixére Prouinciam, ille appellauit Marchiam. Marchiam vulgò vocant Saxones districtum vnius villicationis aut ditionis. Inde Feldt-marcke *nomen duxére: vt tum Marchiam dicerent Saxones eam Prouinciam, quam sui iuris esse, per arma sunt consecuti. Inde præsidi nomen inditum, vt Marchio diceretur, qui illi ius diceret.* Hæc ille.

4898 *[illegible] orditur Cuspinianus* MARCHIONATVM AVSTRIAE, *quem primus tenuit & administrauit* LEOPOLDVS *dictus illustris, & ei præfuit an. 55. Vide [illegible] Cuspin. Est annus à regno Dauidis in Ierusalem [illegible].* 928

4900 IVBILÆVS MVNDI 198. *Mosis* 48. *prædicationis Christi* 18. 930

Incipit historia FABRICII de vrbe MISNA.

MISNA *vrbs condita, &* MARCHIA MISNENSIS *constituta ab Henrico Aucupe. Frabric. Brotuf.*

4901 HENRICVS *Imp. regem Abotritorum Christianum effecit. Contract. Sigeb.* 931

HEN-

4904 *HENRICVS ad Mersburgum incredibili cæde fudit ac fugauit Vngaros, exercitu eius vociferante: Kyrie Eleison: Kyrie Eleison. Tributum illud quod Vngaris debebatur, cultui diuino impendit, & vsibus pauperum distribuit, Pater patriæ ab omnibus passim acclamatus. Magna est deh:nc fama Henricum secuta. eumque omnes gentes ac Reges venerati sunt. Protusius habet integram historiam, & refert ad an. 933. Sed Regin. app. Sigeb. Marian. ad 934.*

4906 HENRICVS Auceps Imp. obiit 2. Iulii, an. æt. 60 imperii 17. sepultus Quedlinburgi. Cranz.

OTHONIS MAGNI, filij Henrici Aucupis, IMPERIVM.

Condidit multas Ecclesias: BRANDEBVRGENSEM, HAVELBERGENSEM, MISNENSEM, CICENSEM & MAGDEBVRGENSEM, propagauit religionem Christianam apud Sclauos, de quo Helmoldus cap. 11.

Est ab V. C. 1687. ab Alexandri Magni regno 1270. Iulii Monarchia 982. Augusti imperio 977. Constanini Magni 630. ab eius morte 600. à Caroli Magni coronatione 136. ab eius obitu 123. Paria sunt spacia à mundo condito vsque ad Israelitarum exitum ex Ægypto, & inde ad Othonem Magnum, vtrinque 2453. quos duplica, produces 4906. quo regnare cœpit Ottho primus.

$$\begin{array}{r} 2453 \\ 2453 \\ \hline 4906 \end{array}$$

Coronationem Othonis Magni Chronicon Hirsgauiense, his verbis describit: *Anno Dominicæ natiuitatis 936. indict. decima, Otho primus per manus Hildeberti Archiepiscopi Moguntini Aquisgrani in Regem vnctus est. Qui accedens ad altare, & sumens inde gladium imperialem cum baltheo, conuersusque ad regem*

regem, ante se genua flectentem, dixit: Accipe hunc gladium, in quo deiicias omnes Christi aduersarios, barbaros & malos Christianos, tibi autoritate diuina traditum, cum omni potestate totius Imperij Francorum, ad firmißimam pacem omnium Christianorum, Amen. Deinde sumptis armillis & Chlamyde induit eum, dicens: His cornibus humerotenus demißis, monearis, quo Zelo fidei feruere debeas, & in tuenda pace vsq; in finem constans perseueres. Exinde sumpto sceptro baculoque, dixit: His signis monitus esto, quatenus paterna castigatione subiectos corripias, primumq; te Dei ministris, deinde etiam viduis, orphanis & pupillis protectorem ac defensorem semper exhibeas, eisque manum misericordiæ clementer porrigas. Post hæc fuso super caput eius oleo consecrationis, ait: Vnxit te Dominus in Regem super populum suum, vt nunquam de capite tuo oleum miserationis deficiat, quo hic & in futuro misericordiam ab ipso creatore tuo consequaris, Amen. Postremo imposuit capiti eius regalem coronam, dicens: Coronaui te corona iustitiæ, qua monearis te ministrare iustitiã debere subditis, vt hoc ornamento regali præmunitus, & tuis reuerendus, & inimicis terribilis appareas, & post huius vitæ terminum sempiterno cum angelis præmio coroneris, Amen.

4908 Circa hæc tempora S. WENCESLAVS Boëmorum Dux à fratre Boleslao occisus Martyrum numerum auxit. Sigeb. Martyrium eius describit Æn. Syluius in Boëm. hist. c. 14. 15. 938

4910 *MAGDEBVRGVM ciuitas Imperialis, ab OTHONE I. priuilegijs & libertatibus donata est 7. Iun. Eber. in Calendario. Sigeb.* 940

Fundatum est BERGENSE Monasterium prope Magdeburgum. Tritthem.

Ludi Equestres, vulgò dicti Torneamentum, priuilegiis & libertatibus confirmantur. Cuspin.

Est annus à nato Cæsare Augusto 1000. compl.

4916 *EDITA Anglica, EDMVNDI regis filia, OTHONIS* 946

I. Imp. Coniux, obiit: sepulta Magdeburgi, 26. Ianuar. Feber. Calend.

4925 OTHO secundus Othonis Magni filius nascitur. Regin. à Monarchia Iulij Cæsaris an. 1000. 955

VNGARI in campo Lyci prope Augustam cruentissimo prælio superantur die 10. August tribus eorum Regulis ad gentis dedecus laqueo suspensis Sigeb. Schaff.

4930 Hoc tempore, industria Othonis Magni Imp. multa monasteria instaurantur, aut ampliantur, aut ædificantur. Sigeb. Vide Frising. 960

S. WOLFGANGVS Episcopus Ratisbon. vixit.

4932 OTHO Magnus Romæ acclamatione totius Romani populi & Cleri exceptus à Iohanne Papa coronatur, & Imp. atq; Augustus appellatur. Contract. Volaterran. 962

4935 Initium Christianismi in Polonia. 965

[Ioachimus Curæus in Annalibus Silesiæ: *Silesia doctrinam Christi recepit, sub annum Seruatoris 965. tum cum imperium Romanum & Germanicum adhuc gubernaret Otho primus, Princeps verè heroicus, qui Ecclesias Christi apud Henetos, Danos & vicinos populos pia cura & liberalitate constituit. Et parebat tunc hæc regio Principi Poloniæ. Ita enim tunc tota gens nominabatur.*]

MIESLAVS Polonorũ Princeps primus Christianus, Gnesnæ Christianismo per Baptismum vnà cum sua gente initiatus est: & 7. Mart. qui fuit 4. Dominica Quadragesimæ (vulgò appellatur Lætare Ierusalẽ) ex mandato regis, idola & simulacra Ethnicorũ numinum contracta vbiq; & ex templis eiecta sunt: & quotannis deinde memoria huius emẽdationis publico ritu celebrata est. Vnde huius moris adhuc manent vestigia, in Silesia & vicinis locis, vbi illa Dominica solent ornari statuæ Ethnico more, quæ deinde cum certis imprecationibus deturbantur in paludem vel in cœnum. Consule

ſule de his ſcriptores hiſtor. Polon. Mechouium, Cromerum, Fulſtinium, Ioach. Curæum, &c.

MIESLAVS erexit duas metropoles Eccleſias, Gneſnæ & Cracouiæ. Coniunx Mieſlai fuit Dãbrovvka filia Boleslai Ducis Boëmorum, & S. Venceſlai neptis ex fratre. Sub hoc Principe inoleuit mos apud Polonos, vt Sacerdote verba Euangelij in templo ad aram pronunciaturo, viri nobiles è vagina gladios aliqua ex parte extraherent, & nudarent, vt hoc geſtu ſignificarent, ſe paratos eſſe ad Euangelij defenſionem, & ad ſubeundam pro religione Chriſtiana mortem. Choro autem accinente, Gloria tibi Domine: eoſdem reconderent. Mechouius.

Eſt annus à condito templo Salomonis 2000. compl. à Monarchia Cyri & fine captiuitatis Babylonicæ, iactisq; fundamentis templi ſecundi in Ieruſalem 1500.

4936 Primus EPISCOPVS in SILESIA conſtituitur GODEFRIDVS, ciuis Romanus, vir pius & doctus, Catecheta Sileſiæ annis 17. Curæus. 966

4937 Deſinit Appendix Reginonis. 967

4939 *STEPHANVS VNGARIÆ Rex, qui Chriſtianam religionem primus in Vngaria plantauit, naſcitur. Chro. Vng. Bonfinius & Abrah Backſchius.* 969

4940 Circa hunc annum OTHO Magnus fundauit ARCHIEPISCOPATVM MAGDEBVRGENSEM, in quo primus Epiſcopus fuit ADELBERTVS WISENBVRG, præſedit an. 13 men. 8. à Ioanne XIII. Papa confirmatus 15. Cal. Nouemb. die Lucæ. Helmoldus ſcribit illud factum eſſe anno 35. imperij Othonis. 970

Fabricius ex Ditmari Chronicis refert, hoc etiam anno & die ab Alberto Antiſtite Treuirenſi conſecratos eſſe Præſules, Miſnenſem, Merſburgenſem, Citienſem & Hauelbergenſem.

4943 OTHO Magnus moritur 7. Maij, feria tertia ante Pentecosten, an. imperij 37. sepultus Magdeburgi. Contract. Schaff. Marianus. Veteres distichon hoc (versuum lege neglecta) Othonis sarcophago inscripsisse feruntur: 973

Tres luctus causæ sunt hoc sub marmore clausæ,
Rex decus Ecclesiæ, summus honor patriæ.

OTHONIS II. filij Othonis Magni, IMPERIVM. Sigeb.

Hic Imp. dictus est mors pallida Saracenorum. Est à Beli principio annus 3100. à morte Cyri 1500. à monarchia Alexandri 1302. Augusti 1000. comp. à nato Constantino Magno 701.

S. VLRICVS Episcopus Augustanus obijt 4. Iulij, ætat. 83. Episcopatus anno 50. Contract. Brusch.

4945 *SVIDAS hoc tempore vixisse creditur. Nam in eius Lexico finitur annorum mundi supputatio morte Ioannis TZimiscæ Imperat. Græci, qui hoc anno obijt.* 975

4950 IVBILÆVS MVNDI *99. Mosis 49. Christi prædicationis* 19. 980

Circa hæc tempora VRBS SALINIS SAXONICIS addita est, quæ hodie inter vrbes Saxonicas ornamentis eximijs floret.

4953 OTHO II. Romæ moritur 8. Decemb. an. imperij 10. Marian. Contract. Schaff. Sigeber. Ab exitu ex Ægypto 2500. à completa regia Salomonis 2000. 983

4954 OTHONIS III. (qui dictus est Mirabilia mundi) IMPERIVM. Frising. Vrsp. 984

4958 *Mortuo LVDOVICO Rege Francorum vltimo ex Pipini progenie (quæ hactenus ab anno 751. regnum Galliæ tenuerat annis 237) HVGO CAPETVS Parisiensis successit in regno Francorum. Regnauit an. 9. Ab hoc Hugone Capeto descendit linea Regum Galliæ, qui hodie regnant. HVGO itaque ANDEGAVENSIS (vt loquitur Meyerus) primus apud Gallos, Gallus regnare cœpit, Germanorum Francorum extruso sanguine. Hinc ad Caroli V. Imp. initium 536.* 988

Mor-

4967 *Mortuo HVGONE CAPETO in Gallia regnauit filius eius ROBERTVS Rex pius & doctus annis 34. Huius extant sacra Cantica:* Sancti Spiritus adsit nobis gratia. *Item de natiuitate Domini:* Iudaa & Ierusalem. *Item de S. Petro:* Cornelius Centurio. *Item Collecta de martyribus:* Concede nobis Domine. *Item* O Constantia martyrum laudabilis. *Hac Gillius.* 997

S. ADALBERTVS Episcopus & Martyr, à Prutenis, quibus Christi Euangelium prædicare cœperat, 23. Aprilis interfectus est. Schaff. Cromer. & legenda.

4969 MIESLAVS primus princeps Christianus in gente Sarmatica obijt: sepultus Posnaniæ. Ei successit filius BOLESLAVS, cui OTHO III. Imp. Gnesnæ Regium nomen & Coronam imposuit. Mechouius. 999

4970 *Est annus à morte Salomonis* 200 . *à Roma condita* 1751. *à coronatione Caroli Magni* 200. De hoc anno ita Sigebert. *Multa prodigia sunt visa. Terra motus factus est permaximus, Cometes apparuit* 19. *Cal. Ianua. circa horam nonam, aperto cœlo quasi facula ardens cum longo tractu, fulguris instar, illabitur terris, tanto splendore, vt non modo qui in agris erant, sed etiam in tectis lumine ferirentur, qua cœli scissura sensim euanescente, visa est figura quasi serpentis capite crescente cum caruleis pedibus.* 1000

BASILIVS Imp. Gracorum Indict. 13. *grauem exercitum mittit aduersus Bulgarorum castra trans Aemum, & duabus vrbibus captis, victor domum redit. Cedr. pag.* 581.

Sunt qui ad hæc tempora referant institutionem Septemviratus siue Senatus VII. Electorum, penes quos potestas est Romanum Imperatorem eligendi. De qua tamen sententia vel dubitare vel disputare cœpit Auentinus lib. 5. & hunc secutus Onuphrius Panuinius lib. de Comitijs imperatorijs, quorum vterque existimat Electores de-

mum post obitum Friderici II. (id est, post annum Christi 1250.) à Gregorio X. (qui Pontifex Rom. creatus 1271.) confirmatos esse.

4971 OTHO III. Imp. obiit 28. Ianuar. an. imperij 17. Frising. Contract. Vrsperg alij ad annum sequentem referunt. *Aiunt viduam Crescentij Romani quem Otho necari iusserat, formæ pulchritudine Othonem in sui amorem pellexisse, eique reditum in Germaniam paranti, misisse chirothecas affabrè factas, sed veneno tinctas: quarum vsu & contactu ille infectus & extinctus sit. Cadauer Aquisgranum, intestina Augustam translata sunt. Tres Othones imperarunt huc vsque an. 65. rectiùs 64. Vide Crusium pag. 143. 148.* 1001

Martinus Crusius hinc orditur imperij Germanici Epocham: id est, institutionem Electorum siue Septemvirorum, eamque orditur à morte Othonis.

HENRICI II. (qui Claudus, item Sanctus, dictus est) IMPERIVM.

4973 *HENRICVS Imp. Reges gentilium in interiori Germania, qui dicuntur VVindi, sibi tributarios fecit. Sigeb.* 1003

4977 Fundatus & institutus est ab Henrico Imp. EPISCOPATVS BAMBERGENSIS. Contract. Sigeb. ad 1004. alij 1011. Amplissima Abbatia extra muros Bambergæ Benedictini instituti, fundatur 1008 Brusch. Buchin. 1007

4979 *SARACENI ASIATICI Ierosolymam occuparunt, & Templum ad Sepulchrum Christi sumptuosissimè conditum euerterunt. Drechs. Cedr. pag. 582.* 1009

4981 Hoc tempore vixit WILLIGISVS Episcopus MOGVNTINVS, carpentarii filius, à quo Episcopi Moguntini hodie habent rotam pro insigni. Brusch. De hoc Episcopo sic scribit Siffridus: Willigisus humili progenie ortus, patrem habuit qui currus & bigas facere solebat: ideo in thalamo ornatis & grandibus literis hæc scripta habebat: *VVilligis, VVillegis, recole, vnde veneris.* Hæc & in 1011

Teu-

Teutonica lingua scripta erant, appendebat etiam rotas & huiusmodi instrumenta in pariete circumquaque, in quibus suam prosapiam recognoscebat. Hinc habentur duæ rotæ in clypeo Ecclesiæ Moguntinę. Hic Archiepiscopus Ecclesiam maiorem & Sancti Albani Moguntiæ construxit. Hæc Siffrid.

4984 HENRICVS Imp. vnà cum S. KVNIGVNDA vxore sua Romæ coronatur à Benedicto Papa. Cõtract (Onuph 25. Aprilis.) Ex hoc tempore imperauit annis 11. Frising. 1014

4985 TEMPLVM ARGENTINENSE extructionis genere admirabile incoatum est sub VERNHERIO (alij Berengario) Episcopo. Buching. 1015

4993 ARIBO Episcopus MOGVNTINVS Idib. Augusti Synodum conuocauit Salingstadij, in qua decreta facta sunt de ieiuniis in festorum quorundam vigilia obseruandis, & nuptiis certo tempore intermittendis aut non celebrandis, vt: ab aduentu Domini vsq; in Octauas Epiphaniæ, & à LXX. diebus vsque in Octauas paschatis &c. Item: vt Presbyter post galli cantum æstiuis noctibus bibens, proxima die Missam non celebret. Reprehensi sunt etiam presbyteri, qui exorta in vrbibus incendia extinguere tentauerant lineo (vt vocãt) corporali, in quo corpus CHRISTI consecratũ fuerat, in ignem iniecto. Vide acta Synodi, & Chron. Hirs. 1023

4994 S. HENRICVS II. Imp. moritur 13. Iulij, an. ætat. 52. imperii 23. mens. 5. Bambergæ sepultus. Contr. Vrsp. Schaff. Sig. & Pet. de Natalib. lib. 6. cap. 97. Estque anno Christi 1145 canonizatus. 1024

CVNRADI II. Saliqui (quem alias appellant Cunradum I. f. de gente Francorum) IMPERIVM.

4995 *FERDINANDVS eius nominis primus in Hispania regnat an. 47. m. 8.Írapha. Hinc ad FERDINANDI Imp. Coronationem 532.* 1025

4997 CVNRADVS Romæ coronatur à Papa, & Imperatoris nomen sortitur ipso die Paschatis. Frising. (Onuph. 7. Cal. Aprilis.) 1027

THEOPHYLACTVS Bulgariæ Archiepiscopus fulget. Gassarus. Alij anno 864. fortè rectiùs.

4998 *MARIANVS SCOTVS Chronographus nascitur, vt ipse refert.* 1028

5000 Quintus millenarius Mundi: IVBILÆVS MVNDI 100 *Mosis 50. Prædicat. Christi 20 à partitione terræ 2500. à baptismo Christi 1000.* 1030

ROBERTVS Rex Franciæ (autor Canticorum quorundam Ecclesiasticorum) moritur. Onuph. an. sequent. Ei succeßit filius HENRICVS I.

CVNRADVS Imp. Stephanum Pannoniæ Regem cum exercitu petit, & interea in Alemania VVernherus Comes cum alijs multis occiditur (17. Augusti.) Contract. Vrsp. Schaff.

CVNRADVS Imp. 12. Iulij posuit primos lapides trium maximorum templorũ Spirensium. Brusch.

5001 *STEPHANVS Vngariæ Rex mißis legatis cum Imp. Cunrado pacem facit. Contract.* 1031

5008 *STEPHANVS rex Vngariæ moritur die assumptionis Mariæ: adscriptus est Sanctorum Catalogo. Bonfin. Contract. & legenda: alij ad 1034. referunt.* 1038

Bonfinius refert, huius Stephani dextram (quod de Osualdo Angliæ Rege etiam scribitur) non esse putrefactam: Meritò, inquit, manus illa corruptionis expers esse debuit, quæ neminem mendicare, esurire, & in captiuitate aut quauis miseria iacere perpessa est. Sub hoc Rege Vngaria ad Christianam religionem conuersa infidelitatem Ethnicam exuit.

5009 CVNRADVS Imp. moritur prope Traiectũ 4. Iunij (alij Iulij) in Pentecostes festo, imperij an. 15. (Cõtract.) sepultus Spiræ in templo S. Mariæ à se constructo, vbi sic scriptũ reperitur in Mausoleo: *Cunradus II. Imp. obijt anno Domini 1039. pridie Non. Iulij.* 1039

HEN-

HENRICI III. Cunradi II. filii IMPERIVM.

5014 *HENRICVS Imp. gloriosissimam victoriam adeptus est in Vngaria, 3. Non. Iulij. Contract. Schaff.* 1044

Hoc tempore vixit GVIDO ARETINVS Monachus in Italia, qui primus excogitauit nouam cantandi rationem per sex syllabas: vt, re, mi, fa, sol, la. Tritth. Harum seriem aliquando de Musices vtilitate quæsiti, vni versiculo inclusimus, in hunc modum:

Cur adhibes tristi numeros cantumq; labori?
VT RElevet MIserum FAtum, SOLitosque LAbores.

5019 *ANDREAS factus est Rex Vngariæ: à morte Stephani Regis an. 11. circiter & mens. 4. elapsis. Bonfi. Contractus ad finem anni superioris refert, quod idem est. Ritius autem scribit, Andream iam coronatum, cùm Vngari post mortem Stephani à fide Christiana desciuissent, edicto publico præcepisse, vt omnes Vngari, relicta superstitione Ethnica, redirent ad verum Dei cultum, Christiq; fidem, qua S. Stephanus Rex eos instituerat, vltimumq; supplicium in eos statuisse, qui contrà facerent.* 1049

Hic Andreas Belam fratrem suum, Ducis Poloniæ generum, cum tota familia reuocauit in Vngariam, regniq; participem fecit, vt ipse duas regni partes obtineret, Bela tertiam, Ducis appellatione. Hæc Ritius. De Petro Vngariæ Rege, quem Andreas oculis & regno priuauit, vide Bonfinium, Vngar. Chronic. Vrspergens. & Frisingen. cap. 33.

5021 HENRICVS IIII. Imp. nascitur 3. Id. Nouembr. Schaffnab. 1051

5022 CASIMIRVS Rex Poloniæ Sedem & Collegium Episcopi Silesiæ, quod priùs Smogrouiæ & postea Bicinæ fuerat, transtulit Vratislauiam, illudq; pluribus reditibus donauit. Ex hoc tempore vrbs VRATISLAVIA caput suum supra cæteras altiùs exeruit, & omni ciuilium ornamentorum genere paulatim aucta & exculta, illud laudis & glo- 1052

riæ decus adepta est, vt non immeritò nunc vrbiū SILESIÆ SOL dici possit. Vide Cromer. Curæ.

5023 *Papa LEO IX. insignem cladem accepit die 18. Iunij à Normannis, Italis terga vertentibus, & Teutonicis magna ex parte occumbentibus. Contract. Schaff. & Frisingensis.* 1053

Alba Augia Cœnobium non procul à Norinberga fundatur. Buching.

5024 HERMANVS Contractus, filius Vvolferadi Comitis de Veringen in Sueuia, vir doctiss. & Chronographus diligētissimus, moritur. Fuit ab infantia omnibus membris contractus, vnde & nomen sortitus est. Fertur composuisse Canticum: *Salue Regina.* Fuit Monachus in Monasterio S. Galli. Eius Chronicon à quodam continuatum est vsque ad an. 1066. 1054

5026 HENRICVS III. Imp. obijt Burdfeldiæ, 5. Octob. an. ætat. 39. imperij 17. mens. 7. Contracti appendix & Frising. 1056

Inscriptio Mausolei Spirensis: HENRICVS III. Imp. obijt an. 1056. 3. Non. Octob. *Schaffnaburg. dicit sepulturæ traditum die Simonis & Iudæ, quo etiam natus fuerat.*

HENRICI IIII. IMPERIVM. Vrsp. Euectus ad imperium natus annos quinque: fuit Princeps bellicosissimus: nemo collatis signis toties cum hoste conflixit, adeò vt M. Marcellum & Iulium Cæsarem supergressus, bis & sexagies cum gentibus ferocissimis pugnârit.

MARIANVS Scotus patriam egressus fit Monachus Coloniæ.

5027 *GEORGII CEDRENI Chronographi Græci Chronicon finitur indict. vndecima (ineunte) qua coronatum scribit Isaacium Comnenum Imp. Constantinopolitanum mens. Septemb.* 1057

MICHAEL PSELLVS Philosophus Constantinopoli floruit.

CAZI-

5028 *CAZIMIRVS ex Monacho factus Rex Poloniæ obijt hoc anno (à morte Iulij Cæsaris 1100.) Huic successit BOLESLAVS, qui S. Stanslaum interfecit.* 1058

Hinc ad mortem Sigismundi I. Regis Poloniæ 490.

5029 ROMÆ celebratur sub NICOLAO II. Papa Concilium LATERANENSE, in quo BERENGARIVS Turonensis suam sententiam de Eucharistia reuocauit ea verborum forma, quæ extat in Decreto Dist. 2. de Consecra. *Ego Berengarius Ecclesiæ Andegauensis Diaconus anathematizo hæresin, de qua infamatus sum, quæ astruere conatur, panem & vinum in altari post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & non posse sensualiter, nisi in solo sacramento manibus Sacerdotum tractari vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ Sedi, & ore atq; corde profiteor, de Sacramentis Dominicæ mensæ eandem fidem me tenere, quam Dominus & Venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta Synodus, autoritate Euangelica, & Apostolica tenendam tradidit, mihique firmauit, scilicet, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solùm sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Christi esse, & sensualiter non solùm sacramentum, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri, &c.* 1059

Hanc confessionem Berengarij Romæ coram 114. Episcopis editam misit Papa Nicolaus per vrbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad alia loca, vt Ecclesiæ, quæ priùs doluerant de auerso atque peruerso, postea gauderent de reuerso atque conuerso. Hactenus Decret.

Berengarium refutarunt LANFRANCVS Archiepiscopus Cantuariensis & GVIMVNDVS Episcopus Auersanus, qui illo tempore vixerunt, & quorum hodie contra Berengarium scripta legũtur. Damnata etiã fuit eius sententia à Leone IX.

Papa

Papa in Concilio Vercellensi, quod Contractus ad an. 1050. Sigeb. ad 1051. refert. Nicolaum verò II. hoc anno Sedi Romanæ præfuisse ex Schaffnaburgensi patet, quia scribit anno 1059. Nicolaum, qui antea appellatus sit Gerhardus Florentinus, Romanum Pontificatum obtinuisse. Idem habet appendix Contracti.

5030 *Mortuus est HENRICVS I. Rex Francorum. Appendix Contract. & Meyer. Hinc (inclusiuè) ad mortem Henrici II. Regis Galliæ 500. Estque hic annus à regno Salomonis 2100. ab imperio Augusti 1101.* 1060

5031 *ANDREAS Rex Vngariæ, videns Belam fratrem suum regnum affectare, & Vngaros paulatim ad eum deficere, vxorem suam & filium Salomonem, cui Imperator filiam suam paruulo paruulam desponderat, cum multis opibus ad Henricum Imp. misit, petens, vt sibi misso exercitu subueniretur, &c. Schaffn.* 1061

BOLESLAVS Poloniæ Rex Belæ precibus fatigatus, in Vngariam expeditione suscepta, magnas Andreæ copias ex Vngaria, Germania & Boëmia contractas, fudit, & Belam Albæ Regiæ in sede regia collocauit. Post hunc conflictum Andreas longiùs fugiens, comprehensus ab Vngaris & malè tractatus in sylua Boconiensi regni & vitæ finem fecit. Cromer. Fulstin. Ritius, Vngar. Chronic. &c.

5035 HENRICVS IIII. Imp. cùm hactenus omnia per tutores acta fuissent, accinctus est gladio, & ipse bella gerere cœpit anno regni sui 9. ætat. 14. App. Contract. 1065

S. EDVARDVS Anglorum Rex obiit absque liberis. Meyer.

Sub Wernherio Episcopo Collegium S. Arbogasti extra muros vrbis Argentinæ erectum est. Buchin.

5036 *Visus est Cometes, qui effectu non caruit. Nam eodem anno GVILELMVS Nortmanniæ Dux ab Eduardo hæres institutus, Angliam cum exercitu inuasit, & Haraldum, qui Regis Angliæ nomen vsurpare, Guilielmumq; Angliæ arcere* 1066

arcere conabatur, vicit & occidit. Frisingens. Meyer. Schaffn.

De SCLAVORVM defectione à fide Christiana, vide Helmoldum cap. 24. Alii ad 1064.

ERFVRTVM *vrbs Thuringiæ amplissima circa hæc tempora muris & mœnibus cincta est, & in eam vrbis formam redacta, quæ nunc conspicitur. Fit eius mentio multò ante hæc tempora.*

5041 *In huius anni autumno (teste Schaffnaburgensi) HENRICVS IIII. Imp. conuentu Misnæ indicto, BOLESLAVM Poloniæ Regem & VVRATISLAVM Boëmiæ Ducem dissentientes, à mutuo odio & maleficio iubet desistere, eique se socium contra alterum profitetur, qui primus arma sumpturus esset. Eius compositionis forma publicè in templo Misnensi recitata est. Fabric.* 1071

Est annus à Monarchia Alexandri 1400. Augusti 1100. Vespasiani imperio 1000.

IOANNES XIPHILINVS Patriarcha Byzantinus, qui Dionis historiam in Epitomen redegit, floruit.

Clara & celebris quoq; hoc tempore fuit memoria S. SEBALDI in Nürnberg. Schaffnaburg.

5043 Hoc anno die 21. April. obiit ALEXANDER Papa. Marian. Successit GREGORIVS VII. antea dictus Hiltebrandus. Hic aduersatus est Hērico IIII. Imp. eiusque crebrò meminit Venericus Episcopus Vercellensis (qui hoc tempore floruit) in libro de vnitate Ecclesiæ & schismate inter Henricum IIII. Imp. & Gregor. VII. Papam, de quo plurima lege apud Vrspergensem, qui in his temporibus describendis est accuratus & copiosus. Vide & Bennonem Cardinal. in vita huius Pontificis & sequentium. 1073

FERDINANDVS I. *Rex Hispan. moritur.Ērapha. Hinc ad Ferdinandi Imp. natalem 430. ad eius obitum 490.*

COE-

COELIBATVS SACERDOTUM in Germania.

5044 Schisma ortum propter Sacerdotum matrimonia, à GREGORIO VII. inhibita, quam prohibitionem alij bonam ac piam, alij impiam & Euangelio contrariam esse contendebant. Scribunt ea de re Sigebertus & Nauclerus mirabilia. Meyer. 1074

Schaffnaburgensis hanc rem ita narrat: *Hiltebrandus Papa, inquit, cum Episcopis Italiæ conueniens decreuerat, vt secundum instituta antiquorum canonum, presbyteri vxores non habeant: habentes aut dimittant, aut deponantur: nec quisquam ad Sacerdotium admittatur qui non in perpetuum continentiam vitamque cœlibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Episcopos Galliarum transmittebat, præcipiens, vt ipsi quoque in suis Ecclesijs à contubernio Sacerdotum omnes omino fœminas perpetuo anathemate resecarent. Aduersus hoc decretum vehementer infremuit tota factio Clericorum, clamitans illum oblitum esse sermonis Domini, quo ait, non omnes capiunt hoc verbum qui potest capere capiat. Et Apostolus: Qui se non continet, nubat: melius est enim nubere quàm vri. Et illum dum violenta exactione homines Angelorum ritu viuere cogeret, fornicationi & immundiciæ frena laxare. Quòd si pergeret sententiam confirmare, malle se Sacerdotium quàm coniugium deserere, & tunc visurum eum, cui homines sorderent, vnde gubernandis per Ecclesiam Dei plebibus Angelos comparaturus esset. Archiepiscopus Moguntinus sciens non paruo constare operam hanc, vt tanto tempore inolitam consuetudinem reuelleret, atque ad rudimenta nascentis Ecclesiæ senescentem iam mundum reformaret, moderatius agebat, & primò eis in dimidium annum inducias & deliberandi copiam dedit, hortans eos, vt quod necessario faciendum sit, sponte faciant, & tam sibi, quam Rom.*

Pon-

Pontifici necessitatem adimant aliquid in eos quod secus sit decernendi. Ad ultimum, congregata Synodo in Erphesfurt mense Octobri pressius iam imminebat, vt re lega a omni tergiuersatione in præsentiarum aut coniugium abiurarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas econtra illi rationes afferebant, quibus instantis & vrgentis improbitatem eludere, sententiamq; cassare niteretur. Cumq; aduersus Apostolicæ sedis autoritatē nihil argumēta nihil supplicationes, precesq; efficerent, egressi tanquam ad consultandum, consilium ineunt, vt in Synodum non redeant, sed iniussi omnes in domos suas discedant. Nonnulli confusis vocibus clamitabant: Melius sibi videri, vt in Synodum regressi, ipsum Episcopum, priusquam execrabilem aduersus eos sententiam promulgaret, Cathedra Episcopali deturbarēt. & merita morte mulctato, insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne quis deinceps successorum eius talem Sacerdotali nomini calumniam struere tentaret, &c.

5045 *Primum prælium* HENRICI IIII. *cum Saxonibus in Thuringia ad fluuium* Vnsthrut *die 9. Iunij victis. Venericus. Marian. Schaff. Sigeb.* 1075

5046 *S.* LADISLAVS *Rex Vngariæ regnat annis 19. Vngar. Chron.* 1076

Hoc demum anno ortum est schisma inter Gregor. VII. & Henricum IIII. Imperat. quo Romana Respublica totaque Ecclesia miserè turbata est, Gregorio anathema Henrico denunciante, & in imperio Rodolphum ei surrogante. Vrsperg.

5047 RVDOLPHVS Dux Sueuiæ, 13. Martij in Forcheim à quibusdam Principibus eligitur Imperat. contra Henricum IIII. Imperat. Coronatur 21. Martij Moguntiæ à Sigefrido Archiepiscopo, media quadragesima. Vrspergens. Marian. Sigebert. Venericus. Gregorius pontifex 1077

Rudol-

Rudolpho misit Coronam cum hac inscriptione:
Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho. Sigebert.
Helmoldus cap. 28. ita recitat versum:
Petra dedit Romam Petro, tibi Papa Coronam.
Claruit his temporibus S. ANSELMVS Archiepiscopus Cantuariensis post Lanfrancum in Anglia, cuius olim auditor & discipulus fuit. Tritth. Hirs.
Desinit Chronicon LAMBERTI SCHAFNABVRGENSIS, Chronographi doctissimi & accuratissimi.

5049 S. STANISLAVS Episcopus Cracouiensis interficitur à Boleslao Rege Poloniæ, 8. Maij. Mechou. 1079

5050 IVBILÆVS MVNDI 101. *Mosis 51. Christi prædicationis* 21. 1080

HENRICVS IIII. cum Saxonibus, quorum dux erat RVDOLPHVS SVEVVS, quartum prælium commisit, die 12. Octobr. in quo Rudolpho præcisa est dextra, quam cùm Mersburgi moriturus abscissam intueretur, grauiter suspirans dixisse fertur ad Episcopos qui aderant: Spectate, inquit, dextram legitima supplicia expendentem, quæ fidem Sacramento munitam, & Henrico Domino meo datam, vobis vrgentibus, præter æquum & fas temerè violauit. Videte qui me contra Dominum meum solium ascendere fecistis, vt recta via me vestra monita sequentem duxeritis. *Quibus dictis, expirauit: sepultus Mersburgi. Venericus, Marian. Sigeb. Vrsp. Bonfin. Helmol. cap. 29. RVDOLPHVS regio ritu sepultus est, quod cùm ægrè ferrent quidam, & dicerent, non decere hostem Imperatoris ita honorari mortuum: respondit Imperator:* Sinite eum regiis insignibus ornatum sepeliri: vtinam omnes mei aduersarii hoc ornatu sepulti iacerent.

5051 *BOLESLAVS Poloniæ Rex ob S. Stanislai cædem à Gregorio VII. diris deuouetur, & regnum solenni ritu ei abrogatur, succedente ipsi VVLADISLAO.* 1081

BOLES-

BOLESLAVS inuisus omnibus in Vngariam fugit, ibique conscientia doloribus laceratus misere periit. Mecho. Cromer.

HENRICVS V. Imp. Henrici IIII. filius nascitur. Marian.

5053 Desinit Chronicon MARIANI Scoti, indict. 6. Eius Chronico appendicem addidit Dodechinus. 1083

5056 *HENRICVS IIII. Imp. VVRATISLAO Boëmorum Duci Moguntiæ in conuentu Principum attribuit titulum dignitatemque Regiam, Morauorum regno in Boëmiam translato. Aen. Syl. Plerique tradunt VVratislaum Regem coronatum esse Pragæ ab Engelberto Archiepiscopo Treuirensi, die 16. Maij anno 1087.* 1086

Ordo CARTHVSIENSIVM institutus est Coloniæ à Brunone Theologo: cui occasionem præbuerant tristes voces hominis morituri, & ad cogitationem de futuro Dei iudicio contremiscentis. Antonius & Speculum Vincentij lib. 26. cap. 82. Alij ad 1084.

MARIANVS Scotus historiographus obiit ætat. 58. Moguntiæ. Tritth. Dodechinus.

5061 S. BERNHARDVS natus est hoc vel superiori anno, quod colligitur ex anno mortis. Vide infra 1153. Vitæ eius historia addita est eius scriptis. Huius viri scripta plena sunt spiritualis fragrantiæ. 1091

5065 Concilium CLAROMONTENSE in Galliis, congregatum ab VRBANO II. Papa, qui Christianis Principibus contra Turcas arma decreto & cohortatione sua induit, eosque ad expeditionem vltramarinam pro recuperanda Terra Sancta excitauit. 1095

S. LADISLAVS Rex Vngar. obiit 30. Iulij: sepultus Varadini in Cœnobio à se constructo, post annos 103. in diuorum numerum relatus est. Bonfi.

FVCHERIVS Carnotensis, qui fuit Capellanus (vt veteres nominant) Balduini, fratris Godfridi Bilionæi, historiam rerum per 29. annos gestarum ab

X anno

anno 1095. ad 1124. breuiter & magna cum fide perstrinxit. Pontacus.

5066 Celebris expeditio in PALÆSTINAM à Christianis Principibus suscipitur studio recuperandi terram sanctam. Tanto numero Christiani mare transierunt, vt Occidens vniuersus demigrare visus sit in Orientem. Appellatur bellum sacrum, estque pio zelo susceptum, sed piorum sanguine multo gestum. Describitur à Fucherio, Guilelmo Tyrio, Blondo, & rerum Gallicarum Germanicarumque scriptoribus. 1096

S. LEOPOLDVS Marchio Austriæ dictus pater pauperum, patri in gubernatione succedens, regnauit an. 40. Huius filius fuit OTHO Episcopus Frisingensis historiographus. Cuspinianus.

5067 Primus conflictus Christianorum cum Saracenis, vbi victores extitêre Christiani 9. Cal. Mart. Sigeb. Eodem anno Nicea, vrbs Synodi Nicenæ memoria celebris, expugnatur à nostris. Sigeb. &c. 1097

LANFRANCVS Archiepiscopus Cantuariensis moritur 3. Iulij. Balæus. Ei succedit ANSHELMVS in præsulatu. Sigeb.

5068 ANTIOCHIA nono mense obsidionis die 3. Iunij (al. 31. Maii) expugnata est à Christianis, & cæsa 100. millia Saracenorum. Drechs. Fucher. 1098

5069 *HIEROSOLYMA capta, & Saracenis erepta est à Christianis 15. Iulij, die Diuisionis Apostolorum, feria 6. hora qua Christus mortuus est, die 39. obsidionis.* 1099

GODFRIDVS BILIONÆVS Princeps Lotharingiæ, qui primus conscensis & superatis mœnibus in vrbem Hierosolymam irruperat, creatus est primus REX HIEROSOLYMORVM, sed regni titulum & insignia ideo se nolle dixit, quòd indecens duceret, Diadema aureum hominem peccatorem gestare ea in vrbe, in qua Saluator Mundi, æternus Rex, spineam coronam suo sacratissimo sanguine madentem gestâsset. Tradunt itaq;

Coro-

Coronam ſpineam ei eſſe impoſitam, flexis genibus ad ſepulchrum Dominicum procumbenti, fortè vt teſtaretur, ſe Chriſto caput & vitam ſuam donare, & ad illius exemplum, in hac vita ſpineum diadema ſe non aſpernari, dum modò poſt mortem, vitæ æternæ gloria, ſpinis Chriſti parta & acquiſita, ornandus & coronandus ſit. Narrantur iſta à Chronographis fusè & copiosè, ſed tamen diſſimiliter: ex illorum ſcriptis Lector ea cognoſcat, quorum commemoratione nos breuitatis inſtitutæ ſtudio abſtinemus. Robertus Monachus ſcribit, Tantum ibi humani ſanguinis fuſum, vt cæſorum corpora vnda ſanguinis impellente natarint ac fluitarint.

REGNVM HIEROSOLYMORVM tenuerunt 8. Reges annis 88. tam breuis temporis regnum conſtitit multo Chriſtianorum ſanguine, multis regnis precioſiore. Eſt annus ab expugnatione Ieruſalem ſub Dauide 2171. à deſolatione eius ſub NebucadneZare 1704. ſub Veſpaſiano 1028. poſtquam à Perſis capta fuerat 484. poſtquam verò Saraceni eam expugnauerant ac poſſederant 463.

5070 GODEFRIDVS BILIONÆVS primus Rex Hieroſolymorum moritur 18. Iul. (à morte Salomonis 2100. Dauidis 2140.) Succeſſit frater eius BALDVINVS, qui regnauit annis 18. Sig. Vrſp. &c. 1100

IVO Carnotenſis Epiſcopus decreta pontificum in vnum volumen collegit.

5072 PASCHALIS II. Rom. Pontifex Henricũ IIII. Imp. excommunicat. Eſtq; HENRICVS hic Imperator primus à Rom. Pontif. anathematis fulmine percuſſus. Lege Vrſp. 1102

5075 *HENRICVS V. filius Henrici IIII. aduerſus patrem excommunicatum arma ſumit, & adiunctis ſibi quibuſdam Germaniæ proceribus, bello eum perſequitur. Northuſiæ etiam in Epiſcoporum conuentu publicè ſeſe purgat, quòd patri bellum faciat, non regnandi* 1105

 cupi-

cupiditate: sed studio obedientiæ erga sedem Apostolicam declarandæ. Vrsp.

5076 HENRICVS IIII. *decreto Paschalis Papæ excommunicatus imperio deiicitur, & insignibus atque ornamentis Imperialibus spoliatur à Moguntino & aliis apud* Ingelheim: *cuius rei narrationem prolixam habet Helmol. cap. 32. 33. Frising. Vrsp. &c.* 1106

HENRICVS IIII. Imp. in custodiam à filio coniectus, mœrore animi moritur Leodij, 7. Augusti, ætatis 56. imperij an. 50. incoatis: à morte patris 49. Cadauer eius vt hominis excommunicati, toto quinquennio sarcophago lapideo inclusum, extra templum Spirense inhumatum stetit, & sepulturæ honore caruit. Vrsp. &c. Mausoleum Spirense habet diem obitus 7. Idus Iun.

HENRICI V. IMPERIVM.

Hic Imp. fuit parùm felix in præliis. Vrsp.

Hoc anno fulsit Cometes toto mense Febr.

5079 *HENRICVS V. SILESIAM, quæ tunc POLONIAE parebat, cum exercitu ingressus, Libusium oppidum limitaneum cepit, illudque donauit Archiepiscopo Magdeburgensi: Glogouiam frustrà oppugnauit, & Boleslao Poloniæ Regi pacem dedit. Vbi cùm fortè Cæsar legatis ingentem auri & argenti thesaurum monstrasset, subindicans, paratos esse belli gerendi neruos:* Hic, *inquit,* Polonos perdomabit: *vnus ex legatis Polonicis stultam Cæsaris iactantiam notans, annulum aureum digito detractum ad reliquum auri cumulum adiecit: addens hæc verba:* Iungatur aurum auro. *Quo scommate nihil offensus Cæsar respondit germanica lingua:* Habdanck: *quod est:* ago gratias. *Inde mansit vniuersæ familiæ nobile nomen, vt HABDANCKII appellentur. Paulò pòst HENRICVS V. non procul à Vratislauia acerrimo prælio victus est à Boleslao R. Polon. in campo Canino, cui nomen fecit concursus canum post pugnam cadauera laniantium. Crom. Curæus.* 1109

S. Ans-

S. ANSHELMVS Episcopus Cantuariensis, cuius scripta extant, in Anglia moritur. Sigeb. Tritth. 11. Cal. Maij.

5081 *HENRICVS V. Romæ à Paschali Papa coronatur, & pater eius Henricus excommunicationis vinculo solutus, insigni pompa funebri terræ mandatur, Spiræ Vrsp. &c.* 1111

Eodem tempore PASCHALIS Pontifex Henrico V. concedit ius & priuilegium imperiale conferendi Episcopatus & Abbatias vel Prælaturas (vt vocant) per annulum & baculum: quod tamen ei paulò pòst eripuit. Vrsp. Fris.

5082 Desinit Chronicon SIGEBERTI Monachi Gemblacensis, qui hoc anno obiit. Eius Chronicon continuauit ROBERTVS Abbas Montis vsq; ad annum Christi 1210. 1112

5083 S. BERNHARDVS, genere Burgundus, ingressus Cistericium, factus est Monachus, à constitutione Domus Cisterciensis anno 15. ætat. circiter 22. 1113

5085 *HENRICO V. Saxoniam vastanti occurrit LOTHARIVS Saxonum dux (qui post Henricum imperauit) cum exercitu in Welphsholz/ & 11. Feb. commissum est prælium illud memorabile, quo Saxones victores attriuerunt copias Cæsaris, & desiderata sunt ex vtraque acie 45. millia hominum. Helmoldus ait copias Cæsaris maiores fuisse Saxonicis, atque tres Saxones quinque Cæsarianis fuisse in pugna oppositos. Cranzius Saxon. 5. cap. 36 Tritth Fabric. &c.* 1115

Fundatum est Cœnobium CLAREVALLENSE, cuius primus Abbas fuit S. Bernhardus. Vincent. Sigeb.

5066 PASCHALIS II. Papa Romæ in Concilio Lateranensi, 6. Martij congregato, priuilegium de inuestitura Episcoporum antea traditum Henrico V. reuocat, damnat & abrogat, vt per vim sibi in castris extortum: illudque nominat Prauilegium. Imperatorem etiam anathemate ferit. Quæ res 1116

multos Episcopos & Principes Germaniæ ad rebellionem aduersus Imperatorem commouit. Nouæ itaque turbæ, schismata & scandala in Ecclesia repullularunt. Vrsp. Helmol. Cranz.

5087 RVPERTVS TVITIENSIS hoc anno dedicauit Cunoni Abbati Sigebergensi libros egregios de operibus S. Trinitatis: quod docet præfatio; perfecit opus triennio. 1117

5088 BALDVINVS Rex secundus Hierosolymorum moritur Domin. Palmarum: conditus Mausoleo regio in loco Caluariæ ad latus Godfridi fratris. Successit ei BALDVINVS II. Vrsp. & alii. 1118

Romæ mortuo Paschali II. HENRICVS V. Imp. Pontificatum abrogauit Gelasio II. recens electo, Apostolicæ Sedi alium quendam imponens. Gelasius Pontificatu deiectus Cæsarem in Germaniam redeuntem excommunicat, ac diris persequitur: itaque schisma quod iam putabatur emortuum, crudeliter reuixit, & Henricus Cæsar de imperio & honore suo periclitari cœpit. Vrsp. &c.

Chronicon IOANNIS ZONARAE terminatur, morte Alexij Comneni Imper. Græci, in cuius locum subiit Calo Ioannes Comnenus. Deinceps historiam pertexit NICETAS CHONIATES complectens annos 87.

5090 Collegium Sacerdotum Glogouiæ fundatum & institutum à Boleslao Principe Polonorum, adiuuante Haymone Episcopo Vratislauiensi. 1120

5092 HENRICVS V. in Concilio Wormaciensi 23. Septembr. reconciliatur Apostolicæ Sedi, resignans atque cedens ei omne ius Inuestituræ Ecclesiasticæ: id est, potestatem Episcopos inuestiendi, consecrandi & confirmandi, Episcopatus vel Abbatias ac prælaturas conferendi, quæ antehac penes Impp. siue laicos fuerat. Pontifex verò CALIXTVS II. vicissim concessit, Electionem 1122

Episco-

Episcoporum & Abbatum in præsentia Imperatoris fieri, sine violentia, ita vt iam electus regalia per sceptrum ab Imp. reciperet. Cusp. Vrsp. Sigeb. Fris. lib. 7. c. 16.

5094 POMERANIA AD CHRISTVM CONVERSA. 1124

OTHO Episcopus BAMBERGENSIS Pomeranos, & quasdam terræ Lutitiæ vrbes, ab errore & idololatria gentili reuocatas ad Christi fidem perducit, iisque baptizatis templa in vrbibus construxit, de quo lege apud Vrspergensem scriptum ipsius Othonis Episcopi, Pomeranorum Apostoli. (*Est annus 2600. ab egressu Israëlitarum ex deserto, & ingressu eorum in terram promissam duce Iosua.*) Huius rei meminit Helmoldus his verbis: *His diebus*, inquit, *claruit vir insignis sanctitate Otho Bavenbergensis Episcopus, qui inuitante pariter, & adiuuante Bolizlao Polonorum rege, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem Slauorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam: prædicauitq; illis verbum Dei, Deo cooperante & sermonem confirmante subsequentibus signis: omnemque gentem illam cum Principe eorum VVercezlauo conuertit ad Dominum. Vide Vandaliam Cranzij lib. 7. c. 17. & lib. 3. c.* 28. *Saxon. l. 5. c.* 44.

Nomina vrbium Pomeranicarum ab Vrspergensi hæc exprimuntur: Pirizstetin, Vulingamen, Colberch, Belgrado, Lubingresch.

ALBERTVS VRSVS, cognomento Magnus & pulcher, filius Othonis, Comes Ascaniæ & in Ballensted, Dominus in Bernburgk & Marchio Soltwedelensis, ab Henrico V. Imp. post patrem hoc anno inuestitur. Huius multa fit mentio in historia Principum Anhaltinorum, & Marchionum Brandeb. & sunt qui dictum putent Vrsum à familia Vrsinorum Romanorum. Iust. &c.

Mense Decembri Calixto II. Papæ successit HONORIVS, à quo Volaterranus scribit confirmatum esse Ordinem Templariorum siue fratrum Militiæ templi Hierosolymitani. Pontacus eorum initium refert ad Gelasii II. tempora, & ait dictos esse Templarios, quòd iuxta Templum Domini Hierosolymis in Palatio regio habitarent. Vide Tyrium lib.12.cap.7.& Æmilium lib.5.

TYRVS clarissima vrbs Phænicum capta à Christianis. Meyer.

Monasterium in SPANHEIM fundatur à Comitibus de Spanheim. Tritth. Sigeb.ad seq.

5095 HENRICVS V. Imp.apud Traiectum moritur sine liberis: imperij an.19.sepultus Spiræ. Diem obitus alij assignant 23. vel 21.Maij,alij 23.Iulij. Appendix Sigeb. habet feriam 5. post Pentecosten: quæ an. hoc anno in 21.Maij incidat, docebunt Dionysij tabulæ. 1125

LOTHARIVS II. Dux Saxon. Romanorum Imp. creatus. Mariani appendix annotat, fuisse Moguntiæ electum 30. (alij 25.) August. & coronatum 13. Septemb. Vide Vrsp. Frising. Sigeb. Helmol. cap. 42.qui hunc Lotharium vocat Luderum.

Hoc tempore clarus habebatur RVPERTVS Tuitiensis Cœnobij prope Coloniam Abbas,qui præclara in scriptis doctrinæ & pietatis suæ monumenta reliquit.

5096 LOTHARIVS Imp. prouinciam MISNENSEM concedit CVNRADO WETINI Comiti, cuius posteritas rerum hodie potitur feliciter, & à WITICHINDO MAGNO auspicatam ducit originem. Fabric. Vrsp. Frising &c. Hinc ad natalem Augusti Elect. 400. 1126

Prælium inter Lotharium & Boëmiæ ducem committitur: in quo periit Otho Dux Morauiæ 12.Martij. Eber. & alij.

IVBI-

5100 IVBILÆVS MVNDI 102. *Mosis* 52. *prædicationis Christi* 22. 1130

Hoc seculo floruit IRNERIVS (*siue VVernherus vel Guarnerius*) *Iurisprudentiæ instaurator, dictus* LVCERNA IVRIS: *quòd leges Romanas (quarum professio ad sexcentos fermè annos in Italia in tenebris quasi delituerat, & post Iustinianum diu cessârat) singulari Dei consilio à tineis & blattis liberatas, in lucem Lothario Imperat. iubente reuocârit, primus legibus glossas apposuerit, & sine exemplo cæteris illuminandi iuris exemplum dederit. Bononiæ ius ciuile profiteri cœpit, annis 600. post Iustiniani tempora elapsis. Ex huius Schola postea prodierunt viri doctissimi, qui Iuris professionem in Italiâ conseruârunt, & in Galliam transplantârunt. Hanc reuocationem & Iuris Ciuilis restitutionem in annum Christi* 1150. *incidisse refert vir doctissimus Valentinus Forsterus Iurisconsultus lib.* 3. *Historiæ Iuris Ciuilis Romani.*

5101 SOBIESLAVS *Princeps Boëmorum, qui Lusatiæ magnam partem occupauerat, instaurauit & muniuit celebrem vrbem* GORLICIVM, *quæ priùs sæpe fuerat vastata. Cura. & manuscript.* 1131

5103 LOTHARIVS Romæ coronatur ab Innocentio II. Huic coronationi interfuit S. Bernhardus, quem Lotharius secum adduxerat. Cæterùm cùm Lotharius vetera Imperatorum iura in conferendis Episcopatibus ac Abbatiis se repetiturum ostendisset: Pontifex minime passus est ea sibi eripi. Sigeb. Cusp. Vrsp. Frising. &c. 1133

5106 S. LEOPOLDVS *Marchio Austriæ moritur* 15. *Nouembris sepultus Neoburgi in cœnobio à se constructo. Cusp.* 1136

5107 LOTHARIVS Imp. rebus magnis in Italia & Apulia prospere & præclarè gestis, cũ exercitu in Germaniam reuertens, in itinere morbo corripitur, & prope Tridentum moritur 3. Dec. an. imperij 13. sepultus prope Brunsuuigam in monasterio Luther à se constructo. Hic à scriptorib. Italicis, inquit Fabricius, 1137

bricius, celebratur, quòd in toto imperio nihil egerit quod meritò reprehendi possit. Engelhusius tradit, ipsum iustitiæ amatorem, & Constantini, Caroli & Othonum fuisse imitatorem. Ait etiam Frisingensis, potuisse eius virtute & industria imperium ad pristinam dignitatem reduci, nisi fuisset celeri morte præuentus. Addit Fabricius, eum veteres Romanorum leges in Apulia repertas, sociis Pisanis donasse, qui libri nunc Florentiæ in Palatio Mediceo asseruentur, ac mandasse, vt leges per Irnerium explicentur, & ius secundum eas in imperio dicatur, quod & suprà monuimus. Eius vero etiam Epitaphium recitat à se repertum: quod hoc postremo disticho clauditur:

Exuitur membris, heu, trina luce Decembris,
Ecclesiæ gemitus, illius est obitus.

De anno obitus inter Chronographos non conuenit. Vrspergensis, Onuphrius & alij habent 1138. *Nos Frisingensem, Mariani & Sigeberti appendices, & Tritthemij Hirsgauiense Chronicon sequimur, qui conuentum apud Confluentiam (vbi Cunradus electus est Imp.) & Pascha Coloniæ à Cunrado recens electo celebratum referunt ad* 1138. *Frisingensi etiam annus Christi* 1146. *est Cunradi nonus. Ergo* 1138 *est Cunradi primus, quod et Siffr. habet.*

5108 CVNRADI III. IMPERIVM. Vrsp. 1138

Hic fuit Dux Sueuiæ, & Henrici V. Imp. ex sorore nepos. Confluentiæ creatus est Imp. & coronatus circa mediam quadragesimam. Noribergam & Lubecam, celeberrimas Germaniæ vrbes instaurauit & exornauit, iisque gradum struxit ad eam Maiestatem, quam hodie præ se ferunt.

Huc vsq; perduxit Chronicon suum HONORIVS Augustodunensis presbyter.

5109 *Obiit in Gallia IOANNES de TEMPORIBVS, qui annis 361. vixerat, & Caroli magni armiger fuerat. Martin. Polonus, Naucle. & alij.* 1139

5110 Hugo de S. Victore Canonicus Parisiensis, cuius scripta extant, moritur. 1140

Eo-

Eodem anno OTHO Episcopus Bambergensis, Comes de Andechs, Ecclesiarum Pomeranicarum οἰκιστὴρ atque parens, Bambergæ obiit septuagenarius, 3. Sept. Tritth. & append. Marian. &c.

His ferme temporibus nata sunt factiosa & feralia nomina GVELFORVM & GIBELLINORVM, de quibus consule integras historias aliorum, &c.

GVELFVS dux Bauariæ pugna victus à CVNRADO Imp. die S. Thomæ, vallo & mœnib. oppidi Winspergk, se suosq; inclusit. Obsessus igitur à Cunrado, post multas difficilesq; oppugnationes, fame & rerum necessariarum inopia, deditionẽ facere cõpulsus est. Cumq; metueretur, ne Imperator in Guelfum eiusq; ciues iure belli propter rebellionẽ grauiter animaduersurus esset, fœminæ eius oppidi, antequam portæ aperirentur, petiuerunt, vt sibi saluis abire liceret vnà cum iis rebus, quas humeris gestare possent. Quod cùm à clementi victore & optimo principe facilè impetrarẽt, & hostes aurũ, gemmas, mundumq; muliebrem eas elaturas crederent, matronæ illæ, omni supellectile neglecta, militumq; prædæ relicta, maritos suos humeris exceptos ex oppido, cũctis spectantib. & industriam admirantibus, asportarunt. Qua pietate ingeniosa Cunradus Imp. motus, Guelfum cum ciuibus suis inuiolatum & incolumẽ dimisit, & pace constituta cum eo amicitiam iũxit. Ducibus verò indignãtibus & frementibus ob leges deditionis isto dolo violatas, respondit Imperator: *Non decere verbum Regium immutari*: subindicans, malle se clementia quàm seueritate delinquere. Tritth. Hirsgau. Vrs. & alii.

5112 *ALBERTVS VRSVS, princeps Anhaltinus, Marchiam Brandeburgensem obtinuit. Ab hoc Alberto Vrso denominatæ sunt vrbes Marchicæ, BERLINVM, BERNAVIA, BERVVALDIA, &c. Iust. Brotus.* 1142

Tritthemius ea de re ita scribit: An. 1141. Henricus Marchio Brandeb.

Brandeb. obijt sine liberis, Marchiam in manibus Imperatoris liberam relinquens: quam Cunradus Imp. consilio Principum, Adelberto Comiti de Soltwedel in feudum imperiale concessit.

FVLCO Hierosolymorum Rex moritur, succedente ei filio Balduino. Meyer.

ORDO IOANNITARVM.

Sub hoc FVLCONE Rege, initium sumpsisse dicitur ORDO HOSPITALIS S. IOANNIS Baptistæ in Ierusalem, siue Teutonicorum Militum D. Ioannis: ad cuius Ordinis societatem in his locis multi præstantes viri, tum etiã Magister Ordinis in Sonnebergk, & Cõmendator in Logau pertinent.

5115 *AVICENNA Hispalensis Medicus, nascitur in vrbe Commagenæ Edessa. Huius coætaneus fuit AVERROES Cordubensis Philosophus & Medicus, atq; Commentator Aristotelis.* 1145

EVGENIVS III. cœpit. Huic D. Bernhardus dedicauit & inscripsit suum librum de consideratione.

5116 OTHO Frisingẽsis Chronicon suum terminat anno 1146. quem ait esse Cunradi Imp. nonum, & Eugenii III. Papæ secundum. Scripsit quoque librum de rebus gestis Friderici I. de quo pòst. 1146

5117 *ANGLI, FLANDRI, & LOTHARINGI instructa ducentarum prope nauium classe, in Galliciam nauigarunt, vbi auxilio Alphonsi Regis Lusitaniæ VLISIPPONEM vrbem clariss. de Saracenis ceperunt, in qua mox Alphonsus Archiepiscopum instituit, illique sex alias domitas ciuitates subdidit. Meyer.* 1147

Hoc anno suscepta est ingens illa CVNRADI Cæsaris, aliorumq; Regum ac Principium in SYRIAM expeditio: sed quæ fraude Græcorum irrita cecidisse traditur, Emanuele Græcorum Cæsare, perfidia plusquam Punica, Christianorum farinæ gypsum immiscente. Meyer. Tritthemius ait maiorem exercitus partẽ periisse fame, peste, & gladio, terramq; Saracenorum ditatam ac repletam esse

esse spoliis ac armis Christianorum. Frisingensis ait fuisse bonum bellum secundum quid, non simpliciter, id est, profuisse nostris interitum corporum ad animæ salutem.

5118 RICHARDVS de S. Victore, monachus Parisiensis, qui scriptis nomen suum nobilitauit, moritur 2. Nouemb. Chron. Noriberg. maius. 1148

5121 *GRATIANVS Monachus post Iuonem Carnotensem DECRETORVM OPVS ex veterum statutis, sanctionibus & scriptis composuit, quo Iuris Canonici studiosi hodie vtuntur. Hoc opus EVGENIVS Pontifex & approbauit, & in Academia publice proponi mandauit. Martin Polon. Tritth.* 1151

5122 CVNRADVS III. Imp. moritur Bambergæ 15. Febr. an. imperii 14. (vel 15. incoatis) sepultus in Lorch. 1152

FRIDERICI I. Babarossæ vel Aenobarbi (à barba rufa sic dicti) Cunradi Imp. ex fratre nepotis IMPERIVM.

De huius rebus primo quinquennio gestis consule Frisingensem, qui inter cætera tẽpus mortis Cunradi & electionis Friderici ita annotat: *Anno Domini,* inquit, 1152. *Cunradus ab hac luce decessit sexta feria post caput ieiunii, 15. Febr. in Bamberg. Et 3. Non. Mart. feria tertia post Dominicam Oculi conuenit Francofurti vniuersum Principum robur: vbi cum de eligendo Principe Primates consultarent (nam id iuris Romani Imperii apex, videlicet, non per sanguinis propagationem descendere, sed per Principum electionem Reges creare, sibi tanquam ex singulari vendicat prærogatiua) tandem ab omnibus Fridericus Sueuorum Dux, Friderici Ducis filius petitur cunctorumq; fauore in Regem sublimatur, & Dominica Lætare Aquisgrani coronatur. Huius autem tam vnanimis in hanc personam assensus ratio hæc fuit. Duæ in Romano orbe apud Galliæ, vel Germaniæ fines famosæ familiæ hactenus fuêre, vna Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfio: altera Imperatores, altera magnos Duces producere solita. Istæ, vt inter, viros*

viros magnos, gloriæque auidos assolet fieri, frequenter sese inuicem æmulantes, Reipub. quietem multoties perturbarant. Nutu vero Dei, vt creditur, paci populi sui in posterum prouidentis, sub Henrico V. factum est, vt Fridericus Dux pater huius, qui de altera, id est, de regum familia descenderat, de altera Henrici scilicet Noricorum Ducis filiam in vxorem acceperat, ex eaq; Fridericum, qui in præsentiarum regnat, generaret. Principes ergo non solum industriam ac virtutem iam sæpe dicti iuuenis, sed etiam hoc quod vtriusque sanguinis consors, tanquam angularis lapis, vtrorumque horum parietum dissidentiam vnire posset, considerantes, caput Regni eum constituere adiudicauerunt: plurimum Reipublicæ profuturum præcogitantes, si tam grauis & diutina inter maximos imperij viros, ob priuatum emolumentum simultas, hac demum occasione, Deo cooperante, sopiretur. Huius prosopographiam habet Vrspergensis.

5123 S. BERNHARDVS moritur ætatis 63. circiter 20. Augusti: Canonizatus anno 1164. fuit Monasteriorum amplius quàm 160 pater. Vita. Vide Pet. de Natal. l. 7. c. 84. Histor. Lombar. c. 115. 1153

5124 WICELINVS Wandalorum Apostolus diem clausit extremum 12. Decemb. cùm in Episcopatu sedisset an. 5. hebdomadibus 9. & cùm annis ferè 30. apud Wandalos Euangelium prædicasset. Corpus tumulatum est in Ecclesia Falderensi. Fuit fundator Christianismi in occidua regione gentis Wandalorum. Helmol. c. 79. Cranz. Vandal. l. 3. c. 32. & lib. 4. c. 18. 1154

Circa festum Michaëlis FRIDERICVS Imp. profectus est in Italiam cum magno exercitu. Tritth.

5125 FRIDERICVS Barbarossa Romæ coronatur & salutatur Imperator ab ADRIANO Papa 18. Iun. (alii 28 Iunii) Frising à monarchia Iulii Cæs. 1200. 1155

Vrbs TERDONA hebdomada tertia post Paschalem solennitatem mense Aprili, solis hominibus à Friderico salute da-

lute data & concessa, direptioni militum exponitur, & solo æquatur. Frising. lib. 2. cap. 20 Helmol. cap. 80 Ibidē habes Orationem legatorum, qua Barbarossam ante vrbis ingressum Romani Senatus nomine salutarunt.

5126 CVNRADVS *Primus* MARCHIO MISNIAE, *præsentibus plurimis nobilibus viris, arma equestria vltro exuit, & in Basilica Misnensi suspendit. Inde 30. Nouemb. in Lauterbergum concedit, habitum religiosi assumit, ac post duos menses & 5. dies moritur, 5. Feb. 1157. ætat. 59. Fabric. Eber.* 1156

PRIMVS DVX AVSTRIÆ.

HENRICVS Marchio Austriæ VIII. & vltimus, creatur primus DVX AVSTRIÆ à Friderico I. Imp. Ratisbonæ, 17. Septemb. indictione 4. 1156. anno 4. regni Friderici, & post coronationem Romanam secundo, quod patet ex formula Priuilegii in Cuspiniani Austria, cuius initium ita habet: *De consilio & iudicio Principum, inquit Imp. illustri Vladislao Duce Bohemiæ sententiam promulgante, quam cæteri Principes approbabant, Marchionatum Austriæ & dictam Marchiam supra Anasum commutauimus in Ducatum, eiusdemq; Ducatum cum subscriptis iuribus, priuilegiis & gratiis omnibus liberalitate Cæsarea contulimus Henrico patruo nostro carissimo, prænobili suæ vxori Theodoræ & liberis eorum, ob singularem fauorem, quo erga dilectissimum patruum nostrum Henricum Austriæ Ducem eius Conthoralem & eorum successores, nec non erga terram Austriæ, quæ clypeus & cor Sacri Rom. Imper. esse dignoscitur, afficimur, &c.*

RADEVICI Canonici Frisingensis appendix continuat historiam Friderici vsq; ad annum 1160.

5127 *FRIDERICVS Imp. mense Augusto exercitum in Poloniam mouit: Oderam fluuium vado transiit 22. Augusti. Glogouiam & Bitomiam Poloni suis manibus incenderunt, ne ibi præsidia à Cæsare ponerentur. Boleslaus* 1157

Poloniæ

Poloniæ Rex pacem petitam & certis conditionibus pactam à Cæsare impetrauit. Polonici scriptores hoc in sequentem annum conferunt: sed Radeuicus, qui tum vixit, aßignat 1157.

5128 VLADISLAVS BOEMORVM DVX, ex Duce REX creatur, Ratisbonæ, ab Imp. Friderico, in celebri Principum conuentu, & Priuilegia de vsu Diadematis aliisque regni insignibus accipit. *Radeuic.* Mechouius affirmat, Vladislao in hac coronatione, loco Aquilæ nigræ attributum esse pro insigni, album Leonem cũ cauda bifurcata: quod & in veteri Chron. Boëm. manuscripto legi. Hæc facta sunt anno 72. pòst, quàm VRATISLAVS Moguntiæ ab Henrico IIII. appellatione Regis Boëmici primùm ornatus fuerat: sed qua post Vratislaum 60. annis ferè nemo principum Boëmorum vsus erat. 1158

Eodem anno, teste Radeuico, cuius hic verba recitamus, Fridericus inferiores Rheni partes peragrans, nullos sibi dies ociosos transire passus est, eos se ratus perdidisse, in quibus non aliquid de vtilitatibus Imperij, de iure & iusticia inter omnes gentes conseruanda disposuisset. Tam igitur valido cis Alpes imperio ferociam tantarum gentium, tanto consilio, ac sine armis deliniuit, vt iam non regni rector, sed vnius domus, vnius Reipubl. pater familias haberetur. Ipse verò iam ad transalpina exercitum ducturus, primò omnium in Deo spem suam ponens, asscitis religiosis & sanctitate probatis viris, tanquam diuinum oraculum eos consultabat, vt iturus ad bellum spiritalibus armis antè muniret animam, quàm corpus, antè cœlestibus se disciplinis præstrueret, quàm ad pugnam iturum militem militaribus instrueret præceptis.

FRIDERICVS secundam expeditionem suscepit in Italiam propter Mediolanensium rebellionem. Vrsp. Marian. Sigeb. Radeu. cap. 26. recitat leges, quibus militarem disciplinam Barbarossa in exercitu sanxit. Die 25. Iul. obsedit Mediolanum. 8. Sept. obsessos in gratiam recepit.

Hoc

Hoc ipſo anno facta eſt NOVA CONSTITVTIO FRIDERICI pro ſcholaſticis Cod. 4. tit. 13. l. 5. cuius hoc eſt initium: *Decernimus vt nullus de cætero tam audax inueniatur, qui aliquam ſcholarib. iniuriam inferre præſumat, &c. Datum Anno Domini* 1158. *menſe Nouemb.*

OTHO Epiſcopus Friſingenſis Chronographus, S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ filius, moritur 22. Oct. Poſt eius obitum exactis menſib. 6. diebus 13. triſti incendio abſumpta eſt vrbs Friſingenſis vnà cum templo & Sacerdotum domiciliis, 5. April. Anno 1159. Radeuic.

5129 *Hoc anno oritur ſimultas inter FRIDERICVM Imp. & ADRIANVM Papam, qui Mediolanenſibus & aliis in Italia autor defectionis à Cæſare fuerat, quam rem copioſè deſcribunt Radeuic. lib. 2. cap.* 18. *Naucler. generat.* 39. *Anentin. lib.* 6. 1159

ADRIANVS Papa muſcam deglutiens, quæ fortè in os eius inuolauerat, & nulla medicorum arte eximi poterat, ſuffocatus moritur Cal. Septemb. quæ fuit tum feria ſecunda. Radeuic. cap. 76.

Secutum eſt ſchiſma, quo duo ſimul Pontifices electi ſunt à Cardinalibus, & quo durante Papa Papam excommunicauit. Horum alter ALEXANDER III. Adriani ſententiam approbauit: alter VICTOR IV. Imperatori fauit. Radeu. Vrſp. Marian.

5130 *Crema vrbs munitiſſima poſt* 7. *menſium obſidionem* 26. *Ianuarij ſe dedidit Imp. hac conditione, vt vita ciuibus indulta, cum coniugibus ac liberis quouis ire liceret, de rebus ſuis quantum quiſq; humeris ferre poſſet ſecum exportantibus. Die itaque* 27. *Ianuar. Crema, egreſſis inde circiter* 20. *millibus hominum, flammis tradita & militum direptioni permiſſa eſt. Radeuicus: qui hoc loco hiſtoriam ſuam terminat.* 1160

COMITIA Erfurdiæ celebrantur mandato Imperatoris, in quibus decretum eſt bellum contra Mediolanenſes. Fabric.

HENRICVS Leo PRIBISLAVM Ducem Henetorum obsessum in arce VVerlou, imperata facere coëgit: qui quidem ab eo tempore doctrinam Christi amauit ac propagauit. Ab hoc PRIBISLAO MEGALOBVRGENSES Principes originem ducunt. De hoc anno Meyer ita scribit: Henricus Leo Saxoniæ Dux Vandalos gentem adhuc efferatam, sibique iuxtà ac Christianæ pietati inimicam, postquam suis expulisset sedibus, Henricum Scatensem & Adolphum Holsatiæ Comitem trans Rhenum in Belgicam misit, qui non paruam Colonorum multitudinem ex Brabantis, Flandris ac Hollandis in Vandaliam & Vuagriam traduxerunt, reuersiq; sunt tunc partim Flandri in easdem ferè oras, ex quibus olim maiores eorum sunt profecti. Hæc Cranzius in Saxonia literis mandauit: *Ego de ea demigratione nihil apud nostrates lego.* Idē autor in Vandalia sua refert, Henricum Leonem, postquam Vandalos & Obotritos subegisset, terram omnem Obotritorum suis diuisisse ducibus, ex quibus Henricus Stratensis Magnopolim sortitus, gentis metropolim, Bernonem ibi constituit Episcopum, eoq; ex Flandria nō exiguam cultorū vocauit multitudinem. Quin etiam Albertus Vrsus Marchio Brandeburgensis, vt idē testatur Cranzius, ex Hollandis, Zelandis, Flandris Coloniam ea tempestate deduxit in easdem ferè Vandalorum terras.

PETRVS LOMBARDVS, cognomento MAGISTER SENTENTIARVM, fit Episcopus Parisiensis, qui hoc tempore scripsit 4. libros Sententiarum, & glossas Psalterij atq; Epistolarum Pauli. Sigeb.

Eodem tempore floruerunt: Petrus Comestor, historiæ Scholasticæ autor: Petrus Blesensis, Petrus Abelardus, Eustathius Thessalonicensis Episcopus, qui in libros Homeri scripsit Commentarios: item Mesue Medicus, teste Gassaro, &c. Abbas item Ioachim, Calaber propheta, cuius hodie extat in Hiere-

Hieremiam interpretatio. Ab hoc fermè tempore Philosophia secularis, vt loquitur Tritt. S. Theologiam sua curiositate inutili fœdare cœpit: quæ Theologia Scholastica postea diuersas Scholasticorum Doctorum sectas genuit ac disseminauit.

5132 *MEDIOLANVM à Friderico Imp. captum, populus expulsus, murus deiectus, & ædes omnes, exceptis sanctorum templis, euersæ, ita vt per medium vrbis in modum crucis aratrum iubente Imp. traheretur. Append. Marian. Trit. Vrsp.* 1162

REINHOLDVS Archiepiscopus Coloniensis à Friderico impetrauit corpora 3. Magorum, qui Christum infantem adorauerant, Mediolani extra muros ante portã Romanam seruata, quæ Coloniam secum detulit, & in Ecclesia maiore collocauit. Siffrid. Tritth. Append. Marian. alij ad 1168.

5133 *FRIDERICVS Imp. capto & deleto Mediolano, reuersus in Germaniam, principibus Poloniæ seriò mandauit, vt secundum pacta filiis Vladislai patrimonium redderent.* Hoc igitur anno SILESIA accepit primos suos principes, cùm post bellũ Barbarossæ diuideretur inter tres filios Vladislai. BOLESLAVS ,pcerus, primus PRINCEPS SILESIÆ, vir bellicosus & iustus, adeptus est Silesiæ ditionem mediam, quæ est velut vmbilicus SILESIÆ, nempe VRATISLAVIAM, & LIGNICIVM: MIESLAVS factus est dominus SILESIÆ superioris: CONRADO adolescẽti valetudinario data est Silesia inferior, id est, GLOGOVIA, CROSNA & SAGANVM: ita tunc quasi est constitutus DVCATVS GLOGOVIENSIS. *Ab hac igitur Regia Polonorum stirpe descendunt illustris. PRINCIPES SILESIAE, hodie superstites, & Silesia priùs afflicta, perpetuisque vastationibus bellicis exhausta, hoc tempore respirare & coli cœpit. Chron. Pol.* 1163

5134 PETRVS LOMBARDVS M. Sententiarum moritur 20. Augusti. Chron. Gall. 1164

5135 *HENRICVS Anglorum Rex non veritus Ecclesiasticæ libertati manus iniicere, conatus est profanæ ditioni omne sacerdotium subiicere, & quidem Episcopos Eboracensem, Londinensem & Cestrensem non magno negotio subegit: sed Thomam Archiepiscopum Cantuariensem Angliæque Cancellarium virum sanctum nullis terroribus superare potuit. Hunc itaque Rex sede sua deiectum Anglia expulit. Meyer. Tritth.* 1165

HENRICVS VI. Imp. Friderici Imp. filius, nascitur apud Nouiomagum. Tritth.

5136 *De Romanis pugna victis ad Tusculanum ab Archiepiscopo Coloniensi & Moguntino: Item de Roma ab Imp. capta, quæ omnia hoc ferme triennio acciderunt. Vide Helmol. lib. 2. cap. 10. Append. Marian. Vrsp.* 1166

5138 FRIDERICVS Barbarossa Imp. Episcopo Wirzburgensi & successoribus Ducatum FRANCIÆ ORIENTALIS, & iurisdictionem superiorem, nouo Priuilegio & sigillo aureo restituit & confirmauit, publicauitque 10. Iul. per vniuersam Franciam. Eber. 1168

ALBERTVS VRSVS Elector Brandeb. obiit, sepultus Brandeburgi ante aram D. Augustini in summo templo (alii in Ballenstedt.) Ei successit filius OTHO I. Marchio Brandeb. Iust. Brotuf. &c.

Circa hunc annum desinit Chronicon HELMOLDI Presbyteri, quo descripsit historiam conuersionis Sclauorum ad Christum. Is cap. 13. hæc verba habet: *Anno Domini 1168. fundatum est opus nouæ plantationis in terra Rugianorum, & ædificatæ sunt Ecclesiæ, & præsentia Sacerdotum illustratæ: seruieruntque Regi Danorum sub tributo.*

ROSTOCHIVM octennio antè à PRIBISLAO Henetorum Domino ædificari cœptum, vrbis Priuilegia hoc anno primum accepit. Chytræus.

5140 Natus S. DOMINICVS pater Ordinis Prædicatorum. Antonin. 1170

5141 THOMAS Episcopus Cantuariensis in Angliam reuersus, 1171

uersus, 29. Dec. trucidatur in templo Cantuariensi, assentiente, vt ferunt, Henrico Rege. Petrus de Natal. lib. 2. cap. 13. & Histor. Lombard. c. 11.

Hic Martyr anno 1173. per Alexandrum III. Papam Sanctorum catalogo inscriptus est: sed post annos 367. eius reliquias HENRICVS VIII. Rex Angliæ nostra ætate cremauit, an. 1538. Pontac. Buching.

CINNA Monasterium opulentissimum constructū & fundatum est prope Iuterbocū, à WICHMANNO Archiepiscopo Magdeburgensi, Comite Tirolis, sub Rizone primo Abbate.

5145 *Hoc anno MONACVM vrbs Germaniæ ornatißima condita dicitur.* 1175

5146 FRIDERICVS Imp. Venetiis in vestibulo S. Marci ad ALEXANDRI Pōtificis Romani pedes prostratus, illos exosculatus est: deinde ad altare maius ambo Principes profecti, accepta dataque salute, pacis fœdus inierunt 24. Iulij. Visp. Blond. & Platina. 1176

5150 IVBILÆVS MVNDI 103. *Mosis 53. Christi prædicationis 23.* 1180

Monasterium LEHNIN in Marchia Brandeb. vbi longo tempore fuit plurimorum Principum sepultura, fundatum est ab Othone I. Marchione & Electore Brandeb. Iust Brotuf.

BERNHARDVS II. Alberti Vrsi filius, è gente nobilißima Principum ANHALDINORVM, Henrico Leone exautorato, in conuentu VVirzburgensi ab Imp. Friderico DVX SAXONIAE pronunciatur. Hic ditionem Electoratus cum oppido VVITEBERGA in suam potestatem redegit, vbi postea domicilium Electorum Saxoniæ fuit. Insignia trabium auratarum & nigrarum, ac rutacei serti, quibus Saxoniæ Duces nunc vtuntur, primus vsurpauit. Fabric. Ea de re Cranzius Saxon. lib. 1. cap. 25. ita disserit: De armis Saxoniæ hoc ferunt: Otho pater Alberti Stratoria ligna in clypeo transuersa,

atro, giluoq; colore variata ferebat: Bernhardus ad pedes Imperatoris Friderici iam de Ducatu Saxoniæ inuestitus, orabat, vt aliquo à fratribus discrimine Ducatus sui insigniretur. Tum Imperator, vt erat coronatus per æstum, rutaceam coronam iniecit ex obliquo supplicantis clypeo. Hoc est ergo sertum, quod paternis insignib. Bernhardus iam Imperatoris dono adiecerat. Nam vetera Saxoniæ signa candidum præferebant pullum equinum.

S. HILDEGARDIS Abbatissa Cœnobii Bingensis moritur 17. Septemb. ætat. 82. quæ cùm Latini sermonis esset ignara, reuelante Spiritu Dei omnia Latinè dictauit notariis excipientibus. Tritth.

5152 *FRIDERICVS Imp. LVBECAM obsedit, eamq; ingressus auxit priuilegiis, & hæc est prima LVBECAE ad Imperii societatem susceptio. Cranz. Vandal. lib. 6.* 1182

5156 LIVONIA à vicinis debellata Christum agnoscere cœpit: qua de re ita Cranzius: *MEINARDVS Sacerdos cum mercatoribus de Lubeca adiit Liuoniam, & casam extruxit, in qua mansit cum famulo, linguam gentis perdiscens: vbi diuina religione quos potuit instruxit. Et quia à Lituanis fiebant incursiones, Christiani præsidium firmauerunt in loco quem hodie vocant Kerkholm. Arx præcipua Ordinis fuit ad ripam Dunæ fluminis duobus miliaribus suprà Rigam. Inde ab Archiepiscopo Bremensi Meinardus in Episcopum Liuoniensem consecratus est. Cranz. Vandal. l. 6. c. 6. Et Saxon. l. 7. c. 13.* 1186

5157 HIEROSOLYMA Christianis inter se dissidentibus in Saracenorum potestatem rediit 2 Oct. feria 6. anno 88. ex quo regnum Hierosolymorum penes Christianos esse cœperat. Meyer. Vrsp. &c. 1187

Hoc ipso anno Laodiceam, Ptolemaidem, Berytum, Biblum, Tiberiadem, Ascalonemque SALADINVS Aegypti Sultanus recepit. Meyer. Platina eam rem ita commemorat: Multum certè, *inquit*, Saladini humanitas

&fi-

& fides Christianis obfuit. Adeò enim se æqualem omnibus præbebat, vt nemo eius imperium aspernaretur, &c. Oppugnabat tum Saladinus vrbem Ierusalem, & quidem acriter: quam tandem ii, qui in præsidio erant, desperatis suppetiis, hac conditione dediderunt, vt tantum abeunti cuiq; ferre liceret, quantum suis tantummodo humeris sustinere posset. Migrantium Christianorum pars Tyrum, pars Antiochiam, pars Alexandriam delata est: Inde verò multi deinceps Sicula classe in Italiam delati sunt. Saladinus victor Hierosolymam ingressus, campanas primò è turrib. deiecit: mox basilicas omnes præter Salomonis templum prophanauit: quod priusquam ingrederetur, aqua rosacea lauisse ferunt. Mansêre Hierosolymis Christiani Asiatici, Syri, Armeni, Iacobitæ, Georgiani, Græci & Nestoriani, permittente Saladino.

5158 In vrbe STENDALIA Collegium Canonicorum fundatur ab Henrico Marchione. Iustus. 1188

Hoc tempore vixit HELINANDVS, cuius Chronicon sæpissimè citat Vincentius in Speculo.

5159 *FRIDERICVS Imp. iter Hierosolymitanum arripuit. Vrs.* 1189

Hoc anno cœpit ORDO TEVTONICVS, hospitalis S. Mariæ in Ierusalem, sub primo Magistro huius ordinis HENRICO WALPOT: estq; confirmatus à COELESTINO Papa. Literæ confirmationis datæ sunt Romæ 22. Feb. an. 1191. Pontificatus eius anno primo. Hinc est Ordo Dominorũ Teutonicorum in PRVSSIA, qui se MARIANOS vocant. Hæc ex lib. Ordinis edito.

5160 *Anno 1190. PTOLEMAIS capta est à Christianis 19. Nouemb. Sic Lib. Ord. Pruss.* 1190

HENRICVS LEO Dux Brunsuicensis expugnauit & solo æquauit oppidum Bardouuik, ex cuius ruderibus vrbs LVNEBVRGA extructa vel renouata est 28. Octob. Luneburgi quoque fit mentio ante hæc tem-

pora.(Vide Schaffnab. anno 1073.) Eber. & Brusch.

FRIDERICVS BARBAROSSA Imp. contra Saracenos mouens, in minore Armenia amnem ingressus, 10. Iun. miserè periit, tanto omnium mœrore, vt vix vlli vnquam principum plus lachrymarum datum sit: cum an. 39. non plenis imperasset. Vrsp. Siffrid. Cranz. Sax. l. 7. c. 1.

IRNERIVS Iurisconsultus moritur Bononiæ. Fichard.

5161 HENRICI VI. filij Barbarossæ, IMPERIVM. Siffrid. Vrsperg. Vincent. 1191

COELESTINVS III. Papa Henricum Imp. Romæ coronauit 15. April. postridie Paschatis. Martin. Polonus.

Circa hæc tempora post IRNERIVM nominis celebritatem in iure præ cæteris assecutus est PLACENTINVS, discipulus Irnerij, qui primus Professionem iuris in GALLIAM propagauit, & in monte Pessulo floruit. Scripsit summam in Codicem & Institutiones Iuris. Forster.

5163 Natus est FRIDERICVS II. Imp. Henrici VI. filius 26. Decemb. Vrsp. 1193

ALBERTVS MAGNVS in vico Sueuiæ Lauginga nascitur.

5164 *Hoc anno decessit domitor ille Orientis, ac nostrorum terror, SALADINVS Aegypti Sultanus, relictis nouem filiis, quos omnes SAPHADINVS patruus, præter vnum, amicorum virtute tectum, libidine regnandi necauit. Meyer. In huius Saladini funere, ferunt trophæum hoc gestum. Eius interior tunica hastili suffixa ante funus deferebatur, præcone clamante:* SALADINVS Asiæ domitor, ex tanto regno, tantisque opibus nihil aliud, quàm hoc secum aufert. 1194

5165 *HENRICVS II. LEO, Lotharij Imp. nepos, Princeps Germaniæ potentiss. & sextus Elector Saxoniæ, obiit Brunsuuigiæ 6. Augusti, cum Electoratum gessisset an. 40. sed 15. exulasset. Cranz. Brotuf.* 1195

HENRICVS VI. Imp. obtinuit SICILIAM, captumq;

ptumque Tancredum regni inuasorem erutis oculis in Teutoniam misit, & omne regnum Apuliæ sibi subiecit. Tritth.

5168 HENRICVS VI. Imp. Messanæ in Sicilia obiit, circa Cal Octob. an. Imperii 7. Secutum est interregnum 6. aut 5. mensium. Vrsp. Eber. 22. Aprilis. 1198

Mortuo Henrico Cæsare, Germanorum primates, qui in terram sanctam profecti erant, nullis precibus in Syria retineri potuerunt. Horum discessu reliqui Christiani, qui res ibi gerebant, animos propè desponderunt. Barbari magna nostrorum cæde Ioppen statim expugnatam euerterunt. Simon Montefortis Gallorum Dux pactis cum Saracenis induciis, Tyrum duntaxat ac Ptolemaida in potestate piorum reliquit. Domum egressi Germani contrariis inter se studiis distringebantur: alij Philippum, alij Othonem Augustum salutauerũt. Meyer. Annus 100. à captis Ierosolymis.

NISSA vrbs Episcopatui Vratislauiensi data anno 1198. cum IAROSLAVS Boleslai proceri filius, ordinatus esset Episcopus Vratislauiensis. Mecho.

S. DOMINICVS Hispanus instituit Ordinem Prædicatorum, quem confirmauit HONORIVS III. anno 1216. Antonin.

5169 PHILIPPI Barbarossæ filii IMPERIVM. Vrsp. 1199

Tritthemius scribit, circa Dominicam Oculi Philippum esse electum Imp. Onuph. habet 8. Martii. Huic aduersatus est Innocentius III. PP. qui anno superiore circa Cal. Octob. pontificatum adeptus erat. Ex hoc schismate, quod Innocentius Pontifex Othonem Saxoniæ ducem designasset Imp. alii vero Philippum, natum est in Decretalib. c. venerabilem. tit. 6. l. 1. Plura dé Philippo Imp. per Innocentium Papam excommunicato, & de bellis inter Othonem & Philippum, lege apud Vrspergensem & alios.

5170 Quæ de his temporibus prædixerit IOACHIM Abbas Calaber, quàm periculosa tempora diem extremũ antecessura sint, pete ex eius libello in Ieremiam: eaque confer cum iis quæ recitat Vincentius in Speculo lib. 32. cap. 107. 1200

AZO Iurisconsultus, qui summam ad omnes Codicis titulos scripsit, & à Baldo fons legum & vas electionis appellatur, moritur Bononiæ, quod patet ex Epitaphij inscriptione. Fichar. Fend. Forst.

REGNVM TATARORVM.

Per hæc fermè tempora fama spargi cœpit in Sarmatia Europea de Tatarorum nomine ac regno: vnde Martinus Polonus scribit anno Christi 1200. Tatarorum dominium sumpsisse initium. Cui consentientia scribit Haithonus Armenus lib. de Tataris: & Mechouius lib. de Sarmatia Asiana & Europea: de quo infrà 1212. Sic Tritth. in Chron. Hirsgau. sub anno 1202. Tatari, inquit, cum vxoribus & filiis ab India montibus egressi, per vicinas prouincias prædas agunt, quibus semper fuêre assueti. Parthos deinde petunt, & pari terrore Mediam, Assyriam, Persiam, Armeniamque, & Sarmatas non longo tempore peruadentes, circa Mæotidis plaudes demum sedes suas firmarunt, & multa finitimis Christianis damna intulerunt. Etiam Lyranus in Apocalyp. cap. 20. ait, Tataros anno 1202. de terra sua exeuntes multos populos tam Christianos quàm paganos occidisse. Circa eundem ann. 1202. vel 1203. scribit Leonclau. in Pand. hist. Turcicæ imprimis claruisse Zingem Chamum Tataricum, ipsosque Tataros hoc tempore iugum Indorum, id est, eius Regis, quem ab aliquot iam seculis Pretcianum siue Presbyterum Iohannem vulgò vocamus, excussisse, & postea imperium magni Chami Chitaini constituisse. Tatarorum appellationem Bibliander deriuat à Totharim, q. d. relicti, aut reliqui facti, vel qui ex aliquo agmine supersunt: quemadmodum in exercitu sæpe est quædam pars neglectior & contemptior.

5171 *BOLESLAVS Procerus, primus SILESIAE Princeps, moritur 6. Decemb. sepultus in monasterio Leubus: post quem filius eius HENRICVS Barbatus factus est Dominus totius Silesiæ, Princeps bonus, pietate & virtute præstans, & qui in Silesia, conditis legibus, vrbibus, ac templis excolenda, patris studium ac pietatem imitatus est. Eius coniunx fuit S. HEDVVIGIS, filia Ducis Meraniæ, Carinthiæ & Istriæ, cuius etiam instinctu Henricus anno 1203. Monasterium Trebnicense fundauit.* 1201

5172 CVNRADVS à LICTENAV Abbas Vrspergensis, cuius Chronicon toties iam citamus, factus est presbyter, vt ipse scribit. Anno 1215. factus est Abbas in Vrsperga Monasterio inter Vlmam & Augustam sito. 1202

5173 *PHILIPPVS Imp. cum exercitu ingressus Thuringiam bellum fecit Hermanno Lantgrauio Thuringiæ. Vrsp. Hirsgau. Siffrid.* 1203

His temporibus, teste Tritthemio, INNOCENTIVS PP. quinque libros Decretalium legi in Scholis & in iudiciis vbique seruari præcepit.

5174 *CONSTANTINOPOLIS 12. April. capta est à BALDVINO Comite Flandriæ. Die 16. Maij BALDVINVS renunciatur Imp. Constantinopolitanus. Nicetas. Hinc (inclusiuè) ad captam à Turcis Constantinopolim 250.* 1204

NICEPHORVS Gregoras historias Imp. Græcorum orditur ab hoc anno, quo à Græcis Theodorus Lascaris Niceæ salutatus est Imp. qui extra Constantinop. imperauit an. 18. Niceph.

5175 *Latini à Scythis prælio superantur: BALDVINVS Imp. Constantinopolitanus capitur 15. April. & paulò pòst occiditur. Nicet.* 1205

5178 PHILIPPVS Imp. ab Othone Palatino de Witelsbach in arce Bambergensi, cùm post incisionē venæ quietis causa secessisset, sceleratè in cubiculo interficitur: 22. (alij 21.) Iun. an. imperii 10. Corpus 1208

primùm

primùm Bambergæ ſepultum: poſtea Spiram trāſlatum. Witelſbachius ſicarius non multò pòſt à Philippi Mareſcalco interemptus facinoris ſui præmium tulit. Vrſp.

OTHONIS IV. IMPERIVM: quod durauit an. 4. Vrſperg.

Brotufius refert, hoc tempore CATHEDRALE templum Canonicorum in vrbe MAGDEBVRGA inſtitutum fuiſſe ab ALBERTO Epiſcopo Magdeburgenſi.

5179 OTHO IV. Romæ ab Innocentio III. PP. ſalutatur Auguſtus & inauguratur 4. Oct. Tritth. Onuph. 11. Octob. 1209

S. FRANCISCVS ſumpto habitu Monaſtico, Ordinem fratrum Minorum inſtituit, quem confirmauit Honorius III. PP. 29. Nou. anno 1223. à principio Ordinis 15. Tritth. Ita autem dilatatus eſt hic Ordo, vt à quibuſdam plura quàm 1743. Franciſcanorum Monaſteria recenſeantur: vt iam non computemus monaſteria virginum Ordinis S. Claræ, quæ fuit ſoror Franciſci.

5180 INNOCENTIVS III. Rom. Pontifex Othonem recens à ſe coronatum anathemate notat, imperiū ei abrogat, omneſq; ab eius obedientia & fide abſoluit, eò, quòd pontificias ditiones inuaſiſſet, & ad totius Italiæ imperium aſpiraſſet. Vrſp. 1210

5181 *Apparuit Cometes menſe Maio flagrans diebus* 18. *& cauda ſupra Rußiam porrecta Tatarorum aduentum ſignificabat. Mechou.* 1211

5182 FRIDERICI II. IMPERIVM. 1212

Fuit Rex Siciliæ, cui in cunis vagienti ad preces patris Henrici VI. Imp. Principes Germaniæ iureiurando ſe obſtrinxerant: ideo Othone de Imperatoris dignitate deiecto, cōmuni Principum electione ad imperium euectus eſt ætat. anno propè 20. Vrſ.

TATARORVM gens in illā vſq; diem ignota, à montibus Indiæ egreſſa, non longè à Mæotide palude ſedes poſuit, & Ruthe-

Ruthenos prælio vicit. Eaque fuit prima clades, quam Rutheni à Tataris acceperunt. Mechou.

BERNHARDVS Alberti Vrsi filius (qui serti rutacei Saxonica insignia primus vsurpauit) obijt: sepultus Ballenstadij: successit ALBERTVS filius. Fabric.

Hoc anno scribit Meyerus Alexãdrum edidisse Grãmaticam, cui titulum fecerit Doctrinale. Quod opus cùm 300. propè annis habitum esset in precio, ita viluit apud Doctos nostro seculo bonis literis repullulantibus, vt hodie rarò libri illius exemplum conspiciatur.

5184 *OTHO IV. Imp. memorabili prælio victus est à Philippo Rege Franciæ. Vrsp. Vincent. Spec.* 1214

Hoc est prælium BOVINIENSE (ad pagum Bouinas) quo non aliud in Galliis maioribus animorum odiis commissum esse puto. Philippus victoria potitus est 26. Iul. Meyer. Aemyl.

5185 Concilium LATERANENSE Romæ celebratum, in quo Transubstantiatio panis & vini in Cœna Domini approbata & confirmata est. Item, libelli quidam Abbatis Ioachimi condemnati. Decreta etiam expeditio in Syriam pro terra Sancta recuperanda. Ex hoc itaq; tempore per omnes fines Christiani orbis emissi doctores innumerabilem hominum multitudinem exhortationib. suis excitarunt, vt ꝓ liberatione terræ Sanctæ, crucis signo notati, militiæ sacræ nomen darent. Vrsp. Tritth. 1215

5186 INNOCENTIVS III. PP. Perusij moritur 16. (alij 17.) Iulij. Hic est autor multarum decretalium, quæ extant. Et ante Pontificatum scripsit libellum, qui hodie circumfertur, de vilitate conditionis humanæ. Ei substitutus est HONORIVS III. qui ordines Prædicatorum & Franciscanorũ confirmauit. Vrs. 1216

5187 Hoc anno milites ORDINIS TEVTONICI primam expeditionem susceperunt in Prussiam aduersus Idololatras, quos fortes isti milites armis domuerunt, & abolito Idolorũ cultu, ad salutarẽ Christi agnitio- 1217

primùm Bambergæ sepultum: postea Spiram trãslatum. Witelsbachius sicarius non multò pòst à Philippi Marescalco interemptus facinoris sui præmium tulit. Vrsp.

OTHONIS IV. IMPERIVM: quod durauit an. 4. Vrsperg.

Brotusius refert, hoc tempore CATHEDRALE templum Canonicorum in vrbe MAGDEBVRGA institutum fuisse ab ALBERTO Episcopo Magdeburgensi.

5179 OTHO IV. Romæ ab Innocentio III. PP. salutatur Augustus & inauguratur 4. Oct. Tritth. Onuph. 11. Octob. 1209

S. FRANCISCVS sumpto habitu Monastico, Ordinem fratrum Minorum instituit, quem confirmauit Honorius III. PP. 29. Nou. anno 1223. à principio Ordinis 15. Tritth. Ita autem dilatatus est hic Ordo, vt à quibusdam plura quàm 1743. Franciscanorum Monasteria recenseantur: vt iam non computemus monasteria virginum Ordinis S. Claræ, quæ fuit soror Francisci.

5180 INNOCENTIVS III. Rom. Pontifex Othonem recens à se coronatum anathemate notat, imperiũ ei abrogat, omnesq; ab eius obedientia & fide absoluit, eò, quòd pontificias ditiones inuasisset, & ad totius Italiæ imperium aspirasset. Vrsp. 1210

5181 *Apparuit Cometes mense Maio flagrans diebus 18. & cauda supra Rußiam porrecta Tatarorum aduentum significabat. Mechou.* 1211

5182 FRIDERICI II. IMPERIVM. 1212

Fuit Rex Siciliæ, cui in cunis vagienti ad preces patris Henrici VI. Imp. Principes Germaniæ iureiurando se obstrinxerant: ideo Othone de Imperatoris dignitate deiecto, cõmuni Principum electione ad imperium euectus est ætat. anno propè 20. Vrs.

TATARORVM gens in illã vsq; diem ignota, à montibus Indiæ egressa, non longè à Mæotide palude sedes posuit, & Ruthe-

Ruthenos prælio vicit. Eaque fuit prima clades, quam Rutheni à Tataris acceperunt. Mechou.

BERNHARDVS Alberti Vrsi filius (qui serti rutacei Saxonica insignia primus vsurpauit) obijt: sepultus Ballenstadij: successit ALBERTVS filius. Fabric.

Hoc anno scribit Meyerus Alexādrum edidisse Grāmaticam, cui titulum fecerit Doctrinale. Quod opus cùm 300. propè annis habitum esset in precio, ita viluit apud Doctos nostro seculo bonis literis repullulantibus, vt hodie rarò libri illius exemplum conspiciatur.

5184 *OTHO IV. Imp. memorabili prælio victus est à Philippo Rege Franciæ. Vrsp. Vincent. Spec.* 1214

Hoc est prælium BOVINIENSE (ad pagum Bouinas) quo non aliud in Galliis maioribus animorum odiis commissum esse puto. Philippus victoria potitus est 26. Iul. Meyer. Aemyl.

5185 Concilium LATERANENSE Romæ celebratum, in quo Transubstantiatio panis & vini in Cœna Domini approbata & confirmata est. Item, libelli quidam Abbatis Ioachimi condemnati. Decreta etiam expeditio in Syriam pro terra Sancta recuperanda. Ex hoc itaq; tempore per omnes fines Christiani orbis emissi doctores innumerabilem hominum multitudinem exhortationib. suis excitarunt, vt ꝓ liberatione terræ Sanctæ, crucis signo notati, militiæ sacræ nomen darent. Vrsp. Tritth. 1215

5186 INNOCENTIVS III. PP. Perusij moritur 16. (alij 17) Iulij. Hic est autor multarum decretalium, quæ extant. Et ante Pontificatum scripsit libellum, qui hodie circumfertur, de vilitate conditionis humanæ. Ei substitutus est HONORIVS III. qui ordines Prædicatorum & Franciscanorū confirmauit. Vrs. 1216

5187 Hoc anno milites ORDINIS TEVTONICI primam expeditionem susceperunt in Prussiam aduersus Idololatras, quos fortes isti milites armis domuerunt, & abolito Idolorū cultu, ad salutarē Christi agnitio- 1217

agnitionẽ paulatim adduxerunt. Liber Ord. Pruss.
Eodẽ anno ab HENRICO Barbato, & eius coniuge S. HEDVVIGE, Principib. pientissimis, institutum & reditibus dotatum est Cœnobium Canonicorum Regulariũ in Oppidulo Silesiæ NAVMBVRGK: vnde post annos 67. Collegium illud in vicinam vrbem SAGANVM translatum est, de quo infra 1284.

5188 RVDOLPHVS Imp. Comes HABSBVRGENSIS nascitur 27. Aprilis. Hunc FRIDERICVS II. Imp. dicitur sacri baptismatis vndis expiatum extulisse. Cusp. Hinc ad mortem Maximiliani I. an. 300. 1218

Eodem die OTHO IIII. Cæsar ab omnibus derelictus inglorius moritur Brunsvvigiæ. Vrsp. Meyer. Alij ad præcedentem.

5190 FRIDERICVS Imperialem Coronam Romæ accepit, 22. Nouemb. qui vt coronationis beneficium remuneraret, Fundensem Comitatum Ecclesiæ Romanæ perpetuo iure possidendum contulit & donauit. Vrsp. *Hinc ad Coroli V. conorationem 300.* 1220

5191 S. DOMINICVS moritur 6 (alij 5.) Augusti, sepultus Bononiæ, Canonizatus 1233. Antonin. Vincent. Pet. de Natal. 7. c. 22. Lomb. 108. 1221

S. BONAVENTVRA, dictus doctor Seraphicus, natus est, quod dependet ex anno mortis 1274.

5193 THOMAS AQVINAS celebris Ecclesiæ Doctor, & doctrinæ Scholasticæ princeps, Monachus Ordinis Prædicatorum, atque Alberti Magni discipulus, nascitur. Antonin. Lombard. habet 1225. Olim dictus est Doctor irrefragabilis & Angelicus. 1223

VINCENTIVS Cadlubcus, qui Chronicon Polonorum scripsit, moritur 8 Martii. Mechou.

HERMANNVS de Saltza Ordinis militiæ Teutonicorum Magister, primus Sacræ domus vexilla in PRVSSIAM victor traduxit hoc anno: quem Christophorus Manlius Gorlicius, Poëta doctissimus, sequenti versu expressit:
HerMannVs PrVssos ChrIstIs Vb Vota CoegIt.

Hec

5195 Hoc anno GVILERMVS Parisiensis, autor libri qui inscribitur, Rhetorica diuina, verbi diuini prædicatione retraxit ex lupanaribus mulierculas, iisq; Parisiis nouā domum filiarum Dei extruxit & incoauit. Biennio post factus est Episcopus Parisiēsis. 1225

5196 *Hoc anno, 29 Maij, BORVSSIA ordini Teutonico per Cunradum Ducem Masouiæ donata est, & postea anno 1330. armata manu occupata Lib ord Pruss.* 1226

S LVDOVICVS Rex Galliæ coronatur Rhemis circa Cal. Decemb. regnauit an. 44. Onuphr, Meyer.

S. FRANCISCVS Princeps Ordinis Minorum 4. Octob. Assisii moritur ætat. 45. Pontificatus Honorii III. anno vndecimo: ab Institutione religionis 18. Sanctorum numero asscriptus à Gregorio IX. PP. anno 1228. die 16. Iulij. Antonin. Huius vitam descripsit Bonauentura, qui cum biennio ante mortem in Ecstasi scribit notatum stigmatis. De quo Vincent. lib. 31. cap. 109. Palmer.

5197 *LVDOVICVS Thuringiæ Lantgrauius, maritus S. Elisabeth, cum iter haberet in Syriam, & Brundusii Imperatorem expectaret, obiit 10. (alij 11.) Septemb. cuius ossa in Thuringiam relata, & in monasterio* Reinhartsborn *sunt condita.* 1227

ACCVRSIVS Florentinus, primus vniuersi Iuris glossator, circa hunc annum sub Friderico II. Imp. floruit, vt ipse testatur in l. penultima de accusationibus. Forster.

HONORIO III. PP. mortuo 18. Martii, successit GREGORIVS IX. qui Decretales Iuris Canonici publicauit. Antonin.

5198 FRIDERICVS Imp. in Palestinam cum multis principib. trāsfretauit, quem Gregorius IX. PP. nihilominus excommunicatum, maxime per fratres prædicatores, in Germania proclamauit, & captata occasione absentiæ Imperatoris, exercitum misit in Apuliam, & terras Imperatoris sibi subegit. Vrsp. Tritth. 1228

FRI-

5199 FRIDERICVS Imp. ad eas pacis conditiones Sultanum adegit, vt vrbs Hierosolyma, Nazareth, & Ioppe, locaq; alia Imperatori restituerentur, & induciæ inter Christianos & Saracenos in decẽnium sancirentur. Paschatis quoque festum, vel vt Tritt. habet, Dominicam Lætare Ierusalem, celebrauit Imperator Hierosolymis, more regio coronatus incedens. Itaque sine sanguine bello maximo confecto reuersus est in Apuliam in æstate. Vrsperg. cuius Chronicon hic terminatur. 1229

ALBERTVS Liuoniensis Episcopus, qui RIGAM vrbem primus communiuit, è seculo migrauit. Cranz. Sax. l. 8. c. 4.

5200 IVBILÆVS MVNDI 104. *Mosis 54. prædicationis Christi 24.* 1230

FRIDERICVS Imp. à GREGORIO IX. PP. in gratiam recipitur & absoluitur: sed non nisi 120. millibus vnciarum auri Ecclesiæ Romanæ ob illata damnata persolutis. Platin. Naucle.

Hoc seculo celebres fuerunt:

PETRVS de Vineis, Friderici Imp. Magister Epistolarum & Cancellarius, cuius Epistolæ hodie extãt.

RAYMVNDVS, qui Decretalium libros eo, quo nunc sunt, ordine digessit.

HVGO Barcinonẽsis Cardinalis, qui tota fermè Biblia postillis illustrauit, vt testis est Mart. Polonus.

ANTONIVS de Padua Ordinis Minorum, quem Pontifex arcam testamenti appellauit, & ann. 1222. canonizauit.

HENRICVS Cardinalis vulgo dictus Ostiensis, præstantissimæ in vtroq; iure scientiæ vir habitus, qui summam compendiosam & super titulos Decretalium scripsit.

5201 *S. ELIZABETH filia Andreæ Regis Vngariæ, nupta Ludouico Thuringiæ & Hassiæ Lantgravio, obiit 19. Nouemb. sepulta Marpurgi. Hæc matrona & pia & calamitosa* 1231

mitosa fuit, quia matrem Gertrudim amisit gladii supplicio: maritum in locis externis propter nauigationem nauseā: filium domi veneno: ipsa praeterea ab Henrico mariti fratre possessione expulsa est. Ista tamen omnia virtute & patientiâ superauit. Fuit neptis S. Heduuigis ex sorore: eiusque filia Sophia nupsit Henrico Duci Brabantiae, quae quidem & stirps est LANTGRAVIORVM HASSIÆ. Elizabeth propter pietatem & munificentiam erga egenos & erga Christi ministros inter Sanctas relata est à Gregorio IX. P.P. Perusij anno 1235. Dicitur fundasse hospitale Marpurgense. Siffridus ait Hermannum Lantgrauium Elizabethae filium, cum vxorem duxisset, post celebratas nuptias veneno vei emptum à quadam malefica, & Hermannum mortuum sine haerede. Vide Fabric. Trith. Plat.

Eodem anno vrbs Prussiae THORONIA, vulgò Thorn condita est. Mechou. & lib Ord. Pruss.

5203 Episcopatus POMEZANENSIS in Prussia fundatus. Chyt. 1233

5206 IOANNES de Sacro busto Monachus Minorita, Professor Mathematum in Acad. Parisiensi (qui Computum Ecclesiasticum, Tractatum de Sphaera & alia scripta edidit) hoc anno Lutetiae obiit. 1236

5207 *ELBINGA vrbs Prussiae condita. Mechou. & lib. Ord. Pruss.* 1237

Circa hunc annum fundata scribitur Academia VIENNENSIS in Austria à Friderico II. Imp. alii 1384.

5208 *HENRICVS Barbatus Dux Silesiae, maritus S. HEDVVIGIS, moritur Crosnae 19. Martii, sepultus in monasterio Trebniz. Successit filius HENRICVS PIVS. Mechouius.* 1238

Monasterium Franciscanorum Vitebergae fundatur ab HELENA coniuge Alberti Ducis Saxoniae, vt esset locus sepulturae Ducum Saxoniae. Brotuf. Hinc ad mutationem religionis Vitebergae 280. id est, quinquies 56. ad natalem Friderici Sapientis quater 56. ad annum 1574. sexies 56.

5209 *Ex hoc tempore rursus erupit & viguit* GVELFO- 1239
RVM, & GIBELLINORVM factio. Nam Imperator, qui tum Pisis erat, cùm non satis ipsi constaret, qui partes suas, quive Pontificis sequerentur, Ciuitates Italiæ in duas factiones tunc primùm diuisit. Nam qui Pontifici fauebant Guelfi, qui verò Imperatori Gibellini appellati sunt. Hæc quidem deterrimarum factionum nomina ad perniciem humani generis inuenta, primùm apud Pistorienses audita sunt. Platina. Hunc euentum alii ad præced. alii ad sequen. referunt.

5210 Dicatum Lipsiæ Cœnobium PAVLINVM, quod nunc ad Academiam adiunctum est. Fabric. 1240

HERMANNVS de Saltza Ordinis militiæ Teutonicorum in Borussia Magister, vir fortis & magnanimus, rerumq; præclarè gestarum laude celebris, postquam Ordini triginta annorum spacio præfuisset, eidemq; plurimas arces & bona in Armenia, Italia, Vngaria & Germania adiecisset, obiit in Apulia die 24. Iulij, sepultus Barletti.

5211 HENRICVS II. *Pius, Silesiæ, Lusatiæ & Maioris* 1241
Poloniæ Princeps, & S. HEDVVIGIS *filius,* TATARIS *ex Asia magnis agminibus progressis regionesq; Europeas hostiliter inuadentibus, & Hungariam, Poloniam ac Silesiam crudeliter vastantibus, sese opponens, exercitu triginta millibus militum instructo, cum iisdem acerrimo prælio congressus est, fortiterq; pro aris & focis pugnans, gloriosa morte die 9. Aprilis (videlicet die Martis post Dominicam Quasimodogeniti) in campo VVolstat prope Lignicium, occubuit.* [Tatari cadaueri Principis caput amputarunt, illudque hastæ infixum circumtulerunt. Lignicium vrbs incēsa est, sed arx valido est munita præsidio, ab eo cum Tatari postulassent deditionem, respōsum est, pro vno Principe necato sese habere plures Dominos adolescētes, quos non essent desertuti]

In

In quo prælio non tantum præter principem ipsum BOLESLAVS Marchio Morauiæ Henrici amitinus POMPO Magister militum Ordinis Teutonic. in Borussia, aliique plurimi viri fortes perierunt: sed & tanta Christianorum strages edita esse dicitur: vt cùm Tatari post victoriam, singulis cadaueribus singulas auriculas præciderent, nouem grandes sacci expleti esse scribantur. Corpus Henrici ab vxore ANNA filia Othocari Regis Bohemiæ ex sexto digito sinistri pedis agnitum, & Vratislauiæ in templo S. Iacobi humatum est. Mechou. Curæus. Hunc exitum tulit Princeps hic verè pius & generosus, qui vitam pro patriâ profudit, & sanguine suo Germaniam texit. Etsi enim ipsemet quoque, multis suorum desideratis, occubuit: attamen vires Tatarorum ita attriuit: vt sibi ipsis diffiderent, & ad suos reuerterentur. Curæus.

5213 INNOCENTIVS IV. creatur Rom. Pontifex 24. 1243
Iunij. Hic pileum rubrum Cardinalibus dedit, quo significare voluit, Cardinales paratos esse debere pro libertate Ecclesiastica, si opus erit, vitam morti exponere. Onuph.

S. BONAVENTVRA religionem S. Francisci ingreditur ærat. 22. Septimo anno pòst prælegit Sententias Parisiis.

S. HEDVVIGIS, Henrici Barbati Silesiæ Ducis coniunx, innocentiæ, sanctitatis & mansuetudinis exemplar, & regionis Silesiæ decus singulare, in pia inuocatione Christi obiit 15. Octob. Canonizata 1266. Mechou. Curæus.

Reliquit Beata HEDWIGIS numerosam posteritatem, quæ diu dominatum SILESIÆ obtinuit: ex qua adhuc hodie superstes est Reuerendiss. Illustriss. & laudatissimus princeps ac Dn. Dn. IOACHIMVS FRIDERICVS, Dux SILESIÆ, Lignicensis & Bregensis, vnà cum Illustriss. duobus filiis IOHANNE CHRISTIANO, & GEORGIO

GIO RVDOLPHO, Ducibus SILESIÆ, Lignic.& Breg. qui quidem paternâ stirpe ex vetusta familia Regum POLONIÆ, maternâ verò ex posteritate CAROLI MAGNI & Beatæ HEDWIGIS nati sunt: quos vt DEVS opt.max.diutissimè florentes, saluos ac incolumes, in patriæ salutem & emolumentum, conseruet, ardentibus eundem votis precor.

5215 *FRIDERICVS II. Imp. excommunicatur & imperio priuatur in Concilio Lugdunensi ab Innocentio IV. 21.Iunij, & contra eum HENRICVS Hassiæ ac Thuringiæ Landgrauius, S. Elizabethæ leuir, electus est, qui tamen anno 1246. occisus est sagitta prope Vlmam, & sepultus Isennaci. Alij ad sequentem. Verùm Vincentius in Speculo scribit, Innocentium PP. Lugduni Concilium celebrasse circa festum Petri & Pauli an. 1245. in quo Imperatorem tanquam schismaticum & hostem Ecclesiæ condemnârit.* 1245

Hinc aliqui numerant 28. annos interregni vsque ad Rudolphi Habspurgij imperium. Formula depositionis Friderici refertur lib. 6. Decretalium c. ad Apostolicæ, &c. Siffridus scribit, in Henrico Landgrauio defuncto defecisse Principes Thuringiæ, cuius possessio ad Marchiones Misiniæ translata sit.

5220 FRIDERICVS II. Imp. moritur die Luciæ, 13. Decemb. an. ætat. 57. imperij 38. Eius sepulchro Panormi hi versus inscripti sunt: 1250

Si probitas, sensus, virtutis gratia, census,
Nobilitas orti, possent obsistere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Hoc anno die 21. April. expletur annus Romæ conditæ 2000. Hinc ad Caroli V. Imp. natalem 250.

CVNRADI IV. Friderici II. filij IMPERIVM.

5222 Epocha ALPHONSI hoc anno incipit Cal. Iunij. 1252

Cardanus & alij ab æra CHRISTI ad Alphonsinam numerant annos Iulianos 1251. dies 152. Ab hoc Alphonso Hispaniarum Rege nomen acceperunt

TABVLÆ ALPHONSINÆ, eò quòd eius authoritate & mandato sint conditæ. Est ab æra Turcica annus 630.

5224 CVNRADVS IV. Imp. obiit 22. Maij extinctus veneno, Manfredi spurij fratris insidiis: imperii an. 3. m. 5. d. 10. Onuphr. Ritius de eo sic loquitur: *Cunradus obsessam Neapolim fame domuit, octauoq; mense ad deditionem ea compulsa, muros, nonnullasq; publicas & priuatas ædes solo æquauit: eadem Capua pœna illata. Cumque potitus esset omni Sicilia, altero post eius aduentum ex Alemania in Italiam anno diem extremam clausit non absque suspicione dati veneni ab eius Medicis, à Manfredo pecunia corruptis.* 1254

OrdoCarthusiensium in perpetuum esui carnium renunciauit.

WILHELMI Ducis Hollandiæ IMPERIVM.

5225 WILHELMVS Imp. Comes Hollandiæ occisus à Frisiis, an imperii 1. Martin. Polon. Alii ad seq. Interregnum an. 17. secutum est vsque ad Rudolphum Imp. 1255

REGIVS MONS vrbs Prussiæ extruitur. Lib. Ord. Prus. Mechou.

5226 BONAVENTVRA eligitur in Generalem Ordinis Minorum, an. 13. post ingressum religionis die 2. Feb. Rexit ordinem an. 18. Legend. 1256

5228 *ALPHONSVS Rex Castellæ & Legionis à quibusdam Germaniæ Principibus creatur Rex Romanorum prid. Cal. Aprilis. sed sponte abdicauit.* 1258

5229 ALBERTVS Magnus natus ex nobili Bolstatensium familia Sueuica, patre carpêtario, ciue Lauingano. Monachus Ordinis Prædicatorum, in Theologia & Philosophia eruditissimus, hoc anno factus est Episcopus Ratisbonensis in Bauaria, ætat. 66. Hic lectionum adeò appetens fuit: vt Ratisbonensi Episcopatu se abdicârit, & priuatus Coloniæ viuens publicis prælectionibus tantùm vacârit. Rescertè rarissimi exempli, præferri docendi labore 1259

Episcopatibus. Meritò igitur Albertus cognomentum Magni tulit etiam hoc nomine. Reliquit discipulos multos, quorum præcipuus & eminentissimus fuit Thomas Aquinas.

5230 *Circa initium anni huius* OTHOMANVS I. *Rex Tur-* 1260
carum, natus est patre ERTVGVLE. *Leonclau. in historia Musulmana Turc.*

5231 *Cranzius scribit hoc anno mortuum esse Adolphum Comi-* 1261
tem Holsatiæ, de quo rem miram refert: Adolphus Comes Holsatiæ, *inquit*, ingressus est ordinem Minorum Hamburgi die S. Hippolyti, & postea erexit monasterium sui Ordinis in Oppido Kyl, vbi cùm operarii non haberent quo per æstum inter laborandum reficerentur, lac ostiatim emendicauit: cumque aliquando filios suos Ioannem & Gerhardum, inter quos Holsatiam diuiserat, obuios habuisset, sublimes in equis more Comitum vectos, passus est humanitus aliquid, vt rubore cœperit perfundi. Sed mox robur mentis aduocans, cùm adhuc in conspectu essent filii, hydriam lacte plenam & leuatam super caput euertit, & sese totum à vertice lacte perfundens dixit: Infelix, erubuisti Christi pauperiem, baiulare lac in manibus, nunc vel in capite ostende quid portaueris.

5234 Festum Corporis CHRISTI institutum in ciuitate 1264
Vrbeuetana ab VRBANO IV. PP. Hymnum & Officium quod in missa canitur, composuit Thomas Aquinas.

5235 *ODOFREDVS Beneuentanus Iurisconsultus, qui Com-* 1265
mentarios ad Codicem & Pandectas scripsit, & præterea de formulis actionum, de ordine iudiciorum, & de arte notariatus scripta edidit, moritur Bononiæ 3. Decemb. alij ad seq. Forster.

DANTES ALIGERIVS Poëta Florentinus nascitur Florentiæ. Palmer. Volater.

5238 *CVNRADINVS Cunradi IV. Imp. filius, Friderici* 1268
II. Imp. nepos, vltimus ex Barbarossæ familia nobilissima,

sima, multorumque regnorum & Imperii vnicus hæres, die 22. Augusti(al. 28. Nouemb.) congressus cum CAROLO *Ludouici Galliarum Regis fratre in Marsis vincitur, & captus cum Friderico Austriaco, Pontificis Clementis IIII. incitatione Neapoli in publico securi percutitur, cùm Pontifex Carolo sciscitanti de tractatione captiuorum respondisset:* Vita Cunradini mors Caroli: Mors Conradini vita Caroli. *Hunc euentum alii ad praced. alii ad seq. referunt. Ritius habet 1268. quem secuti sumus: ac consentiunt et Siffridus, Hirsgau. & alii. Golzius scribit, Conradinum cùm in Caroli potestatem venisset, anno vno carceris squalore macerátum esse. Inde fortè est anni vnius discrepantia.*

5240 S. LVDOVICVS *Rex Franciæ, qui Collegium* SORBONAE *Parisiis erexit, moritur 25. Augusti. Chron. Gal.* 1270

5241 GVILELMVS DVRANDVS, *vulgò appellatus, Speculator, vir exercitationis forensis peritissimus, & ideo pater practica vocatus, condidit eximium opus, quod Speculum Iuris inscribitur: Estque autor libri, qui inscribitur Rationale diuinorum.* 1271

Berlini fundatum est monasterium Franciscanorum, liberalitate illustrissimorum Principum Marchionum Othonis & Alberti, cuius extructio aliquot annorum spacio vix absolui potuit.

5242 *Hoc tempore vixit* IOANNES SEMECA, *cognomento Teutonicus, primus glossator Decreti Gratiani. Fertur fuisse Canonicus Halberstatensis, & ibidem tumulatus.* 1272

5243 Rvdolphvs Comes Habspurgensis eligitur Imperator Rom. absens, dum obsidet Basileam 29. Septemb. Fuit Princeps prudens, armis & bello strenuus, & qualē turbata Resp. deposcebat. Siffridus scribit, eum præcepisse suis satellitibus, ne quenquam pauperum accessu & colloquio suo 1273

arcerent: *Date obsecro*, inquit, *hominibus me accedendi locum & facultatem. Non enim ideo ad imperium euectus sum, vt hominibus in arca praecludar.* Huius posteri adhuc tenent Imperium, & ab hoc anno incipit Chronicon Austriacum Magistri Alberti Argentinensis, quod comprehendit an. 77. à principio Rudolphi ad an. Christi 1350. Vide Cuspiniani Austriam. Nostra ætate Rudolphi res gestas grandiore carminum sono cecinit IOACHIMVS MAISTERVS, tanto Imperatore dignus Poëta.

Est annus à regno Beli 3400. à morte Cyri 1800. à monarchia Alexandri 1600. Augusti 1300. nato Constantino Magno 1000. morte Othonis Magni 300. Hinc ad imperium Rudolphi II. 303.

HELENA vxor Alberti Ducis Saxoniæ, filia Othonis Brunsuuicensis, fundatrix monasterii Franciscanorum Vitebergæ moritur 6. Septemb sepulta ibidem. Fabric.

Hoc tempore floruit PTOLEMÆVS LVCENSIS, qui Pontificum vitas scripsit.

5244 S. BONAVENTVRA obiit in Concilio Lugdunensi 1274
æt. 53. Canonizatus 1482. mens. April.

THOMAS Aquinas Dominicanus mor. 7. Mart. æt. 50. cum ad Concilium Lugdunense proficisceretur. Canonizatus 1323. à natali suo 100. Hic ad extremum Eucharistiam sumpturus, Dominum Iesum flendo rogitauit, vt si minus recta fuissent ea, quæ de ipsius mysteriis, denique vniuersa Ecclesia Sancto Spiritu instigante scripsisset, veniam tribueret, eaque omnia Ecclesiæ iudicio sacrosancto permisit. Volater.

RVDOLPHVS Imp. ex MATHILDE filia LVDOVICI Palatini suscepit filium RVDOLPHVM à quo PALATINORVM ad RHENVM genus in hunc vsque diem propagatur. Beutherus.

5247 *Hoc anno scribunt VVimpfelingus & Bruschius, incoatam esse extructionem turris ARGENTINENSIS,* 1277
quæ

quæ vt Germaniæ spectaculum & ornamentum eximium septem Mundi Miracul s annumerari poßit. Absoluta est annis 28. Hinc ad extructionem turris Viennensis anni 63.

H c seculo v xit IACOBVS de VORAGINE, Episcopus Ianuensis, historiæ Lombardicæ, de Sanctis, autor.

5248 *RVDOLPHVS Imp. victo & occiso Ottocaro Rege Boëmiæ, Austriam recuperauit, 26. Augusti (alij die Rufi, qui incidit in 27. Augusti) Cuspinianus scribit in Ottocari exercitu desiderata fuisse 14. millia hominum præter captiuos: & hac occasione Austriam ad Comites de Habspurg deuolutam esse. Aen. Syl. Boëm. c. 27.* 1278

Chronicon MARTINI POLONI Episcopi Consentini desinit hoc anno, qui est primus Nicolai III. Papæ. Appen lix ab alio addita pertingit vsq; ad annum Christi 1320.

Eo lem anno terminatur accuratissi ne scriptum Chronicon IACOBI MEYERI de reb. Flandriæ.

5249 *ACCVRSIVS Floren iuris glossator an. æt. 78. moritur, sepultus Bononiæ apud Minores. Volater.* 1279

5250 IVBILÆVS MVNDI 105. *Mosis 55. prædicationis Christi 25.* 1280

ALBERTVS M gnus, Episcopus Ratisbonensis moritur ætat. 87. sepultus Coloniæ. Trith.

5251 *MARIÆBVRGVM vrbs Prußiæ cond ta L b. Ord. Pruß.* 1281

FRIDERICVS Marchio Misniæ, cuius fuit à matre admorsagena, captus est à patre suo Alberto, & toto anno retentus in arce Isennacensi: vnde postea diuinitus liberatus est. cum odio Alberti Tyranni custodes ali qui miseria adolescentis adfecti, fugæ consilia adiuuarent.

5252 *Hoc anno SICVLI Gallorum præsidiariorum insolentiam, luxum fastumque pertæsi, conspirantes decretum* 1282

faciunt, vt certo die, cum primum signum area campana ad vespertinas preces daretur, Gallos vniuersos promiscue interficerent, nullo sexus, ætatis vel ordinis discrimine habito. Illuxit itaque vltimus & funestissimus GALLIS in Sicilia dies 30. Martij, quo ad vnum omnes per totam Insulam à ciuibus cuiuscunque ordinis tanta crudelitate trucidati sunt, vt etiam grauidæ euiscerarentur, eorumque fœtus excecti, ne quid Gallicæ stirpis in Sicilia superesset, saxis illiderentur, duarumque horarum spacio octo millia Gallorum ea clade perempta scribantur. Inde dictæ sunt Vesperæ Siculæ. Chron. Gall. Aemil. lib. 7. Plerique referunt hunc euentum ad an. sup. sed ea ratione 30. Martij non quadrat ad festum Paschatis, quo ista accidisse annotatum est.

5254 *ROLANDINVS de Romanicis Legum Doctor moritur 11. Sept. Bononiæ. Fend. Schraderus.* 1284

Hoc anno 19. Maii, vt autor est Mechouius, PRIMISLAVS Dux Sprottauiensis transtulit Cœnobium Canonicorum regulariũ ex oppido Naumburg in vrbem SAGANVM, vbi hodie ABBATIA est, quam ab Henrico Barbato primum constitutam & fundatam esse diximus anno 1217. quem fundationis literæ à R. D. Abbate nobis commonstratæ ostendunt.

5258 HENRICVS IIII. Dux Vratislauiensis erexit Collegium S. CRVCIS Vratislauiæ. Mechou. Manuscripta tamen Chronica alium annum definiunt. 1288

5259 *ÆGIDIVS de Fuscaris, ciuis Bononiensis, Iuris Canonici peritissimus, moritur 9. Ianua. Fend.* 1289

5260 TYRVS, SIDON, TRIPOLIS, BERYTHVS à Sultano Aegypti rege incensæ & complanatæ. PTOLEMAIS fuga dispersis Christianis, sine vi capta atque diruta, fundamentis quoq; effossis. Christiani qui vrbem reliquerãt, Cretam fugientes, perierunt naufragio. Ita expulsis de terra sancta Christianis amisimus reliquias victoriarum, quæ anno- 1290

rum

rum ferme 200. labore à Christianis partæ erant. Drechs.

ERTVGVLES Othomani I. Turcarum Regis pater obiit. Leonclau.in Pand.Turc.

Habita sunt Comitia ERFORDIAE à Rudolpho Imperat. Is auxilio istius vrbis deuastauit 60. arces Thuringiæ, quarum rudera hodie conspiciuntur. Fabric. Vide Siffridum.

5261 RVDOLPHVS, Imp. moritur 15. Iulii, die diuisionis Apostolorum, cùm vixisset an. 73. mens. 5. & imperasset an. 18. sepultus Spiræ. Siffrid. 1291

5262 ADOLPHVS Comes de NASSAVV, IMPERATOR appellatus, 6. Ianuarij. 1292

5266 *Exulant Misnia Fridericus & Dicemannus fratres. Siffrid.* 1296

5268 Commissum est atrox prælium inter ADOLPHVM Imp. qui tum occubuit, & inter ALBERTVM, qui in imperio successit. ADOLPHVS occisus est, vt habet inscriptio Mausolei Spirensis, 2. Iulii, alii habent 14. Iulii: cùm imperasset an. 6. & aliquot mensibus. 1298

Corpus occisi Adolphi Imp. in monasterio Rosendal *fuit humatum vsque ad tempora Henrici Regis de LutZenburg, cuius præcepto, Spiram cum honore delatum in sepulchris Regum locatum est. Sunt qui scribant, omnes eos qui contra Adolphum Regem conspirauerunt, mala morte, diuina vlíscente gratia iniuriam eius, periisse. Nam ALBERTVS ipse regni vsurpator, à fratris filio fuit occisus. Comes de* Hohenlohe / *& Comes de* Ochsenstein *similiter fuerunt occisi. Archiepiscopus Moguntinus super sellam sedens, inopinata morte sublatus est. Comes gemini pontis, in ripa* Gliese *dicta, fuit submersus. Conradus Episcopus Argentinensis, ante Friburgum à quodam rustico gladio interemptus. Comes de* Liningen *Phreneticus & variis calamitatibus miser factus est. Cæterique penè omnes simili interitu perierant. Hæc Tritthem. Hirsgau.*

Horren-

Horrendus terræ motus, cuius meminit Siffridus, hoc anno in diuersis ciuitatibus multas turres & domus subuertit: quarum ruina, multi homines vtriusque sexus obruti & perempti sunt. Papa dum altari, diuina celebraturus, astaret, subitò terra horribili motu & stridore concutitur; parietes basilicæ quatiuntur, lapides collisi ad inuicem dissecantur. Papa ex huiusmodi strepitu terribili defecit viribus, & licet vallatus esset turba Cardinalium & militum, inter manus ministrorum corruit, vixque eductus de Ecclesia, fugam cum cæteris iniit. Hoc anno visus quoque Cometes.

De eodem sic Platina in vita Bonifacii VIII. *Et ne existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repentè terræmotus exortus est, quantus nunquam anteà: quo quidem multis diebus per interualla plurima durante, ædificia passim corruere. Reate Pontifex tum erat cum tota Curia, qui certè veritus, ne ruina ædificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabulatis subtilibus in medio Claustro Fratrum Prædicatorum, prato admodum lato, ædificari iussit: eoque in loco aliquandiu resedit, licet horrida sæuiret hyems. In celebritate namque Sancti Andreæ hæc perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque Cometes, magnæ alicuius futuræ calamitatis indicium.*

Sextus liber Decretalium, quem BONIFACIVS VIII. fieri fecerat, publicatus est. In eius libri fine ita adsignatum est tempus: Data Romæ apud S. Petrum: 5. Nonas Martij, Pontificatus nostri anno 4.

ALBERTI I. Rudolphi Habspurgii filii Ducis Austriæ IMPERIVM.

5270 BONIFACIVS VIII. PP. primus instituit celebrationem IVBILÆI, quo plenam delictorum omnium indulgentiam & remissionem præstabat visitantibus Romæ limina Apostolorum Petri & Pauli, & eandem indulgentiam statuit in posterum omni anno centesimo. Ob hanc rem eo 1300

anni

anno tanta vndique hominum multitudo Romam confluxit, vt vix incedere per vrbem amplam & vastam liceret. Platin. Cranz. Saxon. lib. 8. cap. 36.

Appendix Martini Poloni annotat, Bonifacium VIII. hoc anno scripsisse, se esse Dominum in temporalibus & spiritualibus in vniuerso mundo.

REGNVM TVRCARVM.

Ab hoc anno pleriq; incipiunt Catalogum IMPP. TVRCICORVM, quorum primus OTHOMANVS cùm per annos decem rapinis & prædationibus ditatus esset, & bonam Bithyniæ partem, & loca Ponto Euxino adiacentia suo imperio adiecisset, hoc demum anno primi Regis Turcarum nomen meruisse dicitur. Leonclau. Volater. Drechs. & alii.

VLADISLAVS Locticus regno Poloniæ exuitur, & in eius locum VVENCESLAVS Rex Boëmiæ, coronatur Rex Poloniæ.

Tres Archiepiscopi, MOGVNTINVS, TREVIREN. & COLONIEN. Alberto Imp. rebellant. Siffrid.

Est annus à morte Salomonis 2300. à principio regnorum Caroli Magni 532. ab eius coronatione Romana 500. Hoc ipso anno 21. Aprilis completur à Roma condita annus 2050. quod est tempus 41. Iubilæorum.

5273 BONIFACIVS VIII. PP. moritur 11. Octob. Mart. Polon. Siffrid. Tritth. De eo sic Platina: PHILIPPVS Rex Franciæ, *inquit*, Sarram Columnensem mittit, qui Anagniam clàm noctu ingressus, Pontificem nil tale metuentem, in domo paterna dormientem, capit refractis valuis, captumq; Romam sub custodia perducit, vbi mœrore animi confectus, 35. die pòst periit, Pontificatus sui anno 8. mens. 9. d. 17. Hoc modo mortuus 1303

est

est Bonifacius ille, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, nationibus, popul[illegible] errorem potiùs, quàm religionem iniicere conabatur: quique dare Regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur, aurum vndique conquisitum, plùs quàm dici potest, sitiens. Discant itaque huius exemplo Principes omnes, tàm religiosi quàm seculares, præesse clero & populis, non superbè & contumeliosè, vt hic de quo loquimur, sed sanctè & modestè, vt Christus rex noster, eiusque discipuli ac veri imitatores, & malint à populis amari quàm timeri, vnde tyrannorum pernicies oriri meritò solet. *Hæc Platina.*

5274 *FRANCISCVS PETRARCHA Philosophus, Rhetor & Poëta celeberrimus, qui literas humanitatis post longa silentia mortuas ab inferis reuocauit, nascitur 20 Iulij. Volater. Palmer.* 1304

DYNVS Mugellanus Iurisconsultus moritur Bononiæ. Scripsit in Pandectas, in tit. de Action. in Institut. & super lib. 6. Decretalium.

5275 CLEMENS V. eligitur Rom. Pontifex 5. Iunij. Hic est autor Clementinarum. Die 15. Iulij coronatus est Lugduni. Eius coronationi interfuit Philippus Rex Franciæ, Carolus frater eius Ioannes Dux Britanniæ, & quicquid nobilitatis Gallia tunc habebat. Dum verò pompa eius celebritatis ex more per vrbem duceretur, pinna muri pressura populi incubantis impulsa corruit, cuius casu Dux Britanniæ, multique ignotiores oppressi interiêre. Carolus Regis frater debilitatus, & Pontifex ipse adeò in turbam præceps deturbatus est, vt mitra ex capite excussa Iaspidem preciosissimum amiserit. Hic CLEMENS V. quòd Vasco esset, Sedem Romanã transtulit AVENIONEM in Gallias, quam tenuit ipse & eius successores an. 71. vsque ad tempora GREGORII XI. qui Sedem 1305

Roma-

Romanam ex Galliis Romam reduxit. Panuin

IACOBVS RAVANVS Lotharingus Iurisconsultus maximè hoc anno clarescere cœpit: & omnium primus ea, quæ à maioribus perspicuè & simpliciter tradita erant, ad Dialecticum arguendi, disputandive modum deduxit, quem & reliqui omnes ferè IC. secuti & imitati sunt. Forster.

5277 *Lipsiæ in templo Paulino ex insidiis confossus est TITZMANNVS Marchio Misniæ, in ipsa nocte natalis Christi. Siffrid.* 1307

Hoc tempore vixit HAITHONVS, qui Tatarorum historiam scripsit. Hic finitur Chronicon SIFFRIDI Presbyteri Misnensis.

5278 ALBERTVS Imp. filius Rudolphi Imp. interficitur à fratris filio Ioanne, Cal. Maij (Eber. 24. Apr.) an. imperii 10. Anno sequenti 29. Augusti, sepultus Spiræ. 1308

HENRICI VII. Lutzelburgensis IMPERIVM. Hic electus est Francofurti die Catharinæ 25. Nouemb. & 6. Ianuarij anno seq. Aquisgrani coronatus. Antonin.

IOANNES Duns Franciscanus SCOTVS, Doctor subtilis dictus, moritur Coloniæ 8. Nouemb. à morte Thomæ Aquinatis 34. Tritth Huius sectatores dicti sunt Scotistæ.

Templini in Marchia Brandeburgica obiit Princeps bellicosus, dictus OTHO cum telo, quòd sagitta ictus telum ferreum integro anno capiti infixum retinuerit. Manuscript. Chron.

5279 *BARTOLVS de Saxoferrato Cyni discipulus, Iurisconsultus celeberrimus, nascitur. Hic tanta ingenii vi præditus fuit: vt anno ætat. 14. se ad Iuris Ciuilis studium Perusii contulerit: Bononiæ solennia insignia Doctoratus an. ætat. 21. consecutus fuerit: & postea ætat. 25. Pisas ad Iuris professionem accersitus celebrem illam repetit. Legis, Si quis pro emptore. ff. de vsucap. ediderit. Hæc Mantua. Patauinus & Fichard.* 1309

Conci-

GIO RVDOLPHO, Ducibus SILESIÆ, Lignic.& Breg.qui quidem paternâ stirpe ex vetusta familia Regum POLONIÆ,maternâ verò ex posteritate CAROLI MAGNI & Beatæ HEDWIGIS nati sunt: quos vt DEVS opt.max.diutissimè florentes,saluos ac incolumes,in patriæ salutem & emolumentum, conseruet, ardentibus eundem votis precor.

5215 *FRIDERICVS II. Imp. excommunicatur & imperio priuatur in Concilio Lugdunensi ab Innocentio IV. 21.Iunij,& contra eum HENRICVS Hassiæ ac Thuringiæ Landgrauius, S. Elizabethæ leuir, electus est, qui tamen anno 1246. occisus est sagitta prope Vlmam, & sepultus Isennaci. Alij ad sequentem. Verùm Vincentius in Speculo scribit, Innocentium PP. Lugduni Concilium celebrasse circa festum Petri & Pauli an. 1245. in quo Imperatorem tanquam schismaticum & hostem Ecclesiæ condemnârit.* 1245

Hinc aliqui numerant 28. annos interregni vsque ad Rudolphi Habspurgij imperium. Formula depositionis Friderici refertur lib.6. Decretalium c. ad Apostolicæ, &c. Siffridus scribit,in Henrico Landgrauio defuncto defecisse Principes Thuringiæ, cuius possessio ad Marchiones Misniæ translata sit.

5220 FRIDERICVS II. Imp. moritur die Luciæ, 13. Decemb.an. ætat. 57. imperij 38. Eius sepulchro Panormi hi versus inscripti sunt: 1250

Si probitas,sensus,virtutis gratia,census,
Nobilitas orti,possent obsistere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Hoc anno die 21.April.expletur annus Romæ conditæ 2000. Hinc ad Caroli V.Imp.natalem 250.

CVNRADI IV. Friderici II.filij IMPERIVM.

5222 Epocha ALPHONSI hoc anno incipit Cal.Iunij. 1252

Cardanus & alij ab æra CHRISTI ad Alphonsinam numerant annos Iulianos 1251. dies 152. Ab hoc Alphonso Hispaniarum Rege nomen acceperunt

TABV.

TABVLÆ ALPHONSINÆ, eò quòd eius authoritate & mandato sint conditæ. Est ab æra Turcica annus 630.

5224 CVNRADVS IV. Imp. obiit 22. Maij extinctus veneno, Manfredi spurij fratris insidiis: imperii an. 3. m. 5. d. 10. Onuphr. Ritius de eo sic loquitur: *Cunradus obsessam Neapolim fame domuit, octauoq; mense ad deditionem ea compulsa, muros, nonnullasq; publicas & priuatas ædes solo æquauit: eadem Capuæ pœna illata. Cumque potitus esset omni Sicilia, altero post eius aduentum ex Alemania in Italiam anno diem extremam clausit non absque suspicione dati veneni ab eius Medicis, à Manfredo pecunia corruptis.* 1254

OrdoCarthusiensium in perpetuum esui carnium renunciauit.

WILHELMI Ducis Hollandiæ IMPERIVM.

5225 WILHELMVS Imp. Comes Hollandiæ occisus à Frisiis, an imperii 1. Martin. Polon. Alii ad seq. Interregnum an. 17. secutum est vsque ad Rudolphum Imp. 1255

REGIVS MONS vrbs Prussiæ extruitur. Lib. Ord Pruss. Mechou.

5226 BONAVENTVRA eligitur in Generalem Ordinis Minorum, an. 13. post ingressum religionis die 2. Feb. Rexit ordinem an. 18. Legend. 1256

5228 *ALPHONSVS Rex Castellæ & Legionis à quibusdam Germaniæ Principibus creatur Rex Romanorum prid. Cal. Aprilis sed sponte abdicauit.* 1258

5229 ALBERTVS Magnus natus ex nobili Bolstatensium familia Sueuica, patre carpētario, ciue Lauingano. Monachus Ordinis Prædicatorum, in Theologia & Philosophia eruditissimus, hoc anno factus est Episcopus Ratisbonensis in Bauaria, ætat. 66. Hic lectionum adeò appetens fuit: vt Ratisbonensi Episcopatu se abdicârit, & priuatus Coloniæ viuens publicis prælectionibus tantùm vacârit. Res certè rarissimi exempli, præferri docendi labores 1259

Episcopatibus. Meritò igitur Albertus cognomentum Magni tulit etiam hoc nomine. Reliquit discipulos multos, quorum præcipuus & eminentissimus fuit Thomas Aquinas.

5230 *Circa initium anni huius OTHOMANVS I. Rex Turcarum, natus est patre ERTVGVLE. Leonclau. in historia Musulmana Turc.* 1260

5231 *CranZius scribit hoc anno mortuum esse Adolphum Comitem Holsatiæ, de quo rem miram refert:* Adolphus Comes Holsatiæ, *inquit*, ingressus est ordinem Minorum Hamburgi die S. Hippolyti, & postea erexit monasterium sui Ordinis in Oppido Kyl, vbi cùm operarii non haberent quo per æstum inter laborandum reficerentur, lac ostiatim emendicauit: cumque aliquando filios suos Ioannem & Gerhardum, inter quos Holsatiam diuiserat, obuios habuisset, sublimes in equis more Comitum vectos, passus est humanitus aliquid, vt rubore cœperit perfundi. Sed mox robur mentis aduocans, cùm adhuc in conspectu essent filii, hydriam lacte plenam & leuatam super caput euertit, & sese totum à vertice lacte perfundens dixit: Infelix, erubuisti Christi paupertatem, baiulare lac in manibus, nunc vel in capite ostende quid portaueris. 1261

5234 Festum Corporis CHRISTI institutum in ciuitate Vrbeuetana ab VRBANO IV. PP. Hymnum & Officium quod in missa canitur, composuit Thomas Aquinas. 1264

5235 *ODOFREDVS Beneuentanus Iurisconsultus, qui Commentarios ad Codicem & Pandectas scripsit, & præterea de formulis actionum, de ordine iudiciorum, & de arte notariatus scripta edidit, moritur Bononiæ 3. Decemb. alij ad seq. Forster.* 1265

DANTES ALIGERIVS Poëta Florentinus nascitur Florentiæ. Palmer. Volater.

5238 *CVNRADINVS Cunradi IV. Imp. filius, Friderici II. Imp. nepos, vltimus ex Barbarossæ famlia nobilissima,* 1268

ſima, multorumque regnorum & Imperii vnicus hæres, die 22. Auguſti (al. 28. Nouemb.) congreſſus cum CAROLO *Ludouici Galliarum Regis fratre in Marſis vincitur, & captus cum Friderico Auſtriaco. Pontificis Clementis IIII. incitatione Neapoli in publico ſecuri percutitur, cùm Pontifex Carolo ſciſcitanti de tractatione captiuorum reſpondiſſet:* Vita Cunradini mors Caroli: Mors Conradini vita Caroli. *Hunc euentum alii ad præced. alii ad ſeq. referunt. Ritius habet 1268. quem ſecuti ſumus: ac conſentiunt et Siffridus, Hirſgau. & alii. Golzius ſcribit, Conradinum cùm in Caroli poteſtatem veniſſet, anno vno carceris ſqualore mac[illegible]tum eſſe. Inde fortè eſt anni vnius diſcrepantia.*

5240 *S.* LVDOVICVS *Rex Franciæ, qui Collegium* SORBONAE *Pariſiis erexit, moritur 25. Auguſti. Chron. Gal.* 1270

5241 GVILELMVS DVRANDVS, *vulgò appellatus, Speculator, vir exercitationis forenſis peritiſſimus, & ideo pater practicæ vocatus, condidit eximium opus, quod Speculum Iuris inſcribitur: Eſtque autor libri, qui inſcribitur Rationale diuinorum.* 1271

BERLINI fundatum eſt monaſterium Franciſcanorum, liberalitate illuſtriſſimorum Principum Marchionum Othonis & Alberti, cuius extructio aliquot annorum ſpacio vix abſolui potuit.

5242 *Hoc tempore vixit* IOANNES SEMECA, *cognomento Teutonicus, primus gloſſator Decreti Gratiani. Fertur fuiſſe Canonicus Halberſtatenſis, & ibidem tumulatus.* 1272

5243 RVDOLPHVS Comes Habſpurgenſis eligitur IMPERATOR ROM. abſens, dum obſidet Baſileam 29. Septemb. Fuit Princeps prudens, armis & bello ſtrenuus, & qualē turbata Reſp. depoſcebat. Siffridus ſcribit, eum præcepiſſe ſuis ſatellitibus, ne quenquam pauperum acceſſu & colloquio ſuo 1273

arcerent: *Date obsecro*, inquit, *hominibus me accedendi locum & facultatem. Non enim ideo ad imperium euectus sum, vt hominibus in arca praecludar.* Huius posteri adhuc tenent Imperium, & ab hoc anno incipit Chronicon Austriacum Magistri Alberti Argentinensis, quod comprehendit an. 77. à principio Rudolphi ad an. Christ. 1350. Vide Cuspiniani Austriam. Nostra ætate Rudolphi res gestas grandiore carminum sono cecinit IOACHIMVS MAISTERVS, tanto Imperatore dignus Poëta.

Est annus à regno Beli 3400. à morte Cyri 1800. à monarchia Alexandri 1600. Augusti 1300. nato Constantino Magno 1000. morte Othonis Magni 300. Hinc ad imperium Rudolphi II. 303.

HELENA vxor Alberti Ducis Saxoniæ, filia Othonis Brunsuicensis, fundatrix monasterii Franciscanorum Vitebergæ moritur 6. Septemb. sepulta ibidem. Fabric.

Hoc tempore floruit PTOLEMÆVS LVCENSIS, qui Pontificum vitas scripsit.

5244 S. BONAVENTVRA obiit in Concilio Lugdunensi æt. 53. Canonizatus 1482. mens. April. 1274

THOMAS Aquinas Dominicanus mor. 7. Mart. æt. 50. cum ad Concilium Lugdunense proficisceretur. Canonizatus 1323. à natali suo 100. Hic ad extremum Eucharistiam sumpturus, Dominum Iesum flendo rogitauit, vt si minus recta fuissent ea, quæ de ipsius mysteriis, deq; vniuersa Ecclesia Sancto Spiritu instigante scripsisset, veniam tribueret, eaq; omnia Ecclesiæ iudicio sacrosancto permisit. Volater.

RVDOLPHVS Imp. ex MATHILDE filia LVDOVICI Palatini suscepit filium RVDOLPHVM à quo PALATINORVM ad RHENVM genus in hunc vsque diem propagatur. Beutherus.

5247 *Hoc anno scribunt VVimpfelingus & Bruschius, incoatam esse extructionem turris ARGENTINENSIS, quæ* 1277

quæ vt Germaniæ spectaculum & ornamentum eximium septem Mundi Miraculis annumerari possit. Absoluta est annis 28. Hinc ad extructionem turris Viennensis anni 63.

Hoc seculo vixit IACOBVS de VORAGINE, Episcopus Ianuensis, historiæ Lombardicæ, de Sanctis, autor.

5248 *RVDOLPHVS Imp. victo & occiso Ottocaro Rege Boëmiæ, Austriam recuperauit, 26. Augusti (alij die Rufi, qui incidit in 27. Augusti) Cuspinianus scribit in Ottocari exercitu desiderata fuisse 14. millia hominum præter captiuos: & hac occasione Austriam ad Comites de Habspurg deuolutam esse. Aen. Syl. Boëm. c. 27.* 1278

Chronicon MARTINI POLONI Episcopi Consentini desinit hoc anno, qui est primus Nicolai III. Papæ. Appendix ab alio addita pertingit vsq; ad annum Christi 1320.

Eodem anno terminatur accuratissime scriptum Chronicon IACOBI MEYERI de reb. Flandriæ.

5249 *ACCVRSIVS Floren iuris glossator an. æt. 78. moritur, sepultus Bononiæ apud Minores. Volater.* 1279

5250 IVBILÆVS MVNDI 105. *Mosis 55. prædicationis Christi 25.* 1280

ALBERTVS Magnus, Episcopus Ratisbonensis moritur ætat. 87. sepultus Coloniæ. Trith.

5251 *MARIÆBVRGVM vrbs Prussiæ condita Lib. Ord. Pruss.* 1281

FRIDERICVS Marchio Misniæ, cuius fuit à matre admorsa gena, captus est à patre suo Alberto, & toto anno retentus in arce Isennacensi: vnde postea diuinitus liberatus est. cum odio Alberti Tyranni custodes aliqui miseria adolescentis adfecti, fugæ consilia adiuuarent.

5252 *Hoc anno SICVLI Gallorum præsidiariorum insolentiam, luxum fastumque pertæsi, conspirantes decretum* 1282

faciunt, vt certo die, cum primum signum area campana ad vespertinas preces daretur, Gallos vniuersos promiscuè interficerent, nullo sexus, ætatis vel ordinis discrimine habito. Illuxit itaque vltimus & funestissimus GALLIS in Sicilia dies 30. Martij, quo ad vnum omnes per totam Insulam à ciuibus cuiuscunque ordinis tanta crudelitate trucidati sunt, vt etiam grauidæ euiscerarentur, eorumque fœtus exects, ne quid Gallicæ stirpis in Sicilia superesset, saxis illiderentur, duarumque horarum spacio octo millia Gallorum ea clade perempta scribantur. Inde dictæ sunt Vesperæ Siculæ. Chron. Gall. Aemil. lib. 7. Plerique referunt hunc euentum ad an. sup. sed ea ratione 30. Martij non quadrat ad festum Paschatis, quo ista accidisse annotatum est.

5254 *ROLANDINVS de Romanicis Legum Doctor moritur 11. Sept. Bononiæ. Fend. Schraderus.* 1284

Hoc anno 19. Maij, vt autor est Mechouius, PRIMISLAVS Dux Sprottauiensis transtulit Cœnobium Canonicorum regulariũ ex oppido Naumburg in vrbem SAGANVM, vbi hodie ABBATIA est, quam ab Henrico Barbato primum constitutam & fundatam esse diximus anno 1217. quem fundationis literæ à R. D. Abbate nobis commonstratæ ostendunt.

5258 HENRICVS IIII. Dux Vratislauiensis erexit Collegium S. CRVCIS Vratislauiæ. Mechou. Manuscripta tamen Chronica alium annum definiunt. 1288

5259 *ÆGIDIVS de Fuscaris, ciuis Bononiensis, Iuris Canonici peritissimus, moritur 9. Ianua. Fend.* 1289

5260 TYRVS, SIDON, TRIPOLIS, BERYTHVS à Sultano Aegypti rege incensæ & complanatæ. PTOLEMAIS fuga dispersis Christianis, fine vi capta atque diruta, fundamentis quoq; effossis. Christiani qui vrbem reliquerãt, Cretam fugientes, perierunt naufragio. Ita expulsis de terra sancta Christianis amisimus reliquias victoriarum, quæ anno- 1290

rum

rum ferme 200. labore à Christianis partæ erant. Drechs.

ERTVGVLES Othomani I. Turcarum Regis pater obiit. Leonclau.in Pand.Turc.

Habita sunt Comitia ERFORDIAE à Rudolpho Imperat. Is auxilio istius vrbis deuastauit 60. arces Thuringiæ, quarum rudera hodie conspiciuntur. Fabric. Vide Siffridum.

5261 RVDOLPHVS, Imp. moritur 15. Iulii, die diuisionis Apostolorum, cùm vixisset an. 73. mens. 5. & imperasset an. 18. sepultus Spiræ. Siffrid. 1291

5262 ADOLPHVS Comes de NASSAVV, IMPERATOR appellatus, 6. Ianuarij. 1292

5266 *Exulant Misnia Fridericus & Dicemannus fratres. Siffrid.* 1296

5268 Commissum est atrox prælium inter ADOLPHVM Imp. qui tum occubuit, & inter ALBERTVM, qui in imperio successit. ADOLPHVS occisus est, vt habet inscriptio Mausolei Spirensis, 2. Iulii, alii habent 14. Iulii: cùm imperasset an. 6. & aliquot mensibus. 1298

Corpus occisi Adolphi Imp. in monasterio Rosendal fuit humatum vsque ad tempora Henrici Regis de Lutzenburg, cuius præcepto, Spiram cum honore delatum in sepulchris Regum locatum est. Sunt qui scribant, omnes eos qui contra Adolphum Regem conspirauerunt, mala morte, diuina vlciscente gratia iniuriam eius, periisse. Nam ALBERTVS ipse regni vsurpator, à fratris filio fuit occisus. Comes de Hohenlohe/ & Comes de Ochsenstein similiter fuerunt occisi. Archiepiscopus Moguntinus super sellam sedens, inopinata morte sublatus est. Comes gemini pontis, in ripa Gliese dicta, fuit submersus. Conradus Episcopus Argentinensis, ante Friburgum à quodam rustico gladio interemptus. Comes de Liningen Phreneticus & variis calamitatibus miser factus est. Cæterique penè omnes simili interitu perierant. Hæc Tritthem. Hirsgau.

Horren-

Horrendus terræ motus, cuius meminit Siffridus, hoc anno in diuersis ciuitatibus multas turres & domus subuertit: quarum ruina, multi homines vtriusque sexus obruti & perempti sunt. Papa dum altari, diuina celebraturus, astaret, subitò terra horribili motu & stridore concutitur; parietes basilicæ quatiuntur, lapides collisi ad inuicem dissecantur. Papa ex huiusmodi strepitu terribili defecit viribus, & licet vallatus esset turba Cardinalium & militum, inter manus ministrorum corruit, vixque eductus de Ecclesia, fugam cum cæteris iniit. Hoc anno visus quoque Cometes.

De eodem sic Platina in vita Bonifacii VIII. *Et ne existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repentè terræmotus exortus est, quantus nunquam anteà: quo quidem multis diebus per interualla plurima durante, ædificia passim corruere. Reate Pontifex tum erat cum tota Curia, qui certè veritus, ne ruina ædificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabulatis subtilibus in medio Claustro Fratrum Prædicatorum, prato admodum lato, ædificari iussit: eoque in loco aliquandiu resedit, licet horrida sæuiret hyems. In celebritate namque Sancti Andreæ hæc perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque Cometes, magnæ alicuius futuræ calamitatis indicium.*

Sextus liber Decretalium, quem BONIFACIVS VIII. fieri fecerat, publicatus est. In eius libri fine ita adsignatum est tempus: Data Romæ apud S. Petrum: 5. Nonas Martij, Pontificatus nostri anno 4.

ALBERTI I. Rudolphi Habspurgii filii Ducis Austriæ IMPERIVM.

5270 BONIFACIVS VIII. PP. primus instituit celebrationem IVBILÆI, quo plenam delictorum omnium indulgentiam & remissionem præstabat visitantibus Romæ limina Apostolorum Petri & Pauli, & eandem indulgentiam statuit in posterum omni anno centesimo. Ob hanc rem eo 1300

anni

anno tanta vndique hominum multitudo Romam confluxit, vt vix incedere per vrbem amplam & vastam liceret. Platin. Cranz. Saxon. lib. 8. cap. 36.

Appendix Martini Poloni annotat, Bonifacium VIII. hoc anno scripsisse, se esse Dominum in temporalibus & spiritualibus in vniuerso mundo.

REGNVM TVRCARVM.

Ab hoc anno plerique incipiunt Catalogum IMPP. TVRCICORVM, quorum primus OTHOMANVS cùm per annos decem rapinis & prædationibus ditatus esset, & bonam Bithyniæ partem, & loca Ponto Euxino adiacentia suo imperio adiecisset, hoc demum anno primi Regis Turcarum nomen meruisse dicitur. Leonclau. Volater. Drechs. & alii.

VLADISLAVS Locticus regno Poloniæ exuitur, & in eius locum VVENCESLAVS Rex Boëmiæ, coronatur Rex Poloniæ.

Tres Archiepiscopi, MOGVNTINVS, TREVIREN. & COLONIEN. Alberto Imp. rebellant. Siffrid.

Est annus à morte Salomonis 2300. à principio regnorum Caroli Magni 532. ab eius coronatione Romana 500. Hoc ipso anno 21. Aprilis completur à Roma condita annus 2050. quod est tempus 41. Iubilæorum.

5273 BONIFACIVS VIII. PP. moritur 11. Octob. Mart. Polon. Siffrid. Tritth. De eo sic Platina: PHILIPPVS Rex Franciæ, *inquit*, Sarram Columnensem mittit, qui Anagniam clàm noctu ingressus, Pontificem nil tale metuentem, in domo paterna dormientem, capit refractis valuis, captumq; Romam sub custodia perducit, vbi mœrore animi confectus, 35. die pòst periit, Pontificatus sui anno 8. mens. 9. d. 17. Hoc modo mortuus est 1303

Romanam ex Galliis Romam reduxit. Panuin

IACOBVS RAVANVS Lotharingus Iurisconsultus maximè hoc anno clarescere cœpit: & omnium primus ea, quæ à maioribus perspicuè & simpliciter tradita erant, ad Dialecticum arguendi, disputandivè modum deduxit, quem & reliqui omnes ferè IC. secuti & imitati sunt. Forster.

5277 *Lipsiæ in templo Paulino ex insidiis confossus est TITZMANNVS Marchio Misniæ, in ipsa nocte natalis Christi. Siffrid.* 1307

Hoc tempore vixit HAITHONVS, qui Tatarorum historiam scripsit. Hic finitur Chronicon SIFFRIDI Presbyteri Misnensis.

5278 ALBERTVS Imp. filius Rudolphi Imp. interficitur à fratris filio Ioanne, Cal. Maij (Eber. 24. Apr.) an. imperii 10. Anno sequenti 29. Augusti, sepultus Spiræ. 1308

HENRICI VII. Lutzelburgensis IMPERIVM. Hic electus est Francofurti die Catharinæ 25. Nouemb. & 6. Ianuarij anno seq. Aquisgrani coronatus. Antonin.

IOANNES Duns Franciscanus SCOTVS, Doctor subtilis dictus, moritur Coloniæ 8. Nouemb. à morte Thomæ Aquinatis 34. Tritth. Huius sectatores dicti sunt Scotistæ.

Templini in Marchia Brandeburgica obiit Princeps bellicosus, dictus OTHO cum telo, quòd sagitta ictus telum ferreum integro anno capiti infixum retinuerit. Manuscript. Chron.

5279 *BARTOLVS de Saxoferrato Cyni discipulus, Iurisconsultus celeberrimus, nascitur. Hic tanta ingenii vi præditus fuit: vt anno ætat. 14. se ad Iuris Ciuilis studium Perusii contulerit: Bononiæ solennia insignia Doctoratus an. ætat. 21. consecutus fuerit: & postea ætat. 25 Pisas ad Iuris professionem accersitus celebrem illam repetit. Legis, Si quis pro emptore. ff. de vsucap. ediderit. Hæc Mantua. Patauinus & Fichard.* 1309

Conci-

5281 Concilium VIENNENSE celebratur per biennium, in quo editæ sunt Clementinæ, & Ordo Templariorum, qui annis fermè 184. steterat, à Clemente condemnatus fuit. Item, facta est constitutio, vt festum Corporis Christi celebretur feria quinta post Octauam Pentecostes, concessis indulgentiis iis, qui officiis huius festi interfuerint. Vide in Clementinis de reliquiis & venerat. Sanctorum. 1311

5282 TEMPLARIORVM ORDO sublatus à CLEMENTE V. 1312

CLEMENS 22. Martij in priuato Consistorio annihilauit Ordinem Templariorum, quorum bona & reditus hospitalariis D. Ioannis, qui tunc vocabantur equites Rhodii, eamque Insulam paulò antè occupauerant, attribuit. Vno itaque die per vniuersum orbem hic Ordo deletus & extirpatus est. Tritthemius addit, Templarios, petente Philippo Rege Franciæ, extinctos esse, eosque fuisse valde diuites, quorum possessiones vt Philippus sibi acquireret, eum crimen hæreseos ipsis imposuisse.

Academia AVRELIANA in Gallia constituitur. Chron. Gall.

HENRICVS VII. Imp. nefariè necatur, porrecto 1313
5283 veneno in pane Eucharistię, die assumptionis MARIÆ 15. Augusti, à Iohanne Politiano Senensi, Monacho Ordinis prædicatorum ad eam rem conducto. Moritur in Tuscia apud Bonconuentum, Senensis agri oppidum, die Bartholomæi 24. Augusti. Eius ossa an. 1315. Pisas translata sunt Cal. Augusti, alii 15. Augusti, & ibidem sepulta in Cathedrali. Vixit annos 51. mens. 1. d. 7. Onuph. *Petrarcha de hoc Imper. sic scribit:* Henricus VII. vir prudens, iustus, honestus, Catholicus, dilectus omnibus, sedatis Alemanniæ discordiis, alto animo disponebat reformare Italiam: sed Bononia

nonia & Florentia cum quibusdam aliis obuiarunt sibi: vnde opera Florentinorum, vt in fama fuit, venenatus apud Boncouentum Castellum Senarum, optimus Imper. mortuus est anno 1313. cum imperasset an. 4. mens. 8. d. 18. nunquam elatus prosperitate, nunquam deiectus aduersitate.

5284 Hoc anno, quod mirum est, vacarunt, IMPERIVM, SEDES ROMANA, & REGNVM GALLIÆ. Nam anno superiore HENRICO VII. mortuo erat interregnum an. 1. vsque ad Octobrem huius anni. Deinde hoc anno obiit CLEMENS V. 20. Apr. & vacauit sedes amplius biennio. Postremo hoc an. 29. Nouemb. obiit PHILIPPVS Rex Franciæ. 1314

LVDOVICI V. Bauari IMPERIVM. Electus est die Lucæ 18. Octob. & eodem die contra hunc creatus Imperator à quibusdam FRIDERICVS Pulcher Austriacus. Onuph. & Albert. Argentin.

5285 *Hoc anno & sequentibus tanta peste laboratum est in multis locis, vt plures mortui quam superstites sint habiti. Bruschius ait, Tantam pestem grassatam esse per vniuersam EVROPAM, vt tertia penè pars generis humani ea absumeretur. Polonici quoque scriptores tam horrendam famem & pestem in POLONIA & SILESIA his temporibus grassatam esse commemorant, vt parentes à proprijs filijs & cadauerib. immundissimisque cibis non abstinuerint.* 1315

HELVETICVM fœdus constans & sempiternum feliciter auspicatur.

CAROLVS IIII. Imp. nascitur, qui in Baptismo nominatus est VVencesl ius: sed in Confirmatione datum est ei nomen Caroli. Sic habet Chron. manusc. Estq; annus à morte Augusti Imp. 1300.

5287 IOANNES XXII. PP. mense Nouemb. vel Octob. confirmauit publicationem Clementinarũ, mandauitque Doctoribus in gymnasiis, vt eas publicè prælegerent. App. Matt. Polon. Antonin. & Platin. 1317

5289 *Hoc anno ſcribit Albertus Argentinenſis, VVOLDEMARO Marchione Brandeb. abſq; liberis mortuo, MARCHIAM deuolutam eſſe ad imperium, eamque Ludouicum Imp. tradidiſſe filio ſuo primogenito Ludouico.* 1319

BARTHOLOMÆVS de Pratis Legum Doctor moritur Bononiæ 20. Septembr. Fend. Laurentius Schraderus in Libro monumentorum Italiæ habet an. 1329. die 21. Septembris.

5291 *DANTES ALIGERIVS Florentinus, Poëta qui multa ſcripſit, Rauennæ in exilio moritur, ætat. 56.* 1321

5292 NICOLAVS LYRANVS natus Iudæus, & poſtea factus Monachus Franciſcanus, Biblia ſacra ſcholiis illuſtrare cœpit. Lyran. 1322

5293 *Atroci prælio commiſſo FRIDERICVS Pulcher à LVDOVICO Imp. victus & captus eſt die Michaelis, anno 50. pòſt, quàm auus amborum RVDOLPHVS Habſpurgius electus eſt in Regem Romanorum eodem die. Alber. Argentin.* 1323

5294 GVILELMVS OCCAM, natione Anglus, Ordinis Minorum, & Ioann. Scoti diſcipulus, Scriptor acutiſſimus, excommunicatur, quod quædam aduerſus Papam ſcripſiſſet. Hic ad Ludouicum Imperatorem, æquè tum excommunicatum fugiens dixiſſe fertur: *O Imperator, tu me gladio defende à Papæ iniurijs: & ego te verbis ac ſcriptis defendã.* Acerrimè impugnauit dicta ac ſcripta Magiſtri ſui Scoti. Tritth. 1324

Hoc anno à MARSILIO Patauino, ſcriptus eſt liber ad Ludouic. Imp. hoc titulo: Defenſor pacis: *vbi hoc defendit, quod Papa ſit ſub Imperatore.*

5296 *FRIDERICVS Marchio Miſniæ moritur. Hic eſt Fridericus ille, cuius fuit à matre admorſa gena, quam hiſtoriam eleganter recitat Melanthon Tomo 3. Declam. hunc in modum:* Margarita filia Friderici II. Imperatoris, & Alberti Thuringiæ Lantgrauij coniunx, clam edocta de inſidiis à marito vitæ ſuæ ſtructis, fugæ conſilium capit, & nocte cum iam diſceſſura eſſet, aſſidet ad lectulos filiorum Friderici & Dietmanni, calami- 1326

calamitatem suam deplorans. Cumque Consiliarius Senex, & matronæ comitaturę eam, hortarentur, vt properaret, tandem valedictura filiis, Fridericum natu maiorem, lachrymis & eiulatu, materni doloris magnitudinem ostendens, complectitur, sæpe figens oscula in genis & in pectore filij. Postremò mirabili animi motu dentibus mordet genam filii. Puer vulnere facto eiulare incipit. Accurrunt matronæ, & puerum matri ex manibus eripiunt, & quoquo modo possunt, è cubiculo eam abducunt. Illa nõ ignara quid fecisset, *inquit*, Mene adeo ferream putatis, vt à pulcerrimis & carissimis filiis sine ingenti dolore in exilium abire possim? Nullum vitę periculũ est meo filio ex hoc vulnere, sed ipsi notam mei summi doloris impressi, vt in omni vita memor sit & mei erga ipsum amoris, & calamitatis meæ. Hæc vociferantem, vi abstrahunt matronæ comites, & ex fenestra demittunt. Locus adhuc ostenditur in arce Isennacensi, vbi non est magna altitudo à scopulo extra arcem ad fenestrã, ex qua funibus Domina cum quinq; comitib. demissa est, & tandem Francofordiam perducta, in Monasterio Virginum vitam in luctu & precatione agens, post paucos annos mortua est.

PRVSA Bithyniæ metropolis ad radices Septentrionales Olympi Asiatici sita, auspicijs OTHOMANI I. Turcarum Regis occupata à filio ORCHANE, viuo adhuc patre, atque ita prima OTHOMANORVM sedes facta vsq; ad captam Hadrianopolim. Leonclau.

5297 *OTHOMANVS I. Rex Turcarum, qui regnum Turcicum constituit, obijt, cum natus esset 69. annos Arabicos, qui conficiunt 67. annos Iulianos, & regnasset an. 28. Eius loco rerum administrationem consecutus est filius ORCHANES secundus Rex Turcarum. Leonclau.* 1327

5298 *Natus est LVDOVICVS ROMANVS, filius iunior Ludouici Bauari Imp. dictus Romanus, quod natus esset Romæ, cum pater eius ibi coronaretur.* 1328

LYRANVS cap.9. Daniel. scribit, se hoc anno correxisse postremo Postillas Bibliorum.

5300 IVBILÆVS MVNDI 106. *Mosis 56. prædicationis Christi 26.* 1330

FRIDERICVS pulcher Imp. obiit 13. Ianua. cum imperasset an. 15. mens. 2. d. 27. Onuph.

Hoc tempore floruerunt: LVDOLPHVS natione Saxo Carthusianus Argentinensis, & SIMON de CASSIA, quorum vterque vitam Christi descripsit.

5306 *CINVS Iurisconsultus, ex nobili Sygisbaldorum apud Pistorienses familia oriundus, eximius iuris interpres, Bartolique Præceptor dignissimus, vir diligens & ingeniosus, qui scripsit super prima parte Digesti veteris, & Commentarios edidit in Codicem, Bononiæ obijt. Fend. Schrad.* 1336

Custodia Sepulchri CHRISTI Hierosolymis à Sultano Ægyptio committitur octo Franciscanis. Munsterus.

5308 *FRANCISCVS Petrarcha Romæ in Capitolio corona poetica donatur ob eloquentiam. Plati. Vide Naucl.* 1338

5309 Academia PISANA instituitur Pontifice approbante. Volater. 1339

5310 *TVRRIS templi VIENNENSIS ad S. Stephanum extruitur: absoluta est anno 1400. completa 60. annorum spatio. ARGENTINENSIS hanc superat 18. pedum altitudine circiter. Cuspin.* 1340

5311 NICEPHORVS Gregoras historiam suam claudit, qui & hoc tempore vixit. 1341

5314 *BALDVS de Vbaldis Perusinus I C. Iuris doctrinam Bononiæ profiteri, & ob insignem eruditionem tam in Iure Ciuili, quam Pontificio, clarescere cœpit. Eius extant Commentarij amplissimi ad ius ciuile. Mant. Patau. Forst.* 1344

Archiepiscopatus PRAGENSIS institutus est. Mechou.

5316 CLEMENS VI. die Cœnæ Domini LVDOVICVM 1346
Imp.

Imp. execratur, eumque hæreticum ac schismaticum pronunciat, ac Electores hortatur, vt alium Imp. creent. Principes itaque 2. Julij in villa Rens Diœcesis Treuirensis elegerunt CAROLVM Ioannis Boëmiæ Regis filium, cuius electionem tamen non omnes approbarunt.

CAROLI IIII. IMPERIVM. Estque hic annus à morte Caroli Magni 532.

Prælio ad Cresiacum 26. Augusti commisso, Galli ab Anglis victi sunt, & IOANNES Boëmiæ Rex Caroli IIII. pater sagitta vulneratus occubuit, qui, vt refert Cranzius, etsi esset cæcus, tamen pugnauit in hostes. Cumque audiret fortunam suæ partis inclinare, ductorem suum interpellauit, vt se eo dirigeret, vbi confertissimi hostes pugnarent, ibique fortiter prælians cecidit. In hoc conflictu periÿt flos nobilitatis Gallicæ. Iussu Regis Angliæ, teste Frossardo, censa sunt capita Gallorum, qui succubuerant in prælio inuenti 11. Principes: 80. Barones: 1200. equites, & plus minus triginta millia. Vrbs CALETVM præsidÿs destituta, post aliquot mensium obsidionem sequenti anno occupata est ab Anglis, in quorum potestate fuit an. 212. vsq; ad annum Christi 1558.

Academia HEYDELBERGENSIS fundata à RVPERTO eius nominis secundo Comite Palatino Rheni & Duce Bauariæ Vide an. 1387.

5317 LVDOVICVS Bauarus Imp. ex venatione rediens apoplexia corripitur, & ex equo delapsus paulo post moritur, 11. Octobris, an. imperij 32. mens. 11. d. 24. sepultus Monaci in Bauaria. Onuph. & alii. 1347

5318 *IOANNES ANDREÆ Bononiensis, I C. præstantissimus, qui glossas scripsit in lib. 6. Decret. & Clementinas, dictus tuba Iuris Canonici, obÿt ex peste 7. Iulÿ. Fichard. Bononiæ hoc eius extat Epitaphium:* 1348

Hic iacet Andreæ notissimus orbe Ioannes,
Primo qui Sextum, Clementis atque nouellas,
Hieronymi laudes, Speculi quoque iura peregit:
Rabi Doctorum, lux, censor, normaq; morum.

5319 *CAROLVS IIII. IOANNI & ALBERTO Henetorum Principibus noua dignitate ornatis, tribuit locum inter Duces Imperij. Hinc itaque Principes MEGALOBVRGENSES Duces appellati sunt, cum antea Vandalorum Domini dicerentur.* 1349

MARCHIA BRANDEBVRGENSIS tradita est Ludouico Romano à fratre Ludouico. Iust.

Est annus à Roma condita 2100.

5320 Hoc anno CLEMENS VI. Iubilæum, quem Bonifacius VIII. anno cẽtesimo celebrari iusserat, transtulit in annum quinquagesimum, ꝗ diceret ætatem hominum Iubilæum centũ annorum rarò attingere. Itaq; hic fuit Iubilæus secundus, ex ordinatione Pontificia Romæ celebratus, ad quem multi vndiq; pro remissione peccatorum omnium impetranda cõcurrerunt, & pro remissione peccatorum mortem corporis reportarunt. Tritth. Platin. 1350

Hoc anno finitur Decimus Cyclus Magnus ab orbe condito. Nam decies 532. sunt 1532. Et quod mireris, in hunc ipsum annum cadit Olympias 532. Climacterica.

ALBERICVS Bergomensis Iurisconsultus floruit. Fichar.

5321 *De hoc anno obseruent Chronologiæ studiosi, quod Tarapha in Chron. Hispaniæ annotat:* His quoq; temporibus, *inquit*, apud Perpinianũ oppidum, in Curia generali, 25. Decemb. 1351. fuit determinatum in Cathalonia, ne Calendæ à Notariis in chartis scriberentur, nec ab incarnatione annus Domini, sed à natiuitate inchoaretur. Hic vide Lector differentiã diuersarum supputationũ in annis Christi, de qua alibi. 1351

5323 *ANDREAS de Isernia IC. ætatis 73. occiditur noctu à Barone quodam Neapoli ad portam Petruciam. Liparulus.* 1353

5325 CAROLVS IIII. Romæ coronatus, die Paschatis, 5. April. Tritth. Paralip. Vrsp. Vetus Chronicon manuscriptum addit, hunc fuisse annum ætat. Caroli IIII. 40. 1355

BAR-

BARTOLVS de Saxoferrato Iuris interpres præstantissimus, dictus lucerna Iuris, obijt Perusii, ætat. 46. sepultus ibidem apud fratres Minores. Alij habent 1359. quidam etiam 13. Iul.

5326 *AVREA BVLLA continens leges & ordinationes Imperij Rom. à CAROLO IIII. edita 10. Ianuarij: Noribergæ in comitijs, anno primo coronationis Caroli in vrbe Roma: regnorum verò eius 10. Estque annus à Monarchia Iulij Cæs. 1402.* 1356

5328 *ORCHANES secundus Rex Turcarum mortuus est anno regni 31. Successit filius AMVRATES huius nominis I. tertius Rex Turcarum. Leonclau.* 1358

5330 TVRCARVM INGRESSVS primus in Thraciam. 1360

AMVRATES Turcarum Rex III. primus omnium ex ea gente exercitu per HELLESPONTVM traiecto, SESTON & CALLIPOLIM, iuxtaq; sitas Chersonesi vrbes cepit, quæ prima ei occupandæ THRACIAE auspicia fuêre, 93. annis antè, quàm Mahumetes, nepos eius, Constantinopolim expugnaret. Hunc euentum Cranzemius Turcici Chronici annotationem secutus huc refert: & Leonclauius quoque in Annal. Turcicis scribit, Hadrianopolim ab Amurate hoc ipso anno captam, & in eandem sedem Othomanidarum trâslatam esse. Sed Drechslerus vrbium Philippopolis & Hadrianopolis occupationem anno 1363. assignat. Omnes verò in hoc consentiunt Historici, quòd hoc tempore AMVRATES primus in Europam classe traiecerit.

5331 VVENCESLAVS Imp. filius Caroli IIII. nascitur Noribergæ 28. Septemb. 1361

Academia PRAGENSIS à Carolo IIII. constituta: Mechou. alij 1367. alii 1370.

5333 IOANNES GERSON Cancellarius Parisiensis sanctissimis scriptis clarissimus, nascitur die Nicasii 14. Decemb. vt ipse scribit. 1363

5335 *LVDOVICVS Romanus Marchio Brandeburgensis, Filius* 1365

Imperatoris Ludouici, obijt, sepultus Berlini apud Franciscanos.

5336 *SERVII dum Hadrianopolim recuperare conantur, ab AMVRATE Turcarum Rege magno prælio victi & cæsi sunt. Leonclau.* 1366

5337 SIGISMVNDVS Imp. Caroli IIII. filius, Dux Austriæ, nascitur 28. Iunii. Alii ad seq. 1367

5340 Desinit Chronicon Monasterii HIRSGAVIENSIS, autore Tritthemio. 1370

Hoc tempore IOANNES VVICLEF, Anglus, multa scribere cœpit, contra receptas seculi sui opiniones & dogmata. Ideoq; inter hæresiarchas numeratus est. Huius discipulus fuit IOANNES HVSS, qui VViclefi libros & dogmata in Boëmiam intulit.

5342 S. BRIGITTA mulier Suecica, quæ Prophetico spiritu multa prædixisse fertur, obiit 23. Iulii, ætat. 70. Æn. Syl. alii aliter. 1372

MAXIMVS Planudes Monachus Græcus floruit.

5343 *CAROLVS IIII. Marchiam ingressus venit Tangermundam, vbi habitauit aliquandiu: estque Tangermundæ hodie sacellum, à Carolo ad similitudinem sacelli Pragensis conditum, & ab eo denominatum.* 1373

5344 *FRANCISCVS PETRARCHA, Poëta clariss. qui primus omnium Latinam linguam à barbaricæ prauitatis mendis inculpatam restituit, ac vndique laceram exornauit, moritur 19. Iulij, ætat. 70. completo. Fend. Schrad.* 1374

5345 *IOANNES BOCACIVS Florentinus Poëta, Philosophus & Astronomus celebris, moritur æt. 62. al. 42. Volater. Palm. Tritth.* 1375

5346 Mense Septembri GREGORIVS XI. ex Auenione soluens ad vrbem Romam applicuit 17. Ianuarii, anno 1377. id est, anno 71. post, quam sedes Romana ex Italia in Gallias translata fuerat per Clementem V. Hic est celebris ille reditus Curiæ Romanæ ex Auenione in vrbem Romam. Onuph. 1376

VVENCESLAVS Francof. ab Electoribus, procurante patre Carolo IIII. appellatur & coronatur Rex Roman. 12. Iun. æt. 15. Cuspin. Syl.

5348 CAROLVS IIII. Imp. moritur Pragæ 29 Nouemb. Imperii an. 32. Naucl. Cusp. Auentin. Mechou. Vetus manuscriptum Chron. ita habet: *Anno* 1378. *in Vigilia S. Andreæ hora quasi secunda noctis obijt Carol. Imp. in Castro Pragensi, & idem post solennes exequias Pragæ habitas die* 16. *à morte ipsius, sepultus in Ecclesia Pragensi requiescit.* Est annus à morte Alexandri Magni 1700. ab Imperio Theodosij 1008. 1378

5349 VVENCESLAI Caroli IIII filij IMPERIVM. Palmer. Fuit Imp. ignauus & voluptatibus deditus, de quo ita Æneas Syluius: *VVenceslaus desidia corruptus*, inquit, *præsenti rerum statu contentus, neque præterita corrigere, neque futura præcauere curauit: patri longe absimilis, voluptatum sequax, labores fugiens, vini quam regni curiosior.* 1379

De eodem Franciscus Petrarcha ridicule in hunc modum: *VVenceslaus Caroli filius viuente patre electus est Imp. & adhuc regnat; Hic iuuenis robustus, venator, quid acturus sit ignoro: tamen minatur se venturum ad Italiam: sed non venias, precamur te, si non vincis laude patrem tuum, quanquam aliud de te speramus. Nam præsentia primi Cæsaris Iulij vix sufficeret ad cōpescenda mala, quibus misera lacessitur Italia temporibus tuis. Sic imperium orbis cœlum versat, vt illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibijs ferreis, cui nihil olim defuit, nisi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil possideat, nisi modicum Occidentis.*

A morte Sardanapali ad VVenceslai imperium 2200.

IOANNES TAVLERVS Coloniensis, Theologus, obijt Argentinæ 15. Iulii. Hedio.

5350 IVBILÆVS MVNDI 107. *Mosis 57. prædicationis Christi 27.* 1380

Hoc tempore BOMBARDÆ ad hominum perniciem inuẽtæ sunt & excogitatæ à Bertholdo Nigro chymista, & vt quidã volunt, Monacho Germano. de quo sic Polydorus Virgilius de inuent. lib. 2. c. 11. *Fertur homo* (Bertholdus) *ad exitium humanum natus, seruasse aliquando domi in mortario puluerem sulphureum, cuiusdam medicinæ faciendæ causa, illudq; texisse lapide, ac mox cõtigisse, vt dum ignem ex silice propè excuteret, scintilla intrò ceciderit, subitoq; flamma eruperit, atq; lapidem in altum tulerit: & ille eius rei casu doctus, postea facta ferrea fistula, & puluere confecto, machinam reperisse, ac eius vsum Venetis in illo bello primum ostendisse, quod ad fossam Clodiam est cum Genuensibus gestum, qui fuit annus salutis humanæ 1380. Ex quo iam vsu venit, vt in ea hoc tempore omnis ferme vis peditum, omnis equestris splendor, omnis deniq; bellica virtus indecorè consistat, iaceat, obtorpeat. Hæc Bombarda vocatur à bombo, id est, sonitu, qui* βόμβος *græce dicitur: quidam alij tormentum æneum malunt nuncupare. Eius modo plura fiunt genera, quæ variè vulgò nominantur, & vnum illud minimum, quo nunc pedites vtuntur, factitio nomine sclopus vocitatur. Sclopus enim est sonus ille, qui ex buccarum inflatione erumpit.*

BERLINVM *Vrbs Marchiæ, die S. Laurentij incendio absumpta est.*

5352 BARTHOLOMAEVS SALICETVS, *Baldi coætaneus IC. hoc tempore floruit. Huic Saliceto plurimum debet schola* FERRARIENSIS, *quæ constituta est anno 1398. in qua Professioni Iuris primus felix auspicium dedit. Forsterus.* 1382

5356 LEOPOLDVS *Dux Austriæ cum Heluetiis confligens occumbit, & cum eo numerosa nobilitas: sed hæc victoria Heluetiis quoque non fuit incruenta. Paral. Vrsp. Cranz.* 1386

5357 SIGISMVNDVS, q postea imperauit, coronatus est in 1387

in Regem Vngariæ, an. ætat. 20. Dominica Palmarum: alij die Pentecoſtes. Mechou.

IOANNES WICLEF Anglus, propter profeſſionem doctrinæ in exilium miſſus, moritur in Anglia, in ſua parochia 31. Decemb. Eius corpus Martini Pontificis iuſſu exhumatum ac publicè crematum eſt anno 41. ab obitu eius, Chriſti 1428.

Hoc anno ſcribunt quidam, conſtitutam eſſe Academiam HEIDELBERGENSEM 18. Oct. & primum Rectorem creatum eſſe 17. Nou. primumq; ſtudiorum plantatorem fuiſſe MARSILIVM de INGENHEIM, virum nobilem, qui edidit commentarium in quaſdam materias Magiſtri ſententiarum, ſepultus eſt Heydelbergæ ad S. Petrum. Aliud initium habes ſupra 1346. & fieri poteſt, vt hoc anno non conſtituta, ſed inſtaurata ac renouata ſit.

LITHVANI Chriſtianiſmum induunt, gentilium Idololatria depoſita, & Vladiſlaus Rex in Vilna inſtituit Eccleſiam Cathedralē & Epiſcopatū. Mech.

5358 Academia COLONIENSIS fundata. 1388

5359 *AMVRATES I. Turcarum Rex tertius, ſicâ transfoſſus & interfectus à Chriſtiano quodam ex Lazari Bulci Seruiæ Deſpotæ exercitu in caſtris ad campos Coſouæ, an. regni 31. poſtquam (vt Laonicus Chalcondyles de eo ſcriptum reliquit) bella maxima, numeroq; 37. in Europa & Aſia geſſiſſet, & in nullo victus ſuccubuiſſet. Huic, Iacube Zelebi Filio ipſius à proceribus doloſe interfecto, alter Filius BAIACETES I. Turcarum Rex quartus, conſentientib. omnium ſuffragiis, in regio ſolio ſuffectus eſt. Leonclau.* 1389

Eodem anno LAZARVS BVLCVS Seruiæ Deſpota à BAIACETE Turcarum Imp. prælio in campis Coſouæ victus & captus, ac vindicandæ mortis Amuratis patris cauſa in conſpectu ipſius fruſtulatim conciſus eſt. Leoncl.

5360 NOVI ORBIS partem Borealem, quæ maximè verſus Europam, Groënlandiam, Iſlandiam, & Friſlandiā Inſulas extēditur, & ESTOTILANDIA nominatur, à qui- 1390

à quibusdam Insulæ Frislandiæ piscatoribus, tempestate ad huius littora appulsis, olim lustratam, circa hunc annum quidam Antonius Zenus Nobilis Venetus, auspiciis Zichmi dicti Frislandiæ Regis, denuo recognouit. Abr. Ortel. in Theatr. Orb.

5362 Academia ERPHORDIENSIS initium sumpsit. 1392

5363 *ALPHONSVS Rex Arragoniæ, qui Astronomiam restituit, nat. est 15. Dec. Modinæ. Garcæus.* 1393

SIGISMVNDVS Rex Vngariæ dum Nicopolim obsideret, & BAIACETES Turc. Imp. eo se cum trecentis militum millibus, obsidione Constantinopolis soluta, contulisset, die 28. Septembris collatis signis ad Nicopolim concurrerunt, acerrimeque dimicarunt. Victoriam Baiazetes obtinuit. Gallorum vero duces maxima ex parte capti, & Sigismundus ipse manus hostium, fuga saluti suæ consulens, & parua cymba Danubium traijciens, vix euasit. Ex Christianis viginti millia, ex Turcis sexaginta millia occisa sunt. Hæc quoque clades Christiani exercitus discordia contigit, modo Gallis, modo Vngaris primas præliandi partes deposcentibus. Leonclau. Bonfinius, Genfræus & alij ad an. 1396. referunt. Hinc ad cladem Varnensem anni 52.

5366 *GEORGIVS TRAPEZVNTIVS vir doctissimus, cuius scripta extant, nascitur 4. Aprilis. Cardanus* 1396

5368 *TAMERLANES Scytharum Rex, obscuro loco natus, tantopere creuit, vt mille ducentos equites in aula sua aleret. Hic cum infinita armatorũ multitudine in Asiam descendens, prope Stellam montem in Gallicia Bithyniæque confinia ad ducenta Turcarum millia cæcidit. Regem Baiazetem cepit, caueæ inclusit, & aureis catenis ligauit: denique conscensurus equum, eo pro scabello vtebatur, & in ludibrium per totam Asiam eum circumducebat. Drechs. Variant apud scriptores annorum consignationes in hac Tamerlanis historia, quam necesse est in duos annos distribui. Drechslerus, Vadianus interpres Laonici, & alij hanc Turcicam cladem referunt ad annum 1397. sed* 1398

sed CranZhemius primam irruptionem Tamerlanis ponit ad 1398. *postremum vero conflictum, quo Baiazetes victus & captus est, ad tempus vernum anni* 1399. *Leonclauius in Pandect. hist. Turcica scribit, prælium inter Baiazetem & Tamerlanem commissum, secundum accuratas Annalium Turcicorum rationes referendum esse ad an.* 1399. *vel* 1400. *Nos historiam recitare voluimus, in qua digerenda suum cuique esto iudicium.*

TAMERLANIS *historiam Aeneas Syluius in Asia descriptione cap.* 31. *in hunc modum recitat*: Tamerlanes genere Parthus, gregarius miles, adeo inter suos mentis vi & corporis agilitate excelluit, vt breui multarum gentium dux fieret, & Scythas, Persas, Medosque sibi subigeret: Mesopotamiam inuasit, & Armeniam: transitoq; Euphrate cum quadringentis millibus equitum, sexcentis millibus peditum, Minorem Asiam obtriuit. Regem Turcarum potentissimum Baiazetem apud Armenios prælio superatum, ducentis millibus hominum interfectis, viuum cepit, caueaque in modum feræ inclusum per omnem Asiam circumtulit, egregium & admirandum humanarum rerum spectaculum. In obsidionibus vrbium, prima die albo tentorio vtebatur: secunda rubeo: tertia nigro. Qui sese dabant in albo sedenti, salutem consequebantur: Rubeus color moriendum patribusfamilias indicabat: Niger ciuitatis excidium & omnia in cinerem conuertenda. Interrogatus aliquando ab homine Genuensi, qui ei familiaris erat, cur tanta crudelitate vteretur: commotus ac veluti furens distorta facie ac spirantibus ignem oculis, respondit: Tu me hominem esse arbitraris? falleris, ira Dei ego sum, & orbis vastitas: caueto ne posthac mihi occurras, nisi velis interrogationis tuæ pœnas dare. *Hæc Syluius.*

FRANCISCVS PHILELPHVS Orator & Poëta Laureatus, nascitur Tolentini 25. *Iul. Eb.*

Hoc

5369 Hoc tempore in ITALIA literarum & linguarum studia postquam 700. ferè annis tetra barbarie oppressa & fœdata fuerant, renasci vel excoli & reuirescere cœperunt. Nam cum Græci immanitatẽ Turcicam pertimescentes in Italiam secederẽt, & Musis nouas sedes quærerent, literæ simul vnà cũ viris illis doctis solum verterunt, & Alpes transuolarunt, vbi paulatim felix quoddã omnis eruditæ literaturæ seculum exortum, lucis suæ fulgorem in vicina regna longè lateq; sparsit & propagauit. Inter hos exules Græcos primi fuerunt: EMANVEL CHRYSOLORAS Byzantinus, qui Græcę Grãmatices Erotemata scripsit: THEODORVS GAZA Thessalonicensis, Græcè & Latinè doctissimus, quod plurima eius scripta loquuntur: GEORGIVS TRAPEZVNTIVS & alii, quorum nomina deinceps recensebimus. Hoc modo propemodum illud accidisse videri potest, quod de Iudæis & Gręcis Apostolus dicit, illorum ruina his salutem cõtigisse, & illorum diminutione ac penuria hos locupletatos esse. Ita immenso Dei beneficio artium igniculi in Græcia extincti, in Latium traducti & transportati sunt: qua in re plus est miraculi, quàm in illo, quod Cranzius narrat, anno videlicet 1399. per brumam gelu terras ac maria ita constrinxisse, vt sicco vestigio è Lubeca per mare in vrbem Sundensem & inde in Daniã perueniretur, eaq; opportunitate vsos fratres Domus Teutonicæ, Massagetis bellum intulisse & prospere pugnasse. Mira hęc si vera sunt, videantur: sed longè admirabilius, qđ Græci nauigiis vicinas terras ingressi, turpissimam barbariem debellarunt, eiq; internecionem attulerunt: literarum verò studiis vitam & decus pulcherrimum restituerunt. 1399

5370 WENCESLAVS Imp. ignauus, & vino perpetuo madens, lucemq; dormiendo nocti coniungens, ab Electorib. post multas admonitiones Imperio deiici- 1400

deiicitur, 20. Augusti, an. imperii 22 & in locum eius RVPERTVS PALATINVS Rheni sufficitur. Cranzius in Vandalia sic de Wenceslao: *Cum ciuitates Imperii Ruperto nouo Imperatori sacramēta noua re iuberentur, soli Nurenbergenses pertinaciter inhærebant VVenceslao, asserentes, se viuente Rege suo, nisi iussu eius, non iuraturos: cumq; grauius vrgerentur, misêre Oratores, qui super ea re sententiam & nutum Regis acciperent, offerentes aureorum viginti millia, si illos absolueret. Ille contempto auro, mox absoluit, iubens vt optimi vini Rhenani (Bacharachense vocant) aliquot plaustra sibi mitterent. Ita summa illi de vino cura fuit.*

RVPERTI Bauariæ Ducis & Rheni Palatini IMPERIVM.

Hoc anno, qui fuit ex Pontificia ordinatione Iubilæus tertius (à CHRISTI natiuitate, & non à baptismo, subducta ratione) Roma rursus ab innumera hominum multitudine religionis causa frequentata est, & non solum vrbs Roma quæstū magnum fecit, sed inprimis Pontifex BONIFACIVS IX. pecuniis Iubilæo anno perceptis ditatus est. Hic ipse Bonifacius ANNATARVM vsum primus imposuit beneficiis Ecclesiasticis, hac conditione, vt quisquis sacerdotium, vel beneficium consequeretur, dimidium annui prouētus fisco Apostolico penderet ac persolueret, quæ res, Blōdo & Platina testibus, Pontifices Romanos, Bonifacii successores, non minus Christiani orbis, quàm vrbis Dominos reddidit. Etsi sunt, qui hanc constitutionē Ioan. XXII. ascribant, tamen Bonifacius quoq; eam promulgauit. Admisêre eam consuetudinem omnes præter Anglos, qui id de solis Episcopatib. concessêre, in cæteris beneficiis non item. Platin. Blon. Polydorus Vergilius (inuent. lib. 8. cap. 2.) Annatarum inuētum antiquius facit, quā Blōdus & Platina, etsi nō negat, hoc vectigal Romanæ curiæ ex sacerdotiis conferendis proueniens, à Ioan. XXII.

XXII. & Bonifacio IX. promulgatum & publicatum esse.

Academia CRACOVIENSIS in Polonia (cuius antea fundamenta iacta fuerant circa annum 1364.) hoc demum anno erecta, consummata vel instaurata est à IAGELLONE VLADISLAO Rege, consentiente Bonifacio IX. Prima lectio in Iure Canonico per Episcopum Cracouiensem Petrum feliciter incepta est feria secunda post Iacobi Apostoli: Institutio eius die Mariæ Magdalenæ præcessit. Mechou. Fulstein.

IOANNES HVSS factus est Sacerdos & Concionator Pragæ in templo, quod vocatur Bethlehem. Vet. Cod. Prag.

IOANNES FROSSARDVS Canonicus & Presbyter, qui historiam Franciæ, Scotiæ, Britanniæ, &c. ab anno 1326. ad 1400 persecutus est, hoc tempore claruit.

5371 *SIGISMVNDVS Vngariæ Rex cum quosdam Vngaros, (qui post cladem ad Nicopolim acceptam ipsum fastidierant) securi percussisset, ab aliquot coniuratis captus in carcerem conijcitur 28. April. Sed è vinculis elabitur opera viduæ, quæ mater erat eorum, quibus custodia Sigismundi credita erat. Ab ijs itaque in Morauiam deductus, collecto exercitu, insequenti tempore, Vngariam recuperauit. Ritius, Chron. Vngar. Mechou.* 1401

5372 *BAIAZETES I. Turcarum Rex quartus, omni spe libertatis à Tamerlane impetrandæ amissa, mœrore ad desperationem veluti adactus, mortem sibimetipsi consciuit, & caput caueæ ferreæ, qua tenebatur inclusus, tam diu allisit, donec perfracto cerebro fremens ac frendens expiraret, cum regnasset an. 14. Leonclau. Alij mortem Baiazetis ad 1398. & 1400. referunt. Baiazeti anno sequenti successit SOLYMANVS I. filius natu maximus Turcarum Rex quintus: in cuius locum quidam Cyricelebim, alij vero Calepinum collocant.* 1402

Circa hunc ipsum annum mortuus putatur TAMERLANES Scytharum Rex potentissimus, (cum, referente Leon-

Lemclauio, an. 40. apud Parthos rerum potitus fuisset) relictis post se duobus filiis imperii successoribus, & tot regnorum opumque immensarum hæredibus: qui à virtute paterna prorsus degenerarunt: odiisque & bellis mutuis inter se adeo concertarunt: vt regnis paternis paulatim priuati & spoliati, imperio alieno subiicerentur: Asiæque imperium ad Othomanos relaberetur. Petrus Perondinus in vita Tamerlanis.

5374 *GEORGIVS CASTRIOTVS, cognomento SCANDERBEGVS, Castrioti Ducis Epiri filius, nascitur.* 1404

Conuenerunt Vratislauiæ VLADISLAVS Iagello Poloniæ & VVENCESLAVS Boëmiæ Rex, vbi de fœdere inter ipsos tractatum, parumque abfuit, quin Boemus Polono Silesiam restituisset, nisi Ordinum consiliis res impedita fuisset. Mechou. Chron. Polon.

5375 ÆNEAS SYLVIVS Picolomineus Senensis nascitur 19 (alii 17.) Octob. Onuph. 1405

5378 *In Academia Pragensi creuit potentia Boemorum, qui tantum moliebantur Germanorum eiectionem, ad omnia conniuente VVenceslao Rege.* 1408

5379 Ex Pragensi Academia Germani aliarumque nationum Doctores & Scholastici in vrbem LIPSIAM confluxerunt, eaque occasione Academia Lipsica quasi Colonia quædã Academiæ Pragensis extitit. 1409

LIPSENSIS Academia introducta est 12. Nouem. Fabric.

Vetus codex addit, Ioannem Huss hoc anno fuisse Rectorem Pragensis Academiæ.

5380 RVPERTVS Imp. moritur 18. Maij in Oppenheim, an. imperii 10. sepultus Heydelbergæ in æde S. Spiritus. 1410

Hoc anno claruit THOMAS à Kempis, natione Teutonicus, Ordinis Canonicorum Regulariũ S. Augustini, vir in scripturis diuinis studiosus & eruditus, autor aurei libelli de imitatione Christi. Ioh. Tritth.

SOLIMANVS I. Turcarum Rex quintus à subditis suis

in pago quodam interemtus, an. regni 7. Huic frater MVSA ZELEBIS (qui ab aliis Moses appellatur) Turcarum Rex sextus successit, postquam Ysam Zelebim fratrem suum occidisset. Leonclau.

Die diuisionis Apostolorum, 15. Iulij, Poloni Cruciferos in Prussia ingenti strage vicerunt. Mechou.

PETRVS Dresdensis primus Pragæ sub vtraq; specie corpus & sanguinem Dominicum ministrandum esse profitebatur, Ecclesiam inscitiæ insimulans, quæ sub vna tantùm specie sumendum esse edixerat. Æn. Syl. cap. 35. Bonfin. *De eodem ita Fabricius:* Iacobus quidam Misnensis, Pragæ in pauperum Collegio Professor, & ad D. Michaëlem Concionator fuit. Huic Scholæ vicinæ moderator Petrus Dresdensis persuasit, vt primus plebi Boëmicæ speciem vtramq; in D. Martini templo porrigeret. Fuerunt tum temporis Ioannis Hussi socii hi duo, Iacobus & Petrus, quibus annumeratur Hieronymus Pragensis, Iohannes Iesnicius, Stephanus Paletius, & alij. Petrus Dresdensis in Misniam rediit, & ludimoderator fuit primùm in patria Misnæ, deinde Chemnicii & Zuiccauiæ. Hymnos Ecclesiasticos, ante introitū templi quibusdam dieb. festis decantandos, item de natali Christi cātica, in quib. Latinis Germanica mixta sunt, composuisse dicitur, quæ hodie etiam in vsu sunt.

5381 SIGISMVNDI (Caroli IIII. filii, præstantioris in toga, quam in armis) IMPERIVM. 1411

SIGISMVNDI Regis Vngariæ exercitus à Turcis prælio superatus, profligatur ad Columbacium Seruiæ oppidum, iuxta Senderouiam ad ripas Danubij. Cuspinianus, Drechslerus.

PETRVS de Aliaco Gallus, Doctor Parisiensis, vulgò dictus Cameracensis, quòd Episcopus Cameracensis esset: *Item* FRANCISCVS Zabare la Patauinus Legum professor eximius, facti sunt Cardinales 6. Iunij. Onuphrius. Panuin.

BAR-

Digitized by Google

PTHOLOMÆVS SALICETVS Iurisconsultus CL. mortuus Bononiæ, die 28. Decembris, ætat. 77 d. Schrader. Forster. 1412

ZELEBIS sextus Rex Turcarum prælio victus & captus est à fratre Mahumete, & iussu eiusdem strangulatus, cum regnasset an. 3. Quo sublato MAHVMETES I. Turcarum Rex septimus regnum obtinuit. Leon. 14

Concilium CONSTANTIENSE incoatum est mense Nou. finitum anno 1418. circa mensem Maium. Prima sessio habita est die Veneris, 16. Nou. Act. Con. Interfuerunt huic Concilio Balthasar Cossa, Pontifex Rom. appellatus Iohannes XXIII. Sigismundus Imp. Rom. qui in nocte natalis Domini historiã nati Saluatoris, cuius initiũ est: Exiit decretum à Cæsare Aug. habitu Diaconi cecinit. 1414

IOANNES Huss venit Cõstantiam die Sabbati post Omnium Sanctorum, 3. Nou. Hist. Hussi.

ALBERTVS Marchio Brandeb. dictus Achilles Germanicus, nascitur 19. Nouemb. alij 24.

IOANNES Huss Boëmus in Concilio Constantiensi pronunciatus hæreticus, & peculiari ritu iure Sacerdotali spoliatus, damnatur ad supplicium ignis, & traditus Magistratui politico, rogo imponitur & crematur Sabbato, quod antecessit 6. Dominicam Trinitatis, fuitq; Octaua Petri & Pauli, id est, 6. Iul. Act. Hussi. 1415

Horrenda Eclipsis Solis 7. Iunij.

FRIDERICVS III. Imp. nascitur die Matthæi, (21. Septembris,) à morte Augusti 1400.

FRIDERICVS Burggrauius Norimberg. appellatur Marchio & Elector Brandeb. Anno 1417 accepit inuestituram vt nominant.

EMANVEL CHRYSOLORAS, ex illustri familia oriundus, vir doctissimus, & Græcarũ linguarum instaurator. Constantiæ in Concilio moritur 15. Aprilis. alij ad 24. Sept. referunt, æt. 47.

M. HIERONYMVS Pragensis, Hussiticæ Sectæ ad- 1416

dictus, damnatur, & crematur die Sabbati post festum Ascensionis Domini. id est, 30. Maij. Vide de hoc Epistolam Poggij ad Leonartum Aretinum. De vtriusque supplicio Æneas Syluius in hunc modum: Ioannes, inquit, *combustus est prior: Hieronymus postea in vinculis habitus, cùm resipiscere nollet, pari supplicio adfectus. Pertulerunt ambo constanti animo necem, & quasi ad epulas inuitati ad incendium properarunt: nullam emittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium. Vbi ardere cœperunt, hymnum cecinêre, cuius initium: Aue viuens hostia, veritas & vita, &c. quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo Philosophorum tam forti animo mortem pertulisse traditur, quàm isti incendiũ. Cineres exustorum, ne raperentur à Boëmis, in lacum proiecti. Discipuli eorum ex eo solo terram abstulêre, in quo ignis fuit, eamq; veluti sacram secum attulêre in patriam. Vterque apud Boëmos Martyrum honorem meruit, memoriaq; illorum tunc consecrata quotannis celebratur.*

5387 SIGISMVNDVS Imp. donauit Electoratum Brandeburgensem FRIDERICO Burggrauio Norib. 18. Aprilis in octaua Paschatis. Ab hoc supersunt MARCHIONES BRANDEBVRGENSES in Marchia & Francia Orientali. 1417

MARTINVS V. PP. eligitur in Concilio Constantiensi, die Martini: sedit an. 13. m. 3. d. 12. Onuph.

FRANCISCVS ZABARELLA Patauinus Iureconsultus Cardinalis & Episcopus Florentinus, qui in Decretal. & Clementin. repetitiones varias scripsit, obiit Constantiæ, die 6 Nouembris. Schraderus.

5389 WENCESLAVS Ignauus, Rex Boëmiæ, apoplexia moritur Pragæ 16. Augusti, æt. 57. 1419

Ex hoc tempore cœpit bellum HVSSITICVM. Nam extincto VVenceslao Rege, HVSSITÆ sibi delegerunt Ducem IOHANNEM ZISCAM, de cuius in bellis felicitate omnibus formidabili, multa literis prodidit, præter cæteros, Æneas Syluius. Fuit genere nobili ortus, in

aulis

aulæ regiæ educatus, bello exercitatus, vno carens oculo, quem strennè pugnans amiserat. Adortus est parua manu ingentes copias Boëmorum, Imperatoris, reliquorumq́ Principũ & multa loca vicina in Silesia, Lusatia & Misnia vastauit, aut assiduis incursionibus infestauit. Monasteria etiam in Boëmia euertit, & templa deiecit, &c.

Habeo autores, qui hoc anno existiment ORDINEM AVREI VELLERIS institutum esse à PHILIPPO Duce Burgundiæ 10. Ianuarij: cuius rei fides penes illos esto. Alij ad an. 1429. referunt.

Academia ROSTOCHIENSIS sumpsit exordium 12. (alij 10.) Nouembris. Cranz.

5390 FRIDERICVS Marchio Misniæ accepit à Sigismũdo Imp. apud Budam Electoris Saxonici dignitatem Ca. Augusti: sed inuestitus pòst triennium. 1420

SIGISMVNDVS Imp. Vratislauiam venit die 6. Ian. de quo Æneas Syluius: *Sigismundus ad festum natiuitatis Dominicæ Brunnam Morauiæ oppidum petiit: Ibique Pragensibus veniam petentibus ea lege pepercit, vt catenas & repagula tota ex vrbe deponerent, suosq́; Magistratus acciperent. Paruit attonita ciuitas, cum primores regni, eleuatis in cœlum manibus aduentum noui regis gratulabundi exposcerent: eiusq́; Rectores sine controuersia reliquæ vrbes admitterent. Nec dubium videbatur, quin ex tota Boëmia labes Hussitarum excessisset, si ex Brunna Sigismundus recta via se Pragam contulisset. Sed diuertit ille, vt fortasse fati sui erat, Vratislauiamq́; Silesiæ caput accessit. Quo in loco populus vrbanus non diu antea Senatum, a Venceslao fratre suo constitutum, per seditionem obtruncauerat: cuius sceleris autores securi percussit. Quod vbi Pragæ renunciatum est, diffisi de venia ciues, exemplum Vratislauiensium veriti, manifestò defecerunt, & allecto præmiis Cenchone, qui arci Pragensi præerat, in totum regnum literas dedère, ne quispiam Sigismundo aditum præberet, qui Dalmaticæ linguæ hostis esset: nec alia cura teneretur, quàm regni perdendi, qui antequã Prutenorum ciuitatem Or-*

dini iure pignoris obligasset, Brandeburgenses a à corona Boëmica alienasset, Ioannē ac Hieronymū in Cōstantiensi Concilio cremari non solùm permisisset, verū etiam procurasset, dogmata quæ ipsi sequerentur, totis conatib. impugnaret. Zisca dum hæc aguntur, relicta ex fœdere Pelzana, bis à fidelib. inuasus, bis versutiis vsus, ex penè victo victor euasit. Erant aspera loca, in quibus pugnare oportuit, hostes in equis, milites sui omnes pedites: nec certamē cōmitti nisi pedestre poterat. Vt ergo desiliere ab equis aduersarij, mulieres quæ de more suum exercitū sequebātur, proiicere pepla in terrā iussit: quibus implicati per calcaria equites pr. us extincti sunt, quàm pedes expedire valerent. Cumq; ciuitatē quam incolerent muro cinctam nō haberet, locum natura munitum ad eundem amnē elegit, vix octo stadiis ab Auscha separatū. Hunc mœnib. cinxit, & vt quisq; tentoria fixerat, ita ædificare sibi domos imperauit, ciuitati Thabor indidit nomen. Hic refugium omnium hæreticorum, arcemq; Zisca primus erexit: qui eum secuti sunt, pro suo quisque ingenio munimenta vrbis auxerunt. Syluius.

GEORGIVS PODIEBRAD, *Rex Boëmiæ nascitur* 16. *Ap.*

Obierunt:

I. BALDVS de VBALDIS *Iureconsultus* Ticini *decrepita prorsus ætate die* 4. *Aprilis sub auroram, postquam in Iuris professione versatus fuisset an.* 56. *Schrad. in monum. Italiæ. Tritthem. habet an* 1423.

II. IOHANNES FRANCISCVS *Poggius Florentinus, Orator & Historicus*, C.S.E. *senex moritur Florentiæ.*

5391 SIGISMVNDVS IMP. *turpi fuga recessit*, ZISCA *in eum copias ducente. Zisca in obsidione oppidi* RABI *alterum quoq; oculum, quo vno cœli lumen videbat, sagitta ictus amisit. Inde Pragam ad Medicos vectus, quamuis ex vulnere curatus vitam retinuit, lucem tamen haudquaquam recuperauit. Nec propterea castrensem laborem, aut rei militaris curam dimisit. Cœco populo, cœcus placuit ductor. Res apud posteros plus admirationis habitura quàm fidei.* Hæc ad verbum Syluius. 1421

Digitized by Google

[illegible] I. *Turcarum Rex septimus, mortuus an-* [illegible] *successit filius Amurates II. Turcarum Rex* [illegible]

[illegible] *IUNDUS Imp. collecto ex Hungaris, Austriacis ac* [illegible] *exercitu, circa solennia Dominicæ Natiuitatis* [illegible] *intrauit. & cũ aliqua opp. la vi cœpisset, Cuth-* [illegible] *per deditionẽ accepit. Sed irruente in se Zisca quã-* [illegible] *paudus trepidusq; multis ex suis interfectis no-* [illegible] *missis impedimentis, effugit. Cuthnam exussit,* [illegible] *Thaborenses propter argenti fodinas, crumenã Anti-* [illegible] *vocabãt. Zisca itinere vnius diei Imperatorẽ secu-* [illegible] *fugientiũ præda ditatus est. Imperator amnẽ* [illegible] *ponte transmisit. Pipo Florẽtinus, qui equites in* [illegible] *expeditionem quindecim millia ex Hungaria duxe-* [illegible] *per glaciem iter habuit: quæ multitudinis pondere* [illegible] *multos mortales in profundum rapuit. Sylu.* 1422

[illegible] *VS vltimus Elector Saxon. ex familia Anhaltina,* [illegible] *causa venatũ iuisset in saltus Lochauios, & cũ* [illegible] *gynecæo in casulã rusticam diuertisset, orto in-* [illegible] *nocturno, vix per fenestrã nudus euasit, morboq; e ter-* [illegible] *contracto, paucis pòst dieb. obiit, nullo relicto hærede:* [illegible] *durasset dignitas Electoratus in antiqua & illustri* [illegible] *ANHALDINA annis ampliùs 200. Cranz. Fab.*

[illegible] translata est dignitas Electoris Saxonici in familiam MARCHIONVM MISNENSIVM, quorum primus Elector fuit FRIDERICVS Marchio Misniæ & Lantgrauius Thuringiæ. Fabr. 1423

[illegible] *ORGIVS PVRBACHIVS Bauarus, excellens Mathem-* [illegible] *præceptor Regiomontani, qui Theorias Planetarum* [illegible] *scripsit, nascitur 30. Maii hora 3. post meridiem* [illegible]

[illegible] *Hussitarum Dux* [illegible] *est circa hunc* [illegible] *Ferunt illum* [illegible] *cadauer suo* [illegible] *detrahi, & ex ea tym*[illegible] *: fugituros enim* [illegible] *quam primum tymp*[illegible] *sonaret. Dux in-* [illegible] 1424

[illegible] RVS de ALIACO, [illegible]nis præceptor, Episcopus Cameracensis [illegible] Onuph. Fuit vir 1425

 magni

magni nominis inter Doctores Scholasticos. Danæus scribit eum interfuisse Concilio Basiliensi.

NICOLAVS SICVLVS de Tudeschis Archiepiscopus Panormitanus, professus est ius Canonicum in Schola Senensi. Fichard.

CHRISTOPHORVS Comes CASTALIONENSIS CL. Iureconsultorum ætatis suæ princeps & legum Monarcha appellatus, postquam Taurini, Parmæ, Senis ac Papiæ ius docuisset, obiit die 16. Maij, in festo Ascensionis Christi, Papiæ. Schraderus.

5396 Academia LOVANIENSIS initium sumpsit 1. Septemb. (alij seq.) 1426

MISNENSES prælio fusi sunt ab Hussitis ad oppidum Aussig. 15. Iunij. Fabric.

Initium irruptionum HVSSITICARVM in SILESIAM, cui agmini mixti fuerunt latrunculi non solùm Boëmici, sed etiam Polonici. Vngar. Mora.

5397 *Hoc anno (alij ad seq.) Electores imperij cum magno exercitu, qui ad euertendam Boëmiam satis virium habere credebatur, Boëmiam ingressi sunt: sed ad rumorem aduentantium Boëmorum omnis ille Alemannorum & Anglicorum numerosus exercitus, hoste nondum conspecto, terrore correptus, fugam pro prælio iniit, castra omni opulentia referta hosti prædanda relinquens, Mecho. & Sylvius cap. 48.* 1427

5398 FRIDERICVS Marchio Misniæ, primus Elector Saxonicus, obiit 4. Ian. Sepultus Aldenburgi. Fabric. 1428

5399 PAVLVS Episcopus Burgensis finiit additiones in Lyranum. Prolego. Lyran. 1429

IOANNES GERSON, Cancellarius Parisiensis, qui scriptis Theologicis nomé immortale sibi parauit, moritur Lugduni, æt. 66. 12. Iul. Tritthemius scribit, cũ dissoluto Concilio Cõstãtiensi, cui interfuit, domo, patria, cognatis, amicis, dignitatib. rebusq; pro veritate tuenda priuatum esse, multisq; insidiis petitum, vnde necessitate compulsus sit Lugdunum confugere, ibique mortuum esse.

IVB.

IVBILÆVS MVNDI 108. *Mosis* 58. *prædicationis Christi* 28. 1430

Hoc seculo floruerunt: FRANCISCVS Philelphus gener Chrysoloræ: NICOLAVS Cusanus: ÆNEAS Syluius: LAVRENTIVS Valla, Latinæ linguæ vindex: BLONDVS historicus. LEONHARTVS Aretinus: TRAPEZVNTIVS: MAPHÆVS Vegius: GREGORIVS Tyfernas: THEODORVS Gaza, &c.

MAHVMETES II. Imp. Turcicus, qui Constantinopolim cepit, nascitur 24. Martij. Est annus 800. à morte Mahumetis primi Pseudopropheta Turcici.

5391 MARTINVS PP. V. obijt 10. Cal. Mar. successit EVGENIVS IIII. 5. Non. Martij, sedit an. 15. m. 11. d. 21. Onuph. 1431

Concilium BASILIENSE incoatum 7. Dec. Eugenij IIII. Pontificatus anno primo. Lib. Concil.

Primis duobus annis nihil actum: pręterquam quòd Eugenius citatus & accusatus non comparuit. Actum postea de reformatione omnium statuum in Ecclesia, & de Hussitis. Extractum est hoc Concilium in annum vsq; vndecimum: finitum 1442.

PLAVA vrbs Voitlandiæ a Boëmis Thaboritis exuritur 25. Januar. alij ad præced.

IVLIANO Cardinali præcedente, Electores Imperij cum magna multitudine Boemiam inuaserunt, Boëmis tenui exercitu contra eos procedentibus: fuit ingens pauor, cuius causa non suberat, Alemannorum animos adeo concussit, vt ex denunciatione aduentantium hostium in fugam versi sint. Mechov.

Fusius hanc historiam persequitur Æneas Syluius, cuius hæc sunt verba: *Sto: mundus Noribergam profectus [illegible]*

Pon[illegible] vt

[illegible] opti pro-

[illegible]

Germaniam ingressus, mox Noribergam ad Sigismundum se confert, quo in loco frequentes Germanorum reguli conuenerant. Decreta est noua in Boëmos expeditio ad 8. Cal. Iul. Fuêre in ea expeditione ALBERTVS *&* CHRISTOPHORVS *Bauariæ, &* FREDERICVS *Saxoniæ Duces:* IOANNES *&* ALBERTVS *Brandeburgenses principes cum Frederico patre, quem penes belli summa erat. Herbipolensis, Bambergensis, Eisterensis Episcopi, Societas Sueuorum, & imperialium ciuitatum, Moguntinus, Treuerensis & Coloniensis Antistites, auxilia miserunt, & cum his prouinciarum suarum primores, supra quadraginta millia equitum fuisse traduntur. Peditum minor erat numerus. Cardinalis Boëmiam ingressus, numerosum illum exercitum ductans multas hæreticorum villas incendit, oppidaq; diripuit. Interea siue proditio in fidelium exercitu fuit, quod multi putauêre, siue inanis sua sponte mentes hominum pauor inuasit, totis castris trepidatũ est, & priusquam hostis vllus in conspectu daretur, fœdissima fuga cœpta. Hostis paulò post ex metu alieno factus audax adfuit, impedimentisq; omnibus, quibus per syluã non erat facilis exitus, & ingenti præda potitus est. Iulianus Cardinalis ex Boëmia exactus Basileam se contulit, ibique Concilium celebrauit. Sigismundus Romam coronæ suscipiendæ causa petijt.*

THESSALONICAM *vrbem Amurates Turcarum Rex multoties oppugnatam, Venetis, cæsis defensoribus, eripuit. Leoncla. Drechsl hunc euentum refert ad an.* 1438. *Bonfinius verò ad an.* 1439.

SIGISMVNDVS Imp. Romæ coronatur ab Eugenio PP. 18 Maij. Anto. Syl.

SYNODVS BASILIENSIS scribit Boëmis, vt legatos mittant, qui fidei suę rationem ostendant, securitatem itineris & dicendi quæ vellent libertatem promittens. Legatio igitur trecentorum equitum Basileã missa, cuius principes fuêre Guilelmus Costa, Procopius, Ioannes Rochezana &c.
Hi
Digitized by Google

Hi interrogati, quænam illa essent, in quibus à Romana Ecclesia dissentirēt: quatuor articulos proposuere. I. De communione Eucharistiæ, quā sub specie panis & vini sumendam affirmabant II. De cultu Dominio, quod interdictum Clericis diuina lege dicebant. III. De prædicatione verbi Dei, quam liberam permissamque omnibus passim arbitrabantur. IIII. De publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant, &c. Disputatum est 5 .. diebus, &c. Certis tandem conditionibus permissa communio, &c. Syluius.

5405 *IOANNES de IMOLA Bonon. IC. clariss. qui ad 3. lib. Decretal. Commētariū ad Clementinas, super Digesto nouo, super infortiato & ꝑterea Cōsilia scripsit, decessit Bononiæ die 18. Februar. Forster. Alij ad sequentem an. referunt.* 1435

5406 *IOANNES Regiomontanus Mathematicus, discipulus Purbachij, nascitur 6. Iunij hora 4. post meridiem in oppido Franconiæ Monteregio. Cardan.* 1436

54[illegible] SIGISMVNDVS Imp. moritur Znoymæ 8. (alij 9.) Decembr. ætatis 70. anno regni Vngarici 51. Boëm. 17. Rom. 27. Coronationis Romanæ 5. sepultus Varadini. Bonfin. 1437

SIGISMVNDVS in precio habuit literas & literatos, eosq; reliquis, qui genere tantùm erant nobiles, prætulit. Interrogatus à Principib. qui literas oderant, cur homines obscuro genere natos ob literarum commendationem tanti faceret: respōdit, se iure illos colere, qui cæteris singulari dono diuino antecellerent, illos à Deo solo posse creari: verū in sua potestate esse, vt titulis & prædijs nobiles faciat quoscunque, & quandocunque velit.

IOANNES de Rupe Scissa Iuris vtriusque Doctor & Cardinalis, 26 Martij moritur.

IOANNES ANNIVS Viterbiensis, qui in Berosi libellum & alios ei adiunctos quædam commentatus est, nascitur die 5. Ian.

5408 ALBERTI II. generis Sigismundi, IMPERIVM. 1438

Hic

Hic ALBERTVS vno eodemq; anno Christi 1438. ter coronatus est. I. Cal. Ianua. est ei imposita corona regni Vngariæ. II. Pragæ 6. Maij renunciatus est Rex Boëmiæ. III. Francofurti 20. Martij ab Electoribus designatus est Imp. Roman. sed non imperauit toto biennio: ita repente occidit, qui breui ad summum potentiæ creuerat.

PAVLVS de CASTRO I C. disertißimus, qui Commentaria in lib. Pandect. & Codicis scripsit, & in Iure Consiliorum volumina plura reliquit, postquam Patauij, Florentiæ & Bononiæ docendi laborem annos 57. sustinuisset, Patauij obijt. Forsterus.

Concilium FERRARIENSE & postea FLORENTINVM celebratur, ad quod profectus est EVGENIVS PP. cum Imperatorem Constantinopolitanum eò aduentare intellexisset. Eugenius autem dissidentes Ecclesias, Latinam & Græcam, in vnum corpus redigere cupiens, celebrata de Spiritu S. Missa, Concilium vnà cũ Imperatore Græcorũ IOANNE VIII. Palæologo & Patriarcha Byzantino Iosepho ingressus, sedente Imperatore Græcorum condigna sede, alijsq; Græcis è regione Pontificis, primò quæsitum est, vellent ne tam Latini quàm Græci ex duabus Ecclesijs iam pridem dissidentibus vnam fieri? Succlamarunt omnes: placere & velle, modò rationibus illa priùs confutarentur, quæ tantæ discordiæ causa fuissent. Disputabatur quotidie ab his, qui ad tantam rem delecti fuerant. Verùm cùm pestis Ferrariam inuasisset, ibique non sine periculo viueretur, Florentiam Concilium transtulit. Plat.

Ex hoc tempore tres egregij magniq; nominis bellatores inclaruerũt. I. ALBERTVS Marchio BRANDEBVRGENSIS, postea dictus Achilles Germanicus, quem hoc anno Albertus Imp. Vratislauiensis belli ducem dedit, teste Ænea Syluio cap. 55. II. GEORGIVS PODIEBRAD, postea Rex Boëmorum, qui hoc anno in prælio

apud

apud Thaboritas hostem feriendo & repellendo, futuræ virtutis suæ documenta dedit. III. IOHANNES HVNIAD, Matthiæ Regis Vngariæ pater, qui Turcas multis cladibus adflixit: fuitque Valachus natione, humilibus natalibus ortus: sed, vt Syluius ait, ingenio dextro, animo sublimi, & virtutis amator, quique primus omnium apud Vngaros Turcarum acies & frangi & vinci posse monstrauit, & hostium spolijs Vngarica templa ditauit. De quarto, nempe Scanderbego, paulo pòst.

54[illegible] ALBERTVS Imp. cum in æstu post immodicum peponum vsum in dysenteriam incidisset, moritur 27. Octo. an. imp. 2. in Alba Regali ad latus soceri sui Sigismũdi sumptuosissimè sepultus. Cusp. Fuit Princeps liberalitate ac fortitudine clarus, & qui cæteris rebus studium religionis longè antepoſuit. Syl. Reliquit vxorem Elisabethã, ex qua sequenti anno peperit filium Posthumum Ladislaum. Qua de re lege Epistolam 81. Æn. Syluij. 1439

EVGENIVS cùm à Concilio Basiliensi bis térve citatus non comparuisset, Pontificatu priuatur 25. Iunij, inque locum eius Pontifex creatur AMADEVS Sabaudiæ Dux, qui Eremitarum vitam cũ alijs nobilibus ad Ripaliam ducebat, appellatusq; est FELIX IIII. Hinc magnæ seditiones ortæ, cũ Ecclesia trifariam diuisa, aut Felicem aut Eugenium sequeretur, essentq; qui Neutrales vocarentur, quòd neutri obtemperarent. Græci post multas disputationes in Concilio Florentino cum Latinis concordiam ineunt de processione Spiritus Sancti, de pane azymo in Cœna Domini, de Purgatorio, & de Rom. Pontificis pote[illegible] 22. Nouemb. Sed legatis domum reuer[illegible], Græci facti sunt à Romano Pontifice longè quàm antea alieniores, & [illegible]iores sententias suas mordicus retinuerunt. Chalcond.

AMVRATES Rex Turcarum regiam Seruiæ siue Rasciæ arcem SINDEROVIAM expugnauit, & Georgij Di-

Despota soceri sui filium Gregorium oculis & pudendis priuauit. Cuspin. Chron. Vng.

IOSEPHVS Patriarcha Byzantinus Florentiæ moritur, & BESSARION Græcus, Nicenus, ibidem ab Eugenio creatur Cardinalis.

LVDOVICVS PONTANVS de Roma IC. summus, qui scripsit Commentaria ad ius ciuile, Concilia singularia & repetitiones, obijt Basileæ in Concilio ætat. 30. ex peste. Forster.

5410 FRIDERICI III. Ducis Austriæ IMPERIVM. 1440

Electus est Francoforti 30. Martij, æt. 26. Fuit Fabio Max. q̃ Scipioni propior, multa ponens in cunctatione: non in celeritate rei cõficiendæ, alioqui Augustum Cæs. proximè attigit imperij diuturnitate, & alioqui habuit nõ pauca cum Augusto cõmunia. Estq; hic annus à natali Augusti Cæs. 1500.

LADISLAVS Rex Boëmiæ & Vngariæ, filius Alberti Imp. in arce Comara, nascitur tempore ineuntis quadragesimæ 21. Februa. (alij 22.) & die Pentecostes infantulus, cùm nondum quartum mensem impleuisset, coronatur in Regem Vngariæ: postea à matre in Austriam cum Corona Vngarica ad Fridericum III. Imp. vt ad consanguineum, mittitur nutriendus & conseruandus. Interim VLADISLAVS Polonus Iagellonis filius etiã coronatur Rex Vngariæ 17. Iulij in Alba Regali: & quod Æneas Syluius annotat: Dionysius Episcopus Strigoniensis vtrique Regi diadema imposuit: Ladislao volens: Vladislao coactus. Mechou. Chron. Vng.

ARS TYPOGRAPHICA, nouũ per typos scribẽdi genus, inuenta & excogitata est à IOANNE GVTENBERGIO, de quo sic Wimpfelingus ca. 65. *Anno 1440. magnum quoddam ac pene diuinum beneficium collatum est vniuerso terrarum orbi à IOHANNE GVTENBERG Argentino nouo scribendi genere reperto. Is n. primus artem impressoriam vel excusoriam in vrbe Argentin. inuenit. Inde Mogũtiam veniens eandem feliciter compleuit. Interea IOANNES MENTEL id*

opi-

opificij genus inceptans, multa volumina castigatè ac politè Argentinæ imprimendo, factus est breui opulentißimus. SIXTVS RVSINGER *Argentinus Neapoli anno 1471. libri quomodo imprimi poßint, primus monstrauit. Sub idem ferme tempus* VDALRICVS HAN *formas librarias, rem inauditam, nec vnquam Romanis visam, Romam attulit. Fuit is natione Germanus, cognomento Han, id Latinis gallum gallinaceum significat, quod ideo scribo, quia Campanus & aliquot docti existimauerunt hunc Vdalricum natione fuisse Gallum, quod falsißimum est: is tamen error ideò emanauit, quòd cognomen familiæ traductum fuisset in Latinum.*

De arce à Friderico Marchione Brandeb. ad Berlinum in vrbe Coloniensi condita vide Cranz. Vandal. lib 12. cap. 10.

AMVRATES *Turc. Imp. obsidens Belgradum, amittit in fossis ad decem millia hominum. & post 7. menses cum dedecore obsidionem soluit. Chron Vngar.*

5411 GEORGIVS PODIEBRAD, *rei militaris peritia, rebusq; strenuè gestis insignis, deligitur gubernator* BOEMIÆ. *qui Pragam hoc pacto in potestatem suam redegit: mittit coniuratos, qui constituta inuadendæ vrbis die incendium in parte vrbis admodum remota excitant: concurritur ad restinguendum ignem. Interea Georgius ex aduersa parte cum copijs muros inuadit, nec mora, proditores portas in instanti aperiunt, trucidantur resistentes: & ex illo tempore Praga totaque Boemia Georgio paruit. Syl. Mechou.* 1441

IOANNES HVNIADES *exercitum Turcarum, cuius dux erat* MESITES *Begus, per Valachiam Transalp. in Transyluaniam irrumpentem, vna cum duce Mesite eiusque filio feliciter cecidit & profligauit. Turcarum viginti millia cæsa, ex Vngaris tria circiter millia desiderata sunt. Bonfin. Leonclau.*

FRIDERICVS I. Marchio BRANDEBVRGENSIS Elector moritur, successore FRIDERICO II. filio, cuius ita meminit Syluius Europ. cap. 39 *Fridericus Marchio Brãdeburgensis Imperatori Sigismundo inter caros ami-*

amicos est habitus: ei quatuor filij fuerunt, Ioannes, Fridericus, Albertus & alter Fridericus. Ioanni qui primogenitus esset, Electoratus imperij debebatur: sed iudicium patris Fridericum praetulit, qui secundo genitus erat, & aptior ad obeunda imperij munera videbatur. Priusquam igitur moreretur, haereditatem suam inter filios diuisit, Fridericum Electorem instituit, neque malè iudicauit. Nam FRIDERICVS inter Principes Germaniae sapientia clarus est habitus, cuius consilio multae saepè prouinciae pacatae sunt. Iusti quoque ac honesti tenax fuit, qui cùm posset Regnum Poloniae consequi per electionem Baronum, recusauit, ne vero haeredi iniuriam faceret. Haec ille.

ERNESTVS Dux Saxoniae Elector, Friderici II. Electoris filius, nascitur in arce Misnensi 25. Martij. Fabric.

Festum VISITATIONIS MARIAE in Concilio Basiliensi institutum est, & festum CONCEPTIONIS MARIAE confirmatum. Concil. Acta.

5412 *Ab hoc fermè anno incipit historia SCANDERBEGI, Ducis Epiri & Albaniae. Is adhuc adolescens à patre suo, Duce IOHANNE CASTRIOTO, Turcarum Imperatori Amurati cum tribus suis fratribus obsidum loco traditus fuit, tum dictus Georgius: Turcae verò propter magnifica eius facta indiderunt ei nomen Scanderbeg, quod perinde sonat, ac si dicas, Alexander Magnus, aut Alexander Dominus. Cumque aliquot annis in aula Turcica educatus fuisset, sensim eum incessit cupiditas regni patrij, cuius Metropolis erat Croia, natura munitissima vrbs, & planè talis, vt seclusa fame, omnem vim bellicam facilè contemnat. Postquam autem Despota Mysiam recuperatā rursus perdidisset, & consilio Iuliani Cardinalis, quē Eugenius miserat, Regem Ladislaū auxiliatorē implorasset: id intelligēs Amurates, Bassam Romaniae & Scanderbegum mox in Vngaros praemisit cū 20. millibus, ipse more suo cū reliquo exercitu secuturus. Eo tempore Huniades 35. millia militū habebat &, apud* 1442

Mora-

Morauam fluuium Bassa & Huniades congressi sunt. Scanderbegus cùm videret res Turcarum infeliciter habere, auxilio amicorum, inprimis Amesæ ex fratre nepotis, in Vngarorum partes secedit, Secretarium Bassæ capit, literas ad præsides & Magistratus Croiæ ab eo extorquet, in quibus nomine Amuratis Scanderbego ciuitas & omnis præfectura traderetur. Confectis literis mox Secretarius & alij decollantur, vt res Amuratem celetur diutius. Scanderbegus, qui cum Vngaris & Huniade antea de rebus instituendis consultârat, magno itinere festinans soluit, die septimo Dibram venit, 70. mill. passuum distantem à Croia. Amuratæ astutus iuuenis, Scanderbegi Secretarium se simulans, Croiæ præfectum accedit, alloquitur, & ei creditur, iamque barbarus conuertit sua, vt paret abitum. Ita Scanderbegus Croiam patriam suam recuperat, magno Croiensium gaudio: Turcæ qui inhabitârant, partim pelluntur, partim occiduntur. Hic Scanderbegus sua magnanimitate sæpè totius orientis robur & vires fregit, totius orbis oculos in se conuertens: nec contentus in Epiro & Albania præclarè & heroicè agere, verùm etiam totum se impendit, vt auerteret quidquid Vngariæ incommodaret. In hoc Heroe tantus fuit dimicandi ardor, vt pugnanti sanguis è labris eruperit. Vita eius, & Paralipom. Vrsperg.

ABEDINES *Romaniæ vel Europæ Beglerbegus, magno exercitu, quem octoginta Turcarum millibus æstimatum fuisse scribit Bonfinius, cladem superiori anno cæsis Mesitis Begi copiis Amurati Turc. Imp. illatam, vlturus, à Iohanne Huniade in Transyluania ad locum, quem Vascapum appellant, prælio fusus & superatus est. In quo non tantùm ad triginta millia Turcarum (exceptis 5000. captiuis) cæsi periere: sed & ipse Abedines similem cum Mesite Bego belli fortunam expertus occubuit. Bonfin. Leonclau.*

ELIZABETHA *Regina Vngariæ, Ladislai Posthumi mater, mor. 24. Sept. Mechou. Vng.*

5413 VLADISLAVS *Vngariæ Rex Iuliani Cardinalis suasu &* 1443

Vngarorum instigatione cum exercitu in Turcas mouit, & cum Bassa conflixit, quo victo duo millia hominum (Bonfin. habet 30. millia) cæsa sunt, quatuor millia capta, inter quos ductores 13. fuêre: signa militaria nouem: sicut Iulianus Friderico Cæsari, qui tunc in Carinthia erat, significauit. Vladislaus Budam vrbem cum magna populi lætitia quasi triumphator intrauit: sed huius victoriæ, præter auspicium, nihil ad eum pertinuit. Nam solus HVNIADES *VVaiuuoda Transyluanus, rei militaris peritissimus, cum decem millibus expeditorum militum hoc bellum confecit. Fracti hac pugna Turcæ (nam & in Asia confligere conabantur) inducias petunt, quas traditis quibusdam arcibus obtinuerunt. Syluius Epistola 81. Vng. Chron. Bonfin. & Mechou.*

Terræmotus concussit Vngariam, Poloniam & Boëmiam 5. Iunij. Mechou.

MATTHIAS CORVINVS *Rex Vngariæ, Iohannis Huniadis filius, nascitur 24. (alij 23.) Februar. Eber. Beuther.*

ALBERTVS *Dux Saxoniæ, Mauritij & Augusti auus, nascitur 27. Iulij.*

LEONHARDVS ARETINVS, *qui multa in Aristotele, Plutarcho reliquisq; autoribus Græcis Latinè vertit, moritur Florentiæ 9. Martij, ætat. 74. Volater. Tritth. Epitaphium eius habes in Syluij Epistola 51.*

TABORITAE *oppressi in Boëmia à Pontificiis & Calixtinis.*

CLADES VARNENSIS.

5414 Hic est annus cladis VARNENSIS omnium celeberrimæ & Christianis luctuosissimæ, cuius historiæ hæc ferè est summa: IOANNES HVNIADES secundis aliquot præliis Turcas superauerat, & Amuratem ita terruerat, vt pacem vltrò polceret, & Christianis deceñii inducias offerret: quas cùm Vngari non recusarent, præstitum est ab vtraque par- 1444

parte iuramentum, Christianis quidem libro Euangeliorum, Turcis verò codici Alcorani digitos inter iurandum imponentibus. Molesta ea res Iuliano Cardinali fuit, cui prosequenda victoria videbatur, præsertim cùm Eugenius Papa Iuliano scripsisset, nullum valere fœdus, quod se inconsulto cum hostibus religionis percussum esset. Vladislaus itaque per Iulianum à iuramento absolutus, & ad bellum instaurandum impulsus, & coactis ex Vngaria copiis, atque auxiliis vndique accersitis, Turcarum agros inuadere statuit, Iohanni Huniadi castrorum cura commissa. Traduntur fuisse circiter 40. millia equitum, pleriq; dimidio minorem numerum prodidêre. Reguli Vngariæ & Pontifices plurimi interfuêre: Iulianus Cardinalis milites cruce signatos non paucos secum duxit: iter per Walachiam susceptum, deinde transito Danubio in Mysiam ventum. Amurates hostiū cognito aduentu exercitum ex Asianis militib cōparauit. Ac si vera est fama, centum millium exercitum conflauit, qui traiicere Bosphorum Thraciæ non potuisset, nisi Genuenses in singula Turcarum capita aureo nummo accepto, transeuntibus naues præbuissent. Aduentus Turcarum tam subitus fuit, vt priùs venisse visi sint, quàm auditi venire. Vbi ergo in conspectu fuit multitudo hostium longè maior quàm putaretur, ingens terror Christianos inuasit, qui tamen non detrectauêre certamen, nec regio sanguini defuit animus. Attigerant autem Christiani locum, cui Varna est nomen, non procul ab Adrianopoli, eratque profestum D. Martini, 10. Nouembris. Amurates dato belli signo, ex 15. millibus equitum facto globo, impetum fecit in Christianos, qui itidem structis ordinibus aciem eduxerant: pugnatum est ferocibus animis: superior acies nostra Turcas in fugam vertit, quæ res magno metu

Amuratem perculit, fugiſſetque protinus prodito exercitu, niſi circumſtantes Satrapæ, comprehenſo eius equi freno, ignauiam illius increpaſſent, fugientique necem comminati fuiſſent. Perſtitit ergo vel inuitus, iuſſiſque fortiſſimis arma ſumere, prælium inſtaurauit. Cumque in ſingulas ferè horas nouus hoſtis ſuccederet, & ſauciorum Turcarum loca recentes & viribus integri milites occuparent, Vngari non tàm virtute, quàm numero ſuperati, paulatim referre pedem cœpêre. VLADISLAVS dum fortiter pugnat, equo deiectus obtrũcatur, caput eius haſtæ infixum per Græciam atq; Aſiam in ſignum victoriæ populis oſtẽtatum. Huniades cum ex pugna ſalutem nullam ſperaret, vnà cum aliquot millibus Vngarorum & Walachorum ex acie euaſit, quòd aliquos ſeruari, quàm omnes perire mallet. IVLIANVS Cardinalis ex hoſtium manibus iam elapſus, Vngarorum perfidiam effugere non potuit: nam potum equo dantem apud ſtagnum latrunculi quidam agnouêre, & ſpe pecuniæ apud eum inueniendæ deiectum equo necauerunt: ablatiſque veſtimentis nudum cadauer feris ac volucribus dimiſêre. De numero cæſorum non exactè cõſtat. Illud exploratum eſt, longè plures ex Turcarum acie cecidiſſe, ſed pro numero copiarum longè maius damnum Chriſtianis illatum. Sunt qui affirment, ex Chriſtianorũ exercitu vix ſalua parte tertia cecidiſſe ad quinque millia hominum, cùm Turcarum ſupra 30. millia periiſſent. Vnde victor Amurates interrogatus, cur poſt victoriam nulla lætitiæ ſigna oſtenderet, Nollem, *inquit*, hoc modo ſæpiùs vincere. Vide Æneam Syluium in Europæ deſcriptione c. 5. Et eiuſdem Epiſtolas 52. 81. 87. Cuius hæc ſunt verba in Epiſtola 81. *Diu certatum eſt æquis viribus, dum Chriſtiani ſuas acies virtute ſuſtentant: Turcæ verò ſuas numero complent. Cumque per plures horas nunc illi*



illi nunc isti cederent, inclinata ad extremum Christianorum acie, victores euadunt Turcæ, qui iuramenta non solùm domesticis fidei, sed etiam hostibus seruanda demonstrant. In hoc prælio adolescens Vladislaus occisus, pœnas dedit vsurpati regni alieni, qui dum spoliare paterno regno Ladislaum quærit, suum amittit. Cœca est cupiditas hominum, qui non contenti ciuitatibus dominari, prouincias quærunt post regnum, neque etiam sic expleti regnis, regna cumulare nituntur, nescientes, quòd parua res vitam eripiat homini & omnibus pompis ac dominiis nudum in momento reddat. Corpuscula nostra, vbi spiritus euolauit, modico sarcophago contenta sunt. *Quod si Vladislaus animaduertisset, quietus in regno suo (nam satis diuitiarum possidebat) nunquam Vngariam attigisset, &c. Idem Epistola 51. Iulianus Cardinalis non fuit in bello fortunatus. Nam & aduersus Boëmos cum exercitu profectus, fugatus est. Occisi cum eo sunt aliquot Episcopi & Barones Vngariæ. Insignis est hic annus multis cladibus. Nam & Suitenses apud Basileam cæsi sunt: & Delphinus quàm plures Alemanniæ ciuitates occupauit.* Hæc ille.

De Armeniacis Alsatiam obsidentibus & Suitensibus (ita Heluetios vocant) apud Basileam miserabili strage cæsis & postratis, Vide Syl. Epist. 87. & Paral Vrsperg.

BAPTISTA SPAGNOLVS Mantuanus, Poëta & Carmelitarum prior generalis, nasc. 12. Aprilis quod monstrat sequens distichon:

NasCItVr In terras MonaChVs BaptIsta, sVósqVe
VatICIna VersVs è genItrICe bIbIt.

Schrader. in monum. Italiæ.

5415 *Extinctus VLADISLAVS (ætatis suæ, vt refert Leonclau. 25.) locum in regno Vngariæ fecit LADISLAO Posthumo, quintum ætatis annum agenti, quem Vngari, vt pote antea quoque coronatum, post varias longasque deliberationes & concertationes Regem sibi asciuerunt. Cùm autem regno immaturus esset, de Guber-* 1445

natore Vngariæ eligendo agitatum est. Ideoque Vngarorum consensu IOANNES HVNIADES, *dictus Coruinus, tradita Reipubl. summa Vngariæ Gubernator aut Prorex pronunciatur. quod anno 1445. festis diebus Pentecostes factum esse prodit Bonfinius. Hoc itaque modo* VLADISLAVS *Polonus, qui Ladislaum Posthumum regno paterno auitoque spoliauerat, quinquennio nondum exacto, & vita & regno exuitur, eiusque morte Vngarici regni Sceptrum legitimo hæredi Ladislao restituitur, vt meritò de eo scripsisse videatur AEneas Syluius Epistola 51. Vladislaus,* inquit, *non suo iudicio (neque enim per ætatem aliena regna cupiebat) sed suorum suasu, ex pacifico regno in alienum: non ad pacem, sed ad bellum: non ad opes poßidendas, sed ad mortem tractus est.*

FRIDERICVS & VVILHELMVS *Saxoniæ Duces, fratres, de regionum suarum diuisione habuerunt conuentus, VVilhelmo datum negotium diuidendi, Friderico eligendi. Cùm Fridericus eligeret Thuringiam, frater illi cedere noluit: quæ controuersia motuum plurimorum causa fuit. Fabric.*

Hoc anno Æneas Syluius scripsit tractatum pulcherrimum de aulicorum miseriis, qui insertus est eius Epistolis, loco Epistolæ 166.

Nati sunt;

I. IVLIVS II. Papa 22 Mart. Cardanus.

II. IOANNES GEILER Keiserspergius, Theologus & Doctor Ecclesiæ Argentinensis, cuius eruditionem ac pietatẽ testantur scripta illius, 16. Mar.

EVGENIVS PP. IIII. obiit 7. Cal. Martij.

5417 Post EVGENIVM IIII. PP. mortuum NICOLAVS V. creatur Pontifex Rom. pridie Non. Martij. tenuit Pontificatum an. 8. d. 19. Onuph. Hic Pontifex à liberalitate & bonarum literarum instauratione perpetuam laudẽ meruit. Nam vt testes sunt Æneas Syluius, Platina & Volaterranus, suo seculo primus literas humanitatis & eloquentiæ, linguarumq; 1447

rumq; studia ab interitu vindicauit: ingenia excitauit & fouit: præmiis ét incitauit literatos, nũc ad lectiones publicas: nunc ad componendum aliqd de integro: nunc ad autores Græcos in Latinum vertendos, ita vt Græcæ & Latinæ literæ, quæ ampliùs 600. annis in situ & tenebris iacuerant, tum demum splendorem aliquem adeptæ sint. Misit & literatos per omnem Europam, quorum industria libri conquirerentur, qui maiorum negligentia & barbarorum rapinis iã perierant. Nam & Poggius Quintilianum tum inuenit, & Asculanus Marcum Cælium, &c. Huic acceptissimi fuerunt in transferendis autorib. Græcis: GEORGIVS Trapezuntius, LAVRENTIVS Valla, DEMETRIVS Græcus, HORATIVS Romanus, NICOLAVS Perotus, qui Polybium è Græco in Latinũ traduxit, IOANNES Tortellinus Aretinus. Illud certe nemo negauerit, tot ei à doctis. viris inscripta esse volumina, quot neq; suorum antecessorum neq; Imperatorum cuiuspiam nomini dicata comperimus. Bibliothecam Vaticanam Romæ auxit, veteribus ac nouis codicibus ornatissimam, in qua circiter tria millia librorum volumina condidit.

5418 *IOHANNES HVNIADES Coruinus, vt ignominiam aut infamiam Varnæ acceptam aliquo pacto aboleret, cum exercitu 22000. hominum ex Vngaria castra mouit, anno gubernationis suæ quarto, atque primùm cum Turcis feliciter dimicauit, & quadam castella obtinuit. Ad extremum tamen mutata fortuna, quæ nulli perpetuò est bona, Vngari numero Turcarum superati, non tàm victi quàm fessi cedere compulsi sunt. Huniades postquam suos neque minis neque precibus sistere poterat, cum paucis ex bello profugit. Emptam multo sanguine victoriam Amurates domum retulit. Bonfin. Sylnius Epist. 81. & in Europa c. 6. & Leouclau. in Annal. Turc.* 1448

NICOLAVS CVSANVS, qui suo seculo ob literarum

themius, eum nescio ob quem de Angelis errorem combustum esse.

5420 Hoc Iubilæo Romæ circiter 200. homines in ponte S. Angeli calcatione & pressura perierunt, aut in flumen detrusi & præcipitati expirârunt, cùm pro indulgentiis è templo ad Castrum S. Angeli accurrerent. Palmer. Sylvius. 1450

AEneas Sylvius Europæ cap. 32. scribit, hoc anno duos fratres, FRIDERICVM & VVILELMVM, Saxoniæ Duces, rediisse in gratiam mutuam hoc pacto. Rogârat Fridericus germanum suum, vt ad se veniret, acturos ipsos de pace. Annuit VVilelmus. Cui iter ingresso dixêre Consiliarij, paratas esse ipsi & comitibus insidias: caueret ne perditum iret, neve suos ad necem traderet. Quibus ille: At ego, *inquit*, libens moriar, si vos priùs necatos videro, qui fraternas contentiones alitis. *Atque ita locutus, sequi iussis qui se amarent, vrgensque calcaribus equum festino cursu fratrem adiit: cum quo semotis arbitris è vestigio pacem composuit, fœdusque pepigit. Magnus vir, qui se tam liberaliter in potestatem dederit hostis. Magnus & alter, qui hostem ex fratre factum, rursus fratrem atque amicum reddiderit.*

FERDINANDVS Dux Hispaniarum, auus maternus Caroli V. Imp. nascitur 21. Martij. Garcæ. Geneth.

5421 *FRIDERICVS Imp. ingressus est iter Italicum. Syl. Cus.* 1451

IOANNES CAPISTRANVS Franciscanus à Pontifice ex Italia in Germaniam missus, passim in vrbibus concionari cœpit: acriter inuectus est in quælibet vitia: taxauit luxum in vestitu, cibo & potu, lusorum aleas, tessaras, tabulas atque chartas magno numero congestas & coaceruatas publicè cremauit: & populum ad expeditionem in Turcas animauit. Fabric.

Hoc anno (si Cranzemium & Leonclauium sequimur) AMVRATES II. Turcarum Rex octauus mortuus est

Adrianopoli, die 10. Februarij, cùm imperasset annis 30. Successit in regni administratione MAHVMETES II. Turcarum Rex nonus, & primus IMP. ORIENTIS an. ætat. 21. qui fratrem suum, ne pater solus sepeliretur, statim strangulari iussit. Vtrumq; funus regio ritu duxit, & auspicia regni pro more gentis parricidio consecrauit. Nam feliciùs apud Turcas priuatis, quàm Regibus liberi nascuntur. Alij ad præcedentem referunt.

5422 FRIDERICVS III. Imp. Romæ à Nicolao Pontifice cum maxima solennitate inunctus, salutatur Augustus & Imperator 17. Martij. Cusp. Solus fermè Onuphrius refert ad præcedentem: sed an. 1452. definiunt Bonfin. Vngar. Chron. Cuspin. Naucle. Paralip. Vrsperg. Platina, Volater. Et sunt penes nos literæ Friderici, vbi an. 1488. numeratur à coronatione Romana 37. & annus 1492. ab eadem coronatione 41. vnde liquet numerationem ordiendam esse ab anno 1452. inclusiuè. 1452

MAHVMETES Turc. Imp. tyrannus immanissimus, ATHENAS omnium artium & disciplinarum inuentrices, solo æquauit & funditus destruxit. Drechs.

LADISLAVS anno ætat. 13. à Friderico Imp. sub cuius tutela hactenus fuerat, dimissus, Viennæ 10. Septembr. summa omnium congratulatione excipitur. In eo conuentu, inquit Syluius, etsi Ladislaus Rex appellaretur, alieno tamen arbitrio ductus, in regnis suis Triumviratum induxit, & IOANNI Huniadi Vngariam gubernandam tradidit, GEORGIO Podiebracio Boëmiam, VLRICO Comiti Ciliæ Austriam. Syluius Europ. cap. 22. Huniades cùm Vngariæ Coronam à Friderico frustrà repetiisset, cum 12. millibus equitum ingressus Austriam, omnem agrum inter Viennam & Stiriæ montes diripuit atque incendit. Cæsarem Italiam petentem rogarunt Australes, vt Ladislaum, qui iam adoleuisset, in paterna hæreditate apud se dimitteret: reiecta petitione, autoribus Vlrico Ciliæ Comite, & Eyzingero, Austriaci

ſtriaci ſumptis armis rebellâuere. Redeuntem ex Italia Fridericum apud nouam Ciuitatem obſidione cinxêre, quibus & Roſenſis Boëmus ſe adiunxit. Ceſſit furenti populo Fridericus, pupillumque ea lege in manus Comitis Ciliæ tradidit, vt Viennæ de tutela, oppidis, cæteriſque contentionibus Principum definiretur, &c. Vide eundem hiſt. Boëm. c. 59. 60.

HIERONYMVS SAVONAROLA naſcitur Ferrariæ 21. Septem.

5423 CONSTANTINOPOLIS CAPTA A TVRCIS. 1453

CONSTANTINOPOLIS Orientalis Imperii caput & ſedes, poſt 50. dies obſidionis (nam 9. April. obſidio cœpiſſe ſcribitur) vi & armis expugnata, capitur à MAHVMETE Turcarum Rege, anno regni eius 3. die 29. Maij: cùm vrbs illa à Conſtantino Magno condita ſtetiſſet annis 1122. CONSTANTINVS PALÆOLOGVS poſtremus Græcorum Imperator, vt honeſtiùs occumberet, inter confertiſſimos hoſtes dimicans cæſus eſt, & ſolo paludamento agnitus: alii fugientem in turba hominum, cùm imperaſſet an. 3. m. 3. compreſſione extinctum tradunt. Dehinc Orientis Imperium penes Turcas fuit. Eſtque hic annus à Roma condita 2204 & à bello ciuili Cæſaris & Pompeij conſtitutaq; Monarchia Romana 1500. Huius cladis hiſtoriam ita recitat Æneas Syluius Europ. capit. 3. & 7. *Tradunt*, inquit, *Eccleſiaſtici autores, Conſtantinum Magnum cùm ſtatuiſſet Imperij ſedem ex vrbe Roma in Orientem transferre, quò faciliùs Parthorum excurſiones compeſceret, Byzantium petiuiſſe, eumque ſibi locum diuinitus oſtenſum dixiſſe: mox vrbem ampliaſſe, noua mœnia erexiſſe, ſublimes excitaſſe turres, magnificentiſſimis operibus exornaſſe, tantumque illi decoris adieciſſe, vt* altera ROMA *non immeritò dici poſſet. Scriptores vetuſti, qui florentem viderunt,*

Turcis omnia possidentibus, heu quot magnorum viroru͂ nomina, quot libri nondum Latinis cogniti peribunt? Nunquam Græco nomini iactura maior, quam modò, contigit. Xerxes & Darius magnis cladibus Græciam afflixere: sed bellum literis non intulêre. Romani Græciam in potestatem suam redegerunt: sed Græcas literas vltrò amplexi veneratique sunt.

CRANZIVS *verò his verbis illam Christianorum calamitatem deplorat*: Hæc sunt luctuosa illa Christianis tempora, per quæ bicipiti Romanorum aquilæ alterum resectum est caput, cùm iam in Orientem vltrà non respiciat. Constantinopolis capta est, cùm Turcarum Imperator *66.* diebus, nulla permissa requie, vrbem oppugnaret. Imperator ipse inter fugientes populi pressura extinctus est: sæuitum tamen est in cadauer mortui, truncatumque caput delatum est per castra in contumeliam Christianorum.

De tempore huius cladis litigant Chronographi, quorum aliqui annum 1452. *annotarunt. Sed nobiscum faciunt Bonfinius, AEneas Syluius, Fortalicium fidei, Mechou Drechslerus, Leonclauij Annales Turc. Cranzius & Cranzhemij secundum æram Turcicam supputatio. Chalcondyles habet annum* 3. *Mahumetis &* 4. *Constantini Palæologi, insuper exprimens diem Martis. Vngarica Chronicon annotat feriam* 3. *post diem corporis Christi. Nobis præter illa quæ allegauimus abundè satis est testimonii, quod* FRANCISCVS FOSCARI *Venetiaru͂ Dux in sua ad* FRIDERICVM *Imperatorem Epistola (ea est in Epistolis AEneæ Syluii* 159. *) expugnatam scribit Constantinopolim* 29. *Maii (proximè elapsi.) Et eius literæ datæ sunt anno* 1453. *indictione prima (quæ concurrit ann.* 1453.*)* 27. *Iulij. An verò feria illa tertia diem Corporis Christi antecesserit, vel secuta sit: & an Mahumetes an.* 1452. *fuerit in Europa, doctioribus excutiendum ac determinandum relinquo.*

Ab hoc tempore REGES Turcici IMPERATORIS titulo vti cœperunt.

VLRICVS Ciliæ Comes, qui hactenus Regem Ladislaum in potestate sua habuerat, & Domini Dominus fuerat, aula Regia exulare iubetur, quòd nobilitati Austriacæ grauis fuisset. Ita enim de eo queritur Eyzingerus: Hic Comes, *inquit*, nos omnes pro seruis habet, Austriam solus exhaurit, maior ei, quàm Regi, familia seruit: Magistratus, præfecturas & Sacerdotia vendit: vbi non sufficiunt publica furta, ad priuatas facultates manus admouet: non tuta est innocentia: non conuicta puniuntur scelera: offendisse Maiestatem conuincitur, quisquis diues habetur: nostris ille alitur malis: eius quies & pax nostrum bellum est: pudet me patientiæ nostræ, qui si viri essemus, facilè opprobrium hoc è nostris oculis eiiceremus. *His auditis, LADISLAVS Vlrico Comiti curia regia interdixit. Comes itaque cedendum potenti inuidiæ censuit, neque parum putauit ex inimica ciuitate Vienna saluum corpus educere: & tacitus cum quatuor tantùm comitibus aula abiens in patriam suam concessit. ALBERTVS Marchio Brandeburg. ne populares saxa in eum iacerent, ad portam vsque, tutum iter fugienti præbuit. Verùm quibus prohibitæ fuêre manus, linguæ libertate vsi, probrosa in abeuntem maledicta congessêre. Inconstantis fortunæ singulare documentum. Nam qui paulò antè tutor Regis, & secundum in Austria caput erat, in quem omnium oculi respiciebant, qui belli pacisque munera solus obibat, vnico Regis verbo, potestate priuatus, inops consilij & animo confusus abiit.* Hæc *Syluius* Boëm. *cap.* 61.

LADISLAVS Vngariæ Rex & Austriæ Dux, Pragæ coronatur Rex Boëmiæ, die Simonis & Iudæ, qui tum fuit dies Dominicus. Peracta coronatione permissum est cuilibet, vt suo arbitrio, vel sub vna, vel sub vtraque specie communicaret. Ipse tamen Ladislaus persuaderi nunquam potuit, vt templa Hussitarum intraret, vel sacris eorum

rum intereſſet. Sylu. Boëm. cap. 62. Mechou. Vngar. Chron.

HERMOLAVS BARBARVS, Venetus, naſcitur 21. Maij Hic ab anno 18. ætatis ſcribere cœpit: cuius hodie extant varia nobilis ingenij doctrinæq; ipſius monumenta. Themiſtium latino ſermone donauit.

IACOBVS ALVAROTTVS Iuriſconſultus ex celebri ALVAROTTORVM apud Patauinos familia oriundus, cuius extant vtiliſſimi Commentarij ad ius feudale, obiit die 18 Iunij. (Schrader. habet 18. Auguſti) ætat. 68. (Forſter. 60.) profeſſionis in Patria an. 30. Fichard.

5424 *LADISLAVS Rex Vratislauiam venit die S. Nicolai, 6. Decemb. & in eius verba iuratum eſt 11. Decembr. Die Natali Chriſti accidit, quod AEneas Syl. Boëm. cap. 62. refert:* LADISLAVS Rex VRATISLAVIAM, *inquit*, nobilem vrbem & Sileſiæ caput inuiſit: ibi cùm ſacris intereſſet in æde Pontificali, frequenteſque Principes conueniſſent, & Podiebracius Regi proximus aſtaret, fama eſt, Chilianum quendam paraſitum, ex his qui ſtultitiam ſimulantes alios ſtultos faciunt, Podiebracium his verbis compellaſſe: *Quo vultu ſacra noſtra reſpicias, planè aduerto: animum non intueor. Fare, obſecro, nonne ſatis nitida tibi videtur noſtra religio? Vides ne, quam multi & magni Principes & ipſe Rex noſter vnum ritum ſequantur? cur non his potiùs quàm RocheZanæ Huſſitico conſentis? an plùs ſapere paucos Boëmos cenſes, quàm reliquam Chriſti Eccleſiam? Quin relicta incondita plebe nobilitati te iungas.* At PODIEBRACIVS: *Si tua hæc ſunt verba*, inquit, *non es quem ſimulas, & tibi tanquam prudenti reſpondeo: ſin aliena ſunt verba, ſatisfacere me illis oportet, qui te ſubmiſerunt. Audi ergo: Eccleſiaſticas Ceremonias ſua quiſque pro fide gerit. Sacrificia ea facimus, quæ credimus Deo grata.* 1454

Neque

Neque nostri arbitrij est, credere quid velimus. Victa magnis rationibus mens humana, volens nolensq; capitur: vtq; natura instituta est, altera facilè trahitur, altera elabitur. Mihi persuasa est meorum Sacerdotum religio. Si tuam sequor, homines fortasse fallam, animæ meæ contrarius: Deum qui corda inspicit, nequeo fallere. Neque me tui similem esse decet. Aliud histrioni, aliud verò nobili conuenit. Hæc vel tibi habeto si sapis, vel his referto, qui te subm:sere.

Hoc anno multæ ciuitates PRVSSIAE à Magistro Ordinis Cruciferorum in Prussia defecerunt, & CASIMIRO Poloniæ Regi deditionem obtulerunt. Hinc bella PRVTENICA, quæ durarunt annis 13.

ANGELVS POLITIANVS Philosophus, Poëta & Orator, qui Herodianum latinè interpretatus est, & cuius Epistolæ extant, nascitur 14. Iulij, hora 1. minutis 28. post merid. in monte Politiano Hetruriæ. Cardan.

5425 *EYZINGERVS, qui Vlricum Ciliæ Comitem de dignitatis gradu deiecerat, gratia Regis Ladislai excidit, Baronibus Austriacis, quorum ille auaritiæ atque rapinæ obstiterat, ipsum apud Regem criminantibus. Vlricus itaque Comes Ladislao reconciliatus, ab exilio in aulam reuocatur, & Viennæ magno splendidoque apparatu excipitur, de quo AEneæ Syluij verba audire libet:* Mira rerum mutatio: qui paulò antè mœstus in exilium ierat, triumphantis in modum reuertitur: Eyzingerus qui culmen potentiæ consecutus eum deiecerat, quod in alium statuit, in seipso pati cogitur. Intrante enim vrbem Comite, ipse cum amicis egreditur, spontaneum exilium eligens. Lubricus est enim apud Reges primus locus. Ferunt Comitem cognito Eyzingeri discessu laudasse hominē, qui fortunæ ludibrio se subtraxerit: vsurum optimo consilio, si Curiales procellas perpetuò declinauerit. Nam & sibiipsi Curiæ mores non placere, fluxa incertaque omnia esse, omnibus horis instare pe- 1455

re pericula, acceptam superiori anno ignominiam menti suæ semper hærere, semper ante oculos esse turpem eiectionem, contumeliosum exilium, probrosa verba: se Deo gratias agere, qui sibi pristinum statum reddiderit, satisfactum esse honori suo, nec plura cupere: mansurum tam diu apud Regem, donec eiectionis infamiam gloriosi reditus rumor extinguat: Regis amicitiam & populares auras malle se dimittere, quàm perdere. Comes hæc non tam fecit fortiter, quàm dixit sapienter. Potentiam qui consecutus fuerit, nemo tam facilè deponit, quam damnat: retinent amici, implicat gloriæ cupido, obstat inimicorum metus: semper est quod procrastinare compellit. Faciliùs famosum in Asia Gordij nodum quis soluerit, quàm potentiæ regnique blanditiis sese explicauerit. *Hæc Syluius Boem. cap. 63.*

Ex arce ALDENBURGENSI *rapiuntur die solstitiali æstiuo* ERNESTUS *&* ALBERTUS *filij* FRIDERICI *Principis Saxoniæ, à Conrado Kaufungo, qui propterea capite truncatus est 14. Iul. Fabric. Eber.* Quod Syluius aliquantò prolixius describens, inquit: *Cunradus Kaufung nobili loco apud Saxones natus, bellicæ rei peritus, manu promptus & animo imperterritus, cùm se patria pulsum, & paterna hereditate priuatum per iniuriam Friderici Saxoniæ Ducis existimaret, scelus incredibile nostra ætate perpetrauit. In arce Aldenburg duo Friderici filij Ernestus & Albertus educabantur. Huc Cunradus intempesta nocte magnis itineribus cum paucis comitibus contendit, & admotis scalis, prodente pædagogo, arcem ingressus, dormientes adolescentulos in cubili comprehendit: interminatusq. mortem, si vocem emitterent, funibus colligatos extraxit, haud dubius, quin productos in Boemiam magno precio venderet, suasq. contumelias eo pacto magnifice vltus videretur. Iam syluam Hercyniam ingressus erat, tamque periculum omne transmissum putabat, cum rumor Al-*

 bertus

bertus ætatis 12. labore ac fame deficiens, quietem simul & cibum poposcit. Cuius precibus commotus prædo ad Carbonarium quendam diuertit, afferriq; panem ac ce reuisiam iussit. Interea apud Aldenburgum, cognita tanta rei nouitate, clamor exoritur. Attoniti oppidani raptim arma capessunt, & preciosam vendicaturi prædam præcipiti cursu prædonis vestigia insectantur. Syluam ingressus fortuna blanditur, quæ inter multos tramites eum teneri suasit, qui rectà duxit ad carbonarium. Ibi Cunradus dum puero cibum ministrat, ex improuisò capitur, & oblatus Principi, audacissimi sceleris capite pœnas soluit. Fridericus eodem penè nuncio, quo captos atque abductos filios audiuerat, recuperatos & domum reductos didicit.

Obiter hic inseremus, quod de hoc FRIDERICO *Electore Saxoniæ totidem verbis commemorat Fabricius: Cùm Fridericus Antistiti Magdeburgico, Comitibus Beuchlingij nato, bellum facturus esset, exploratorem miserat, qui de apparatu & consilijs eius cognosceret. Is renunciabat, nihil bello opportunum parari, nec vllum conscribi militem: Antistitem præterea dixisse, causam se commissurum Deo, qui pro se arma sit sumpturus. Quod vt Elector audiuit:* Alius, *inquit,* insaniat, vt bellum inferat ei, qui confidit, se Deum defensorem habiturum. *Laudandus Antistes, qui Dei patrocinio fisus est: laudandus Princeps, qui Deum veritus, arma deposuit.*

Nati sunt:

I. IOANNES Marchio Brandeb. Elector IIII. Geneal.

II. *IOHANNES CAPNIO (Reuchlin) 28. Decembr. Pfortzemij oppido Marchionatus Badensis. Hic primus ferè literas Ebraicas & Græcas in Germaniam, socias iungente operas* R V D O L P H O A G R I C O L A, *importauit, & magna felicitate propagauit.*

NICOLAVS V. PP. 9. Cal. Aprilis obiit. Succes-

sit CALIXTVS III. 6. Idus Aprilis. Sedit an. 3. m. 2. d. 29. Onuphrius.

5426 *MAHVMETES Turcarum Imp. BELGRADVM quam Albam Græcam vocant, cum exercitu 15000. hominum 13. Iunij cinctam oppugnare cœpit, & machinis stupendæ magnitudinis murum sine intermissione verberauit & diruit. Turcæ per muri ruinas ingressi atrox cum Christianis prælium inierunt. CAPISTRANVS Minorita ex alta turri clamitans, Christianos hortari, vexillum crucis vibrare, opem de cœlo promittere, hostibus maledicere, Dei præsentiam implorare: HVNIADES modò huc, modò illuc cum globo militum currere, ordines instaurare, pro fessis validos, pro saucijs integros sufficere, Imperatoris ac militis officium exequi. Pugnatum est vtrinque vi summa: modò nostri, modò Turcæ pedem referre. Postremò Christiana virtute hostes repulsi oppidum fœda fuga reliquêre. Quidam supra quadraginta millia, nonnulli 20. millia periisse tradiderunt. Sequenti nocte MAHVMETES incensis castris cum toto exercitu trepidus abiit, nec tam audax & superbus venerat, quàm timidus dimissusque fugam arripuit. Traditum est oculum eius hasta esse traiectum, idque vulnus prælio & obsidioni finem dedisse. Victoribus ea tantùm præda relicta est, quæ non potuit igne absumi, tormenta scilicet ænea, arietes ferro graues, & ingens vis machinarum. Huic pugnæ interfuerunt Huniades & Capistranus, & vterque rem gestam scripsit, neque alter alterius mentionem fecit: alteruter solidam rei gestæ laudem sibi vsurpauit. De quo ita Syluius exclamat:* 1456 Ingens dulcedo gloriæ: faciliùs contemnenda dicitur, quàm contemnitur. Superauerat Capistranus seculi pompas, calcauerat auaritiam, libidinem subegerat: gloriam contemnere non potuit. Nemo est tam sanctus, qui dulcedine gloriæ non capiatur. Faciliùs regna viri excellentes quàm gloriam contemnunt. *Hæc Syluius Europ. cap.* 65. Com-

65 *Commissum est hoc prælium die S. Sixti, id est, 6. August. (Leonclau. & alij 22. Iulij.) Pontifex Romanus in memoriam tantæ victoriæ* festum Transfigurationis CHRISTI *quotannis sexto Augusti celebrandum instituit.*

IOHANNES HVNIADES, qui vnus omnium arma Turcarum ab Vngaria depulit, clarasque victorias genti suæ peperit, moritur 10. Septemb. Leonclauius habet 11. Augusti. Huius nomen, vt tradit Syluius, tam terrificum fuit Turcis, vt parentes liberis plorantibus silentium non aliter imperarent, quàm Huniadis præsentiam minitando. Cùm ægrotaret, noluit Dominicum corpus ad se deferri: sed iussit sese in templum vehi, ibique post peccatorum confessionem, sacrosanctam Eucharistiam accepit, atque paulò pòst inter Sacerdotum manus animam terrena fastidientem Deo reddidit. Bonfin. scribit, Huniadem Coruinum dictum à paterno pago, in quo natus sit, quique adhuc suo tempore Coruinus dicatur.

Huniadis postremam pugnam & obitum antecessit Cometes.

Encomium Coruini habet Syl. cap. 67.

IOANNES Capistranus in Vngaria mortuus est.

LADISLAO Rege Belgradum regresso, vt hostium cadauera, spolia, locumque prælij confecti spectaret, VLRICVS Ciliæ Comes, cuius caput erat à Rege secundum, quique cum Huniade apertum odium gesserat, obtruncatur à Ladislao Huniadis filio. Lætatus fuerat Comes audita morte Huniadis, quasi iam sublato æmulo solus cum Rege dominaturus esset. Verùm non diu lætatus est, vt qui paulò pòst & regnare & viuere desierit. Vnde Syluius:
Cœca humanæ mentis iudicia, sæpe læta pro tristibus, pro lætis tristia ducunt: futuri nulla homini certitudo. Nemo nouit quid vesper vehat: nemo tam superis amicus est, vt crastinam sibi lucem promittere possit. Multi dum se credidêre deiectos, in sublime rapti sunt: multos exilia claros fe-

cere, & optata consecutis sæpenumerò exitio turpitudinique fuerunt. Comiti multò salubrius fuerat Huniadem vixisse: qui Vngariam suæ neci destinatam clausisset. Nunc metu vacuus apud Albam interficitur, inde necem consecutus, vnde imperium sperauerat.

LADISLAVS & MATTHIAS, Huniadis filij, ob Comitis Ciliæ necem iussu regio in carcerem rapiuntur, tertioque die post, senior Ladislaus, Comitis percussor, agens an. ætat. 24. in vrbe Buda ad supplicium ducitur, egregio corpore adolescens, flauis de more crinibus super humeros passis, reuinctis post tergum manibus, talari atque aurea veste indutus, & eadem fortasse, quam fili paulo ante Rex donauerat, in publicum producitur. Erecta ceruice, oculis hinc & illinc spectantibus, impauidus atque intrepidus ad supplicium pergit. Vbi ad locum ventum est, quo ceruix amputanda erat, iussus genua flectere, pauca priùs pro sua excusatione locutus, carnifici paruit. Præco cui damnatorum crimina publicare mos est: impetrato silentio, nihil aliud dixit: nisi, eo modo corrigi, qui Domino suo infideles essent. Carnifex religata Ladislai coma, ne collum impediret, iussus percutere, nutans titubansque vix tandem quatuor ictibus candidam ceruicem abscidit. Frater eius Matthias in vinculis retentus est. Hæc Syl. Boem. cap. 68. Est qui supplicium hoc ita describat: *Ladislaus cum ter a lictore ictus in terram lapsus esset, rursus tamen sese, quanquam ligatus & vulneratus, erexit, & clara voce Deum inuocans, eum testem suæ innocentiæ fecit. Quarto demum ictu caput ei præciditur. Multa sunt in hoc exemplo digna & consideratione & deploratione. Videmus hic deletam esse memoriam beneficiorum Huniadis patris, in cuius filium tanta crudelitas exercetur. Autor est Sylvius, Ladislaum Regem hoc sermone mortui Huniadis laudes prædicasse:* HVNIADES Vngariam Christo, & mihi regnum seruauit. Christiani nominis hostes fudit, fugauit, perterruit, pacem Vngaris peperit, salutem cūctis 1457

fidelibus aperuit. Fortia eius facta etiam hostes admirati sunt, & vitam & mortem eius posteritas cõsecrabit. *Huius Encomij recordatio debuisset Ladislai mentem ad mitiorem sententiam flectere.*

MAHVMETES Turc. Imp. cum VSVNCASANE Persarum Rege prælio congressus ad Euphratem fluuium, decem millia militum amisit. Drechsl.

LADISLAVS Vngariæ & Boëmiæ Rex Alberti Imp. Posthumus filius & Sgismundi Imp. ex filia nepos, dum sponsam expectat Caroli Francorum Regis filiam, in ipso nuptiarum apparatu Pragæ, non sine veneni subministrati suspicione, moritur ætat. 18. die 22. Nouembris. Ostenderunt hunc fata tantum terris. Rectè Syluius: O imbecillem humanæ naturæ conditionem: O inanem mortalium gloriam, O cœcas hominum mentes: quid iactamur? quid extollimur? quid est quod dignitates, opes, potentiam tantopere flagitamus? perpetuò his frui cui datum? Ladislaus nobilissimus adolescés natus annos 18. in ipso flore, in ipso gloriæ culmine, tot regnis, tot gentib. imperans, tot delitiis, totque opibus affluens, inter tot auxiliantium manus, intra 36. horas, postquam ægrotare cœpit, extinctus est.

Circa hunc annum à reliquis Hussitis siue Calixtinis secesserunt ij, qui Ecclesias PICARDORVM (vt vulgo vocant) fundarunt, & omissis bellis tantum intenti fuerunt puritati doctrinæ propagandæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ arctioribus vinculis astringendæ & conseruandæ.

Academia GRIPSVALDENSIS initium sumpsit 18. Octob. Beuther.

MATTHIAS REX VNGARIÆ CREATVS.

5418 *MATTHIAS filius Huniadis (ætat. 15.) apud Budam gubernator Vngariæ eligitur 22. Ianu. die S. Vincentii, cum* 1458

cum adhuc in custodia apud Georgium Podiebracium Boëmiæ gubernatorem detineretur. Pro cuius liberatione Vngari 50. millia aureorum numerarunt. Pragæ verò GEORGIVS PODIEBRACIVS, *declaratur Rex Boëmiæ feria 5. ante Dominicam Oculi, quæ fuit 2. Martij. Vir in administrandis rebus bellicis prouidus, sed erroribus Hußiticis plurimùm deprauatus. Die autem Dominico post S. Georgij, quæ fuit vltimo April. (alij 7. Maij) in Regem coronatus est. Mechou. Syluius his verbis vtitur:* MATTHIAS Huniadis filius ex Vienna ductus, qua die Rex Ladislaus obijt, Pragam applicuit, atque in potestatem Podiebracij deuenit: nec multò pòst Rex Vngariæ designatus, magnis sponsionibus dimissus, è carcere volauit ad regnum. Mira rerum mutatio: duo potentissima regna, eodem tempore, Rege orbata, ex nobilissimo atque altissimo sanguine ad mediocris generis homines peruenêre. *Europ. cap. 1. Matthias 24. Ian. (alij 22.) inter 40. millia virorum, qui medio in Danubio tum glacie constricto, impatientes magni frigoris, electionis exitum expectabant, Rex acclamatur. Nunc quisquis hæc legis (addit Syluius) futura prædicito. Singulare prorsus humanæ inconstantiæ documentum ex duobus adolescentulis, ætate moribusque penè paribus, alter Ladislaus Rex ex regio solio, dum nouæ nuptæ thalamum exornat, defertur ad tumulum: alter dum capitalem sententiam expectat trepidus, ex carcere vocatur ad regnum. Mirabile quod matrem repentina lætitia non exanimauerat, cùm tot cladibus afflicta prius Regem appellatum audierit filium, quàm vinculis exemptum.*

Eodem anno ALPHONSVS *Aragonum & Siciliæ Rex (qui à rerum gestarum gloria & intrepida constantia* MAGNANIMI *cognomentum tulit) anno ætat. 65. obijt, (à morte Iulij Cæs. 1500. ante mortem Caroli V. Imp. 100.) regni Siciliæ & Aragoniæ 42. Neapolitani 16. de quo Syluius: Dum hæc scribo*, inquit

Alphon-

Alphonsi Regis Aragonum, cui præsentem historiam dedicaueram, mihi acerbissimus nunciatus est obitus, qui 27. Iunij (alij 1. Iulij) clausisse oculos traditur.

Hic est ALPHONSVS ille, cuius memorabilia dicta collegit AEneas Syluius, quorum commemoratione claudit Erasmus Apophtegmata sua, ex quibus & hæc sunt. Si sibi contigisset nasci temporibus veterum Romanorum, se constructurum fuisse contra Curiam templum Ioui positorio, in quo Senatores, priusquam in Senatum venirent, odium, amorem ac priuatos affectus omnes deponerent. *Item*: Eos ciues habeo carissimos, qui magis pro me, quàm me metuunt. *Item*: Ita demum matrimonium trãquillè citraque querimonias exigi posse, si maritus surdus fieret, vxor cæca. *Item*: Consulentibus legatis Matriciensibus, vtri iuberet ipsos gratificari: Nicolao ne Picinino, an Francisco Sfortiæ? Respondit: Ambos pro amicis habendos, sed etiam ab ambobus, tanquam ab inimicis, cauendum. *Hæc Syluius & alij.*

ALPHONSVS Aragoniæ & Siciliæ regnis fratrem suum IOANNEM, Ferdinandi Catholici (qui Granatam recuperauit) patrem, testamento præfecit. In Neapolitano autem regno, cùm ipse legitimis filiis careret, Ferdinandum nothum successorem declarauit, qui regnauit an. 35. mens. 6. dieb. 25. Obiit 1494. vt habet Bembus lib. 2. Venet. histor.

CORINTHVS à Turcis capta. Drechslerus.

Hoc anno terminatur Boëm. historia ÆNEÆ SYLVII Senensis, qui & hoc anno in locum CALIXTI III. die 4. Augusti defuncti creatus est Pontifex Romanus, dictus PIVS II. sedit an 5. m. 11. d 26. Onuph. Hic quibus gradibus ad honores ascenderit, ipse recenset Epistola 201. Fuit initiò Scriba in Concilio Basiliensi: postea Friderici Imp. Secretarius; inde Episcopus, Cardinalis & Pontifex.

MAXI-

5420 MAXIMILIANVS I. Imp. anus CAROLI V. nascitur die Cœnæ Domini 22. Martij: baptizatus die Paschatis 25. Martij, anno 1500. ab Augusti Cæs. imperio, eiusque primo Consulatu. 1459

CVNRADVS CELTES Suinfortensis Francus, primus Germaniæ Poëta, nascitur 1. Februar. manè circa horam 3.

ANTONINVS Archiepiscopus Florentinus Chronographus, obiit 2. Maij, Vigilia Ascensionis.

Circa hunc annum desinit historia BLONDI, qua complexus est ab inclinatione Romani Imperij huc vsque annos circiter 1050. Facit mentionem mortis Calixti III. qui anno superiore obiit: vnde liquet eum narrationes suas huc vsque pertexuisse. Eius Decades in Epitomen contraxit AEneas Syluius.

Ascribere huc libet CVSPINIANI annotationem de pueritia MAXIMILIANI Imp. *Ab infantia, inquit, penè in nonum ætatis annum elinguis, vt plerisque mutus iudicaretur: tanta difficultate primùm verba enunciabat, non sine matris ingenti dolore. Sed quantum difficultas illa loquendi in pueritia fuit plerisque molesta, ita in perfecta eius ætate facundia omnibus etiam externis fuit admirabilis, qui supra patriam linguam, Latinè, Gallicè & Italicè eleganter loquebatur. Vnde cùm Francofordiæ in Regem Romanum eligeretur, collaudantibus eum certatim Principibus coram Friderico Imperatore, & potissimum, quòd expeditè latinè loqueretur & legeret, Respondit Fridericus astantibus:* Nescio, *inquit,* quo pacto vel legat vel loquatur, hoc mihi certè constat, quòd cùm duodecimum ætatis ageret annum, subuerebar ipsum aut stultum futurum aut mutum.

5430 *PIVS II. Gregorium Heimburg Legum Doctorem excommunicat: sed ei Gregorius vehemens scriptum opposuit, quod extat in Vrsperg. Paralipomenis. Vide Syl. Epistola 415. Platina ait, Pium II. grauissimis censuris persecutum esse Sigismundum Austriæ ducem, quòd Nicolaum* 1460

Cusanum Cardinalem cepisset, & comprehensum aliquandiu in carcere detinuisset.

Academia BASILIENSIS instituta à PIO II.PP.

ALEXANDER TARTAGNVS de IMOLA, legum veriss. ac fidissimus interpres, circa hunc annum floruit. Forster.

5431 *SYNOPEN & TRAPEZVNTEN Mahumetes occupauit, & imperio suo adiunxit, Dauide Comneno Rege cum duobus filiis capto & cæso. Chalcondyles, Leoncl au. Cuspinianus, Drechslerus.* 1461

HVLDERICVS ZASIVS IC. Constantiæ vrbe Imperiali nascitur.

5432 *FRIDERICVS Comes Palatinus Rheni, commisso prælio non procul ab Heydelberga inter Rhenum & Neccarum, tres Principes cepit 1. Iulij (alij pridiè) CAROLVM Marchionem Badensem, GEORGIVM eius fratrem Episcopum Mediomatricum, & HVLDERICVM Comitem VVirtebergensem, defensores Adolphi Nassauiensis, qui à Romano pontifice designatus erat Archiepiscopus Moguntiæ, contra Dietherum Comitem Isenbergensem, quibus in arcem deductis & conuiuio Principibus digno exceptis, prohibuit apponi panem, eumque postulantibus iussit renunciari: voluisse se illos commonefacere: bella sic geri debere: vt petatur hostis, non innocens turba agricolarum fame necetur, quorum segetes ipsi contra iura belli crudeliter vastassent, & frumentum iam importatum succensis pagis corrupissent. Eosdem tamen postea grandi redemptos pecunia dimisit. Eber.* 1462

MAHVMETES classem misit in Insulam MITYLENEN, quæ & Lesbos dicitur, eamque cæso Dominico Catalusio Lesbi principe, occupauit, & omnem fermè Insulanorum multitudinem Constanopolim tanquam in Coloniam abduxit, Leoncl au. Cuspinianus.

LAONICVS CHALCONDILES Atheniensis historiam suam de origine ac rebus gestis Turcarum circa hunc annum terminat.

Ioannes Trittemius, Abbas Spanheimensis, nascitur in pago ad Mosellam, 1. Februarij

GEORGIVS PVRBACHIVS Bauar. Mathematicus, mor. Viennæ 8 April æt. 37. Eber.

5433 *FRIDERICVS Imp. obsessus fuit in arce Viennensi à ciuibus, vnde coactus fuit Imperator a Rege Boëmiæ GEORGIO PODIEBRACIO auxilium petere. Boëmus Fridericum liberauit, arte vsus, vt neque periret, neque vinceret. Imperator vt gratus esset Georgio, creauit filios ipsius PRINCIPES MONSTERBERGENSES, quorum familia adhuc superstes est.* 1463

Ridiculum est, quod Cuspinianus narrat, Maximilianum puerum cum parentibus in arce clausum, matrem rogasse, vt ei perdicem aliquando daret, postquam hordeo iam pluribus diebus vesceretur. Quæ illachrymans: *Vtinam*, inquit, *mi fili, panis nos non deficiat.* Quidam verò Scholasticus indigne ferens, Principum inediam, quantum duobus tribusve aureis nummis ex volatilibus, perdicibus, capis & carnibus ferinis comparare potuit, succinctus ac suffarcinatus, super inducta longiori veste scholastica fossam arcis insiluit, & per cuniculum ingressus Maximiliano hæc dona obtulit. Hunc deinceps Cæsar liberalius perpetuò dilexit ac fouit.

BLONDVS FLAVIVS historicus celebris & multorum Pontificum Romanorum Secretarius, moritur Romæ 4. Iun. ætat. 71. Fend. Laurent. Schraderus in monum. Italiæ habet an. 75.

Fridericus Elector Saxoniæ, conditor Academiæ Witebergensis, nascitur 17. Ian.

CLIMACTERES DOMVS Saxonicæ.

Quidam ab hoc anno inclusiuè, supputarunt climactericos

ctericos septenarios, quibus in domo Saxonica plerunque aliquid mutationum accidisse obseruatum est. Eius rei hæc sunt exempla: *Anno 1469. natus est IOANNES Dux Saxoniæ Elector, Friderici frater. 1483. Nascitur LVTHERVS. 1497. Nascitur MELANCHTHON. 1504. Primus annus ætatis Ioannis Friderici completur, & PHILIPPVS Landgrauius Hassiæ nascitur. 1511. Lutherus vrbe Roma Vitebergam reuersus. 1518. Mutatio religionis in Saxonia. 1525. Obiit FRIDERICVS Elector. 1532. Obiit IOANNES, Friderici frater. 1539. Obiit GEORGIVS Dux Saxoniæ, successit Henricus, Mauritij & Augusti Electorum parẽs. 1546 Obiit LVTHERVS, & exarsit bellum Saxonicum siue Smalcaldicum, quod gessit Carolus contra Principes confœderatos. 1553. Obiit MAVRITIVS Elector, succedente ei fratre AVGVSTO. 1560. Obiit MELANCHTHON. 1567 GOTHA capta. 1574. IOACHIMVS Camerarius obiit. Idem fatalis fuit Academiæ VVitebergensi.* Hæc ita accidisse certum est: sed futura ex his extruere incertum ac superstitiosum: si quid experientia dictauerit, de eo demum asseueremus, futurorum scientiam, dispositionem aut dispensationem soli DEO piè tribuentes & commendantes.

IOANNES PICVS Comes Mirandulæ & Concordiæ Dominus, vir diuino ingenio, nascitur, 24. Februarij.

IOANNES VIRTVNGVS de Hasfort Mathematicus nascitur 14. Martij. Garc.

A condito templo Salomonis huc vsque an. 2500. id est, 50. Iubilæi, à morte Ottonis M. 490.

CORONATIO MATTHIÆ Regis Vngariæ.

5434 *FRIDERICVS Imp. Vngaris petentibus restituit Vngarici regni Coronam, quæ penes ipsum fuerat an. 24.* 1464

Itaque

Itaque MATTHIAS CORVINUS ea coronatur anno regni sui 6. die Cœnæ Domini, 18. Martij, vel vt alij, die Paschatis. Vngar. Chron. cap. 156. Bonfin.

STEPHANVS Rex BOSNENSIS, & iure vxorio Seruiæ ac Rasciæ Despota, bello petitus à MAHVMETE Turc. Imp. & obsessus Iaitzæ, blanditiis Tyranni e castello ad colloquium euocatur. Verum nullas metuens insidias, sed pace inita fretus, in castra cùm venisset, iussu Mahumetis captus, & cute viuus exutus est, ac iusto Dei iudicio cum vita regnum, quod patri dolo eripuerat, amisit. Hoc modo BOSNA, RASCIA & SERVIAE magna pars in Turcarum potestatem peruenit, annis 11. post captam Constantinopolim. Leonclau. in Pand. Turc. & Drechslerus.

Obiciunt:

I. ÆNEAS SYLVIVS, aliàs PIVS II. Papa, decessit circa 14. vel 15. Augusti, cùm vixisset an. 58 mens. 9. d. 27. Plat. Eius quasdam sententias recitat Platina: Litigatores, dicebat, esse aues: forum, aream: iudicem, rete: patronos, aucupes. Vinum quod mentem excitet, non quod obruat, sumendum. Hostem in se nutrire, qui nimis filio ignoscit. Dignitatibus homines dandos, non dignitates hominibus. Qui multos regit, à multis regatur oportet. Regem qui nulli fidit, inutilem esse: nec meliorem, qui omnibus credit. Vt in mare flumina omnia, sic vitia in magnas aulas fluere. Lubricam esse primum apud Reges locum. In rebus diuinis non qua ratione probetur, sed à quo dicatur animaduertendum. Plebeiis argenti, nobilibus auri, principibus gemmarum loco literas esse debere, &c. Hic Æn. Syl. cùm quædam supprespsisset ac damnasset Pontifex, quæ priuatus scripserat, hoc scommate à quodam notatus est: Quod Æneas probauit, Pius damnauit.

Successit PAVLVS II. PP. sedit an. 6. m. 10. d. 29.

II. FRIDERICVS II. Elector Saxoniæ, Lipsiæ 7. Septem.

Septem. ætat. 53. gubernationis 36. sepultus Misnæ in templo Cathedrali, successit in Electoratus dignitate ERNESTVS filius, pater Friderici Sapientis. Fabric. (Eber. ad præced.)

III. NICOLAVS CVSANVS Germanus, Cardinalis & Episcopus Brixiensis, Theolog. Rhetor, Mathematicus & Philosophus, Romæ 11. Augusti, ætat. 63. Tritth.

IIII. ANGELVS de ARETIO Iurisconsultus. Freymonius in Symphonia iuris Chronolog.

Ab hoc anno initium sumit historia PHILIPPI COMINÆI de rebus LVDOVICI XI. Galliarum Regis, & Caroli Burgundiæ Ducis.

5435 *LVDOVICVS XI. regnare cœperat in Galliis an. 1461. regnauit an. 23.* 1465

LAVRENTIVS VALLA Romanus, Alphonsi Regis Secretarius, optimè meritus de lingua Latina, obiit Romæ Cal. Augusti, ætat. 50. sepultus in Laterano, vbi fuit Canonicus. Hic omnes fermè Latinos Scriptores reprehendit: vni Quintiliano assurrexit. In hunc seuerum censorem scriptorum Latinorum iam mortuum ita quidam lusit, teste Tritthemio:

Nunc postquam manes defunctus Valla petiuit,
Non audet Pluto verba Latina loqui.
Iupiter hunc cœli dignatus honore fuisset,
Censorem linguæ sed timet ipse suæ.

Pax inter POLONOS & CRVCIFEROS in Prussia Torunij facta 19. Octob. ea conditione, vt Magister Ordinis cum suis Cruciferis semper sint in fide & clientela Regum Polonorum, idque solenni iuramento confirmatum est. Hoc modo PRVSSIA ab imperio auulsa, Poloniæ coniuncta est. Chron. Polon.

FINIS CAPTIVITATIS BARBARICÆ LITERARUM POLITIORUM.

ERASMVS ROTERODAMVS, nascitur die Simonis

monis & Iudæ 28. Octob. Alij ad præced. Sed Cardanus ad seq. Nos ex illius scriptis annum inter hos duos medium collegimus. Est annus à finita & soluta captiuitate Babylonica 2000. Erasmus rudimenta Linguæ Latinæ & Græcæ didicit Dauētriæ in Schola Alexandri Hegij, qui cùm aliquando Rudolpho Agricolæ Scholasticorum scripta mōstrasset, prætulit Rudolphus Erasmicum scriptū cæteris, propter inuentionis acumen, orationis puritatem, & figuras aptè ceu flosculos interspersos, eoq; adeò delectatus est, vt accersito ad se Erasmo dixerit: *Tu eris olim magnus*: vel vt alius quidam reddidit: *Tu nisi me fallant omnia magnus eris.*

IOANNES AVENTINVS cognom. Turmairius Annalium Boiorum autor, Abusinæ Bauariæ oppido nascitur.

5436 *GEORGIVS CASTRIOTVS ob virtutem dictus Scanderbegus, Epirotarum Princeps, qui Turcicam rabiem à vastatione Epiri & Vngariæ annos 24. arcuerat, febri extinctus obiit die 27. Ian. Lyssi ad Drillum amnem, an. ætat. 63. à morte Philippi Macedonis & regno Alexandri Magni 1800.* 1466

5437 *SIGISMVNDVS I. Rex Poloniæ, nascitur 1. Ianuarij.* 1467

5438 PAVLVS III. PP. nascitur 28. Febr. Cardan. 1468

LEODIVM vrbs à Caroli Burgundiæ Ducis exercitu captum, direptum, incensum atque vastatum est, & sexcenti infantes orbati matribus & nutricibus in Mosa fluuio submersi sunt, die 30 Octobris. Cominæus, Gaguin. Naucl. Vrsp.

5439 FRIDERICVS Imp. religionis gratiâ media hyeme Italiam ingressus, paruo comitatu Romā contendit (vt loquitur Cranzius) nemini formidabilis, paucis etiam fortè venerabilis. Peregrinum Romipetam Itali transire sinebant, si non irridebant, excepit eum Paulus Pontifex perbenignè pridie natalis Christi. Cran. Volaterranus scribit, se 1469

quo-

quoque interfuisse huic cœtui patrum & ciuium Roman. à quibus Fridericus exceptus sit prima Vigilia noctis natalem Dominicum præcedentis, facibus noctem vincentibus.

IOHANNES Elector Saxoniæ, nascitur 29. Iunij.

5440 *MAHVMETES occupata EVBOEA Insula, quam Veneti tunc tenebant, Metropolim illius CHALCIDEM solo æquauit, crudelissimè interfectis omnibus vtriusque sexus, &c. Drechs. Naucl. Leonclauius. Palmerius.* 1470

NICOLAVS PEROTTVS, Episcopus Sipontinus C.S.E. claruit hoc tempore.

Nati sunt:

I. PETRVS BEMBVS Cardinalis 20. Maij. Cardan.

II. BILIBALDVS Pirckamer Noriberg. 4. Decemb. Garc.

Rex PORTVGALLIÆ magna classe fretum GADITANVM transgressus, magnæ MAVRITANIÆ oppida TINGAM ARGILLAMq; expugnauit: multasq; alias ciuitates in Mauritaniæ finibus Turcis ademptas suo imperio adiecit. Palmerius, Drechslerus.

5441 *VLADISLAVS Pragæ coronatus est 21. Augusti. Mechou.* 1471

Imperator FRIDERICVS Comitia celebrauit Ratisbonæ, & postea Fridericum Electorem Palatinum iudicialiter deposuit Augustæ: sed nemo Principum ausus est Palatinum priuare possessionibus suis. Et cùm Imperator Fridericus decimū exigeret denarium pro defensione Turcarum, ipse Palatinus voluit capere vigesimum denarium & exterminare Turcam, & cum hoc Imperatorem Romanorum.

Nati sunt:

I. GEORGIVS Dux Saxoniæ 27. (alij 26.) Augusti.

II. AL-

II. ALBERTVS DVRERVS *Pictor excellentiss. 20. Maij. Cardan.*

Obierunt:

I. PAVLVS II. PP. 5. Cal. Augusti: cuius morte etiam historia PLATINÆ terminatur. Successit XYSTVS IV. 5. Id. Augusti. Sedit an. 13. d. 5. Hic primus Maiestati Pontificiæ, quæ antea religione tantum colebatur, arma quoque & terrorem addidit. Panuin.

II. FRIDERICVS II. Elector Marchio Brandeb. 10. Februarii. Hic primus scripsit se Stetini & Pomeraniæ Ducem. Successit ei frater ALBERTVS, cognomento ACHILLES Germanicus. Iust.

III. GEORGIVS PODIEBRACIVS, Rex Boemiæ, mor. ex hydrope 22. Martij, æt. 50. cuius obitū antecessit mors Rochezanæ Hussitici presbyteri diebus 15. Post Podiebraciū VLADISLAVS Casimiri Regis Poloniæ primogenitus, creatur Rex Boëmiæ feria 2. post Vrbani, die Lunæ 27. Maij.

IV. DIONYSIVS RIKEL Carthusianus, cuius extant Scholia in textū Bibliorum, 12. Martij. Dionysius hic (Tritthemij verba recito) tot ac tanta scripsit, vt numero opusculorum, præter Augustinum, apud Latinos parē habuerit neminem. Contemplationi & orationi cum tanto feruore instabat, vt eum nil scribere potuisse vnquam putares: rursum in scribendo ac legendo tam sedulus erat, vt nec orare, nec contemplari eum posse vnquam æstimares. Erat parcissimi somni: cibi & potus abstinentia admirabilis, qui die ac nocte in lege Domini meditari dulce iudicabat: semper autem scribens aliquid vtile, aut legens: ita vt & lectionem oratio sæpè interrumperet: & orationem lectio sacra frequenter exciperet. Tritthemius.

5442 INGOLSTADIENSIS Academia hoc anno fundata dicitur: alij 1420. Iust. 1472

Hoc tempore in Italia floruerunt, RVPERTVS de Lycio

Ec Fran

Franciscanus, qui Romæ fuit concionator: POMPONIVS Lætus, & DOMITIVS Calderinus. De Pomponio ridiculè refert Ludouicus Viues, eum adeò deditum fuisse linguæ Romanæ, vt Græcam non ausus sit attingere, ne qua peregrinitate contaminaret Latinam. Tantus fuit admirator Romanæ vetustatis, vt Christiani Petri nomine reiecto, se dixerit Pomponium: celebrabat natalem vrbis, & colebat Romulum, seque Dictatorem nominabat. Quoties marmor aliquod vetus effodiebatur ex vrbis ruinis, illachrymabat: rogatus cur id faceret: Admonitu, *inquit*, temporum meliorum ploro. *Domitius verò Calderinus ne Missam quidem volebat audire, & cum ab amicis ad eam duceretur, dixisse fertur:* Eamus ad communem errorem. *Hæc Viues.*

BESSARION natione Græcus Constantinopolitanus moritur 18. Nouemb. Hunc virum ob excellentem eruditionem & vtriusque linguæ facundiam Eugenius PP. in ordinem Cardinalium asciuit, eiusque domus Romę instar Academiæ studiosis omnibus patuit. Tantillum tempus exactū est, ex quo Romę vixerunt primarij Episcoporum, qui Græcis atque adeò Asiaticis Ecclesiis præfuerunt, non quidem titulo tenus, sed re ipsa tales, & doctrina, grauitate ac pietate maximis Ecclesiis per Græciam digni. Fuit Bessarion vir spectatissimæ probitatis, doctrinæ & grauitatis: apud quem Græci multi, arma Turcica fugientes, certissimū salutis portum inuenerunt. Ei familiares fuerunt: Trapezuntius, Gaza, Argyropylus Gemistus Plethon, Philelphus, Blondus, Aretinus, Poggius, Valla, Perottus, Episcopus Sipontinus (autor Cornucopiæ) Campanus, Platina & alij.

5443 *MAHVMETES Imp. Turc. VSVNCASANI Persarū Regi exercitu 80000. Turcarum bellum intulit: eumque prælio peracri commisso, cum exercitu deuicit, & in fugam coniecit, filio ipsius ZENIALE capto & trucidato, cir-* 1473

te circa mensem Maium. Leoncl. in Annal. Turc. Drechsler. ad sequentem an refert.

IOHANNES Capnio (Reuchlin.) scribit se hoc anno Parisiis didicisse Græcam linguam ex discipulis Gregor. Tiphern. Hic postea ferè primus Græcas literas in Germaniam intulit.

Nati sunt:

I. *HENRICVS Dux Saxoniæ, pater MAVRITII & AVGVSTI Electorum, 16. Martij.*

II. *NICOLAVS COPERNICVS Mathematicus insignis 9. Februarij, minutis 48. post horam 4. pomerid. Toruniæ in Borussia.*

5444 FRIDERICVS I. Dux Lignic. & Breg. coniugem duxit Ludomillam Georgij Podiebracij Regis Bœmiæ relictam filiam, mense Septembri. 1474

5445 XYSTVS IV. Iubilæum ex 50. anno ad 25. contraxit & reduxit, ac celebrauit hoc anno Iubilæum Pontificium quintum. Idem festum Conceptionis Mariæ confirmauit. 1475

STEPHANVS Moldaniæ Princeps, vir magnus & bellicosus, Turcas ad eam Danubij partem, quam Moldauiam & Valachiam appellant, die 17. Ianuarij memorabili strage cæcidit. Leonclau. in Annal. Drechsl. & Palmerius.

Ingens agmen locustarum peruagatum est Vngariam, Morauiam, Poloniam & Silesiam, adeò vt densitate conspectum Solis adimerent, & examina in longitud. & latitud. in miliare vnum cum dimid. extenderent, 31. Martij. Cromer.

Nati sunt:

I. LEO X. Papa 9. Decemb. Cardan. Panuin. 11. Decembris: ante natum Lutherum 8.

II. GEORGIVS de FRONSPERG heros præclarissimus & bellicosissimus, in arce Myndelhaimensi. Crus. in Annal. Sueuiæ.

5446 FRIDERICVS Bauariæ Dux, Comes Palat. Rheni, Elector, mor. 12. Dec. æt. 51. sepultus Heydelbergæ: 1476

cuius Sarcophago inscriptum est: *Fridericus, &c. salus patriæ, prædonum fulmen, tres illustres hostes vicit, Principatum auxit, & piè viuis excessit.* Wimpfeling *Fuit eius vitæ socia Virtus, Gloria mortis comes.*

5447 CAROLVS *Audax seu bellator, Burgundiæ Dux potentissimus, Caroli V Imp. proauus, post varia bella, intra octennium plerunque feliciter à se gesta, tandē ab Heluetiis gemina clade, breui admodum tempore affectus, etiā à Renato Lotharing. Duce, eiusdemq; copiis auxiliarib. apud Germanos & Heluetios conquisitis, ad Nanseium oppidū exercitu suo partim cæso, partim in fugā verso, superatus in acie, miserè occubuit 5. Ian. æt. 44. Corpus demortui Principis postridiè repertū è glacie, quæ totū illud astrinxerat, euulsum, & in oppido iuxta Principū monumenta satis honorificè sepultū est. De hoc Carolo ita Philip. Comin. qui ei familiaris fuit:* Hic, *inquit*, est exitus potētissimi Principis, quo maiorē ad vicinos Reges atque populos autoritatē nemo habuit. Qua potissimū re Deū in se vehementiùs cōcitarit, non facilè dixerim, nisi quòd omnē, qua fruebatur, felicitatē à suo pendere putabat ingenio & virtute. Præditus erat sanè multis eximiis dotibus: operā dabat, vt homines excellenti virtute familiares haberet: multis cupiebat bene facere: suorū negotia & cōtrouersias cognoscebat ipse & liberaliter eos audiebat. Quamdiu cū eo vixi, ingenio erat satis placido: postea verò crudelior euasit, quæ quidem res indubitatum erat signum futuri occasus. In cultu corporis & vestium luxu aliisq; rebus omnib. propè nimius erat: cupidissimus erat gloriæ, quæ fuit præcipua causa, cur bella susciperet. Hoc enim spectabat inprimis vt, sicut prisci quidam Heroës, celebraretur. Animi magnitudine, robore & audacia nulli cedebat. Nō facilè dixerim, illi ne Deus an ipsius populo magis fuerit iratus. Interfectus enim ipse fuit temporis ferè puncto, sine vllo maiori cruciatu: sed eius prouinciæ ab eo tempore peri- 1477

perpetuis bellis diuexantur, &c. *Hic fuit exitus gloriæ & maiestatis Ducum domus Burgundiæ, quorum hic Carolus fuit postremus.*

VENETORVM copiæ à Turcis duce MARBECHO, ad amnem Sontium propè castra Gradiscana in foro Iulii ad internecionem cæsæ & profligatæ sunt: In quo prælio ipse Veneti exercitus dux HIERONYMVS Veronensis vna cum filio suo occubuit: reliqui viri illustres capti, & quicquid villarũ inter Sontium & Tiliauentum amnes fuit, ad Vtinum vsque ferro flammis & rapinis deuastatum est. Antonius Sabellicus lib. 6. de vetust. Aquileiæ.

Academia TVBINGENSIS constituta ab EBERHARDO Duce Wirtebergensi: cuius primus Rector fuit IOHANNES Nauclerus.

De hoc Eberhardo id quoque refertur: In conuentu Wormatiensi, cùm Saxoniæ Duces vocassent ad cœnam Duces Bauariæ, Palatinos & ipsum, & singuli suarum regionum ornamenta prædicarent, alij venas metallicas, alii vrbes, alii frumenta & vinum: sedit tacitus auditor EBERHARDVS Ibi tandem Albertus Saxoniæ Dux, cur non iubemus etiam Ducem Wirtebergensem de sua patria loqui? Respondit hic modestè: Scio, vestras familias potentia, authoritate & opib. antecellere, nec vobiscum certare possum, sed contentus sum meo, & scio me Deo gratitudinem debere. At vnũ hoc prædicare me posse existimo: Securus in medio æstu in campo & solus in gremio cuiuslibet meorum ciuium dormire possum. Quid significaret non obscurum erat.

MAXIMILIANVS Friderici Imp filius MARIAM Caroli Ducis Burgundiæ iam defuncti filiam & heredem in matrimonium vna cũ regno Burgundiæ accepit. Volater.

Nati sunt:

I *HERMANNVS Archiepiscopus Coloniensis Elector 13. Ianua Eber.*

II. *IOHANNES SCHONERVS excellens Mathe-*

 mat.

maticus die 16. Ianuarij, minutis 7. ante vndecimam horam noctis, Caroloſtadij in Francia. Eber.

Obierunt:

I. VSVNCASANES, qui Perſis, Parthis, Medis ac toti penè Orienti præfuit: cui ſucceſſit filius maior natu: qui vt regno ſolus potiretur, capite fratres ſuos truncauit. Drechſl.

II. IOHANNES REGIOMONTANVS Mathematicus, Romæ, ætat. 41. alij ad præced.

III. ALEXANDER de IMOLA IC. & legum interpres clariſſimus, qui Commentarios ſcripſit ad ius ciuile, Bononiæ, ætat. 53. profeſſionis 30. Schrader. in monum. Italiæ.

IV. BARTHOLOMÆVS CÆPOLLA IC. cuius ſcripta nota ſunt. Forſter.

5448 IOHANNES Keiſersberg factus eſt Concionator in templo Argentinenſi. Paralip. Vrſp. 1478

MAHVMETES Turcarum Imp. CROIAM Epiri vrbem munitiſſimam (poſtquam eandem ad vndecimum vſque menſem graui obſidione preſſiſſet) fame tandem coactam, in deditionem accepit. Marin. Barletius.

Idem MAHVMETES SCODRAM, Macedoniæ ora caput, diu obſeſſam & oppugnatam Venetis deditione extorſit. Barletius, Leonclau.

Nati ſunt:

I. PHILIPPVS Rex Hiſpaniæ, pater CAROLI V. Imp. 23. Iunij, ab obitu Alexandri Magni 1800.

II. LVDOVICVS Palatinus Rheni Elector 2 Iulij.

III. CONRADVS PELLICANVS 9. Ianuarij, Rubeaci. *Hic fuit ex primis, qui linguam Ebraicam in lucem reuocârunt. Nam vno eodemque tempore Tubingæ, vna cum Capnione (qui primus in Germania hanc linguam excolere cœpit) Ebraicæ linguæ operam dedit, poſtea anno 1526. Tigurum vocatus publicè ſacram linguam docuit, & ſuis in omnes Veteris & Noui Teſtamenti libros commentarijs doctrinam Euangelicam non parùm propagauit. Lauaterus.*

IV. LI-

Digitized by Google

IV. LILIVS GREGORIVS GYRALDVS 15. Iunij, Ferrariæ. Operum eius duo extant Tomi impressi Basileæ.

THEODORVS GAZA Thessalonicensis, græcè Latinéque doctissimus, qui lib. Aristotelis de animalib. magna cum laude vertit, obijt Romæ.

5449 IOHANNES WESSELVS Groningensis, Concionator Wormatiensis, damnatur ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis Moguntiæ, quòd de Indulgentijs, Ieiunio & alijs articulis quædam à communi sententia eius temporis aliena docuisset. 1479

HIERONYMVS ALEANDER Cardinalis Brundusinus, Mottæ in Carnia natus est. Schrad.

5450 IVBILÆVS MVNDI 109. *Mosis 59 prædicationis Christi 29.* 1480

TVRCÆ exercitu sexaginta millibus militum instructo, à STEPHANO BATHOREO Transyluaniæ Vaiuoda, & PAVLO KINISIO Comite Temesuariensi, prælio superati, & Turcarum 30000. Vngarorum vero 8000. cæsi sunt. Bonfinius

Eodem anno RHODVS à Turcis, iussu MAHVMETIS Turc. Imp. maximis copijs à MESITE Bassa Veziri obsessa est. Verùm PETRVS ALBVSSONIVS Gallus, magnus equitum Rhodiensium Magister, eos damnis grauissimis adfectos, fortiter repulit: ita vt toto obsidionis tempore ad triginta Turcarum millia perierint. Leoncla. in Annalibus.

HIDRVNTVM Apuliæ vrbs maritima, ampla & populosa à Turcis post Rhodianam cladem, duce ACHMATE Bassa, capta est, interfectis Christianorum plus quam 12000. saltem 22. fuga elapsis. Trit. lib. de Spir. Dre[illegible]

RVDOLPHVS Agricola, die 3. Febr. absoluit de Inuentione Dialectica libros lectu dignissimos.

IOHANNES Capnio Grammaticam Græcam à se [illegible] ptam titulo [illegible] publicè prælegit Pictauij. Præfat. gram. Ebraicæ.

FRIDERICVS II. Dux Lignicensis, FRIDERICI III. & GEORGII I. parens, nascitur 12. Febr.

DVGLOSSVS Polonicus historiographus moritur 29. Maij. Mechou.

5451 *MAHVMETES II. Turcarum Rex nonus & PRIMVS IMP. Orientis, qui Constantinopolim cepit, extinguitur colicis doloribus in pratis vltra Bosphorum, cum præliatum iret contra Sultanum Ægypti, 3. Maij, an ætat. 51. regni 30. à capta Constantinopoli 28. Successit die 18. Maij primogenitus eius BAIAZETES II. Turcarum Rex decimus & SECVNDVS IMP. Orientis: qui paulò post fratrem suum Sultanum ZEMEM, qui alias Zizimus appellatur, prælio vicit & fugauit. Leonclau. Cuspin. Drechsl.* 1481

IOHANNES Capnio ornatur titulo Doctoris Iuris Pictauiæ.

Nati sunt:

I. CHRISTERNVS Rex Daniæ, 2. Iulii, Eb. alij 1. Iulij.

II. CASIMIRVS Marchio Brandeb. 27. Septem. hora 6. ante merid.

III. FRANCISCVS à Sickingen, Eques Francus 1. Martij.

IV. HIERONYMVS Schurff LL. Doctor clarissimus, 12. April. hora 5. matutina in oppido S. Galli apud Heluetios.

V. WOLFGANGVS Fabricius Capito, Ecclesiæ Argentinensis Minister, Hagenoæ.

Obierunt præterea:

I. FRANCISCVS Philelphus, Equestris ordinis Poëta præstans, Bononiæ, propemodum nonagenarius, & adeo pauper, vt ad funus efferendum & cubiculi & culinæ instrumenta venierint.

II. BARTHOLOMÆVS Platina, qui Pontificum Rom. vitas scripsit, peste extinctus Romæ. Tritth.

5452 *MARIA Maximiliani Imp. coniunx & CAROLI V. Imp. auia, equo lapsa 2. Martij, cùm fracto femore omnem* 1482

tracta-

Digitized by Google

tractationem loci affecti per verecundiam refugeret, post aliquot dies obiit, anno quinto post tristem Patris Caroli interitum, relicto filio Philippo quadrimo & filia Margarita.

Nati sunt:

I. FRIDERICVS II. Elect. Palat. Philippi filius 9. Decemb.

II. IOHANNES Haußschein / dictus Oecolampadius, minister Ecclesiæ Basiliensis, in oppido Winsperg.

III. GEORGIVS Spalatinus, Theologus.

5453 *IOHANNES Trithemius designatur Abbas Spanheimensis 29. Iulii, ibiq; commoratur vsque ad annum 1505.* 1483

Nati sunt:

I. MARTINVS LVTHERVS, qui primus mutationẽ doctrinæ in ecclesia nostro seculo instituit, natus patre Iohanne & Margareta matre, Islebii, 10. Nouemb. paulò ante mediam noctem, cùm postridie dies Martini incideret in diem Martis. Hinc ad Leonis X. Pontificatum anni 30.

II. NICOLAVS Ambsdorfius Theologus, nobili genere prope Wurtzenam Misniæ, 3. Decemb.

LVDOVICVS XI. Rex Galliæ die 30. Augusti (Mss. habet 30. Iulij an. regni 22.) obiit. Successit eius filius CAROLVS VIII. qui regnauit an. 14. Til. Onuph. Hunc pater noluit plus Latini sermonis discere, quàm illa quinque verba: Qui nescit dissimulare, nescit regnare.

5454 *IOHANNES Lichtenbergius describit insignem coniunctionem Planetarum Saturni & Iouis, quæ hoc anno die 25. Nouemb. horis 6. minutis 4. post meridiem transactis acciderit, in Scorpione.* 1484

Nati sunt:

I. IOACHIMVS I. Marchio Brandeb. Elector V. 21. Febr. hora 10. post merid.

II. GEORGIVS Marchio Brandeb. Onolsbachij, 4. Martij, hora 1. ante merid.

III. IVLIVS CÆSAR Scaliger, BENEDICTI, Viri & bellatoris fortissimi, ex antiquissima & nobilissima SCALIGERORVM Principum quondã VERONENSIVM familia oriundi, filius, IOSEPHI pater, in castro Ripa, ad caput lacus Benaci, loco ditionis Scaligerorum, die 23. Aprilis.

IV. IOACHIMVS Vadianus, Medicus, Poëta & Geographus excellens, sub finẽ mensis Nouemb. aut Decembr in ciuitate Sangallensi in Heluetia.

V. HVLDRICHVS Zwinglius Theologus, apud Toggienses Heluetios in oppido Zum Wilden haus/honesto apud suos loco, Cal. Ianuarij. Pantal refert ad an. præcedentem.

VI. B. PAVLVS SPERATVS à Rutilis, nobilis Sueuus, Theol. 13. Decembris.

XYSTVS IIII. PP. obijt Idib. August. Huic successit INNOCENTIVS VIII. Sedit an. 7. m. 10. d. 27.

Hoc tempore in Italia floruerunt ANTONIVS Sabellicus celebris Historiographus, MARSILIVS Ficinus, qui Platonem vertit, HERMOLAVS Barbarus, IOHANNES PICVS Mirandulanus, ALDVS Manutius & ANGELVS Politianus. Item NICOLAVS Eremita Heluetius, summa abstinentia, Spirituque prophetico coruscans.

Est annus ab exitu ex Ægypto 3000.

5455 *VIENNA Vrbs à MATTHIA Rege Vngariæ, fame execrabili expugnata, sese dedidit MATTHIÆ Cal. Iunij, cum modius vnus farinæ venderetur 107. florenis. Bonfin. Vng. Chron. Eber. 2. Iunij.* 1485

STEPHANVS MOLDAVIÆ Princeps, obedientiæ & imperio CASIMIRI Regis Poloniæ iuramento die 15. Septembris sese subdidit. Leonclau.

Eodem anno STEPHANVS Moldauorum princeps, CASIMIRI Regis Poloniæ cliens, à Polonis desertus, BESSARABIAM in extrema Valachiæ ora ad mare nigrum sitam, quæ CHILIVM, vel KYLIAM olim ACHIL-

ACHILLEAM & MONCASTRUM oppida continet, a Turcis sibi ereptam amisit. Leonclau.

Nati sunt:

I. IOHANNES Bugenhagius Pomeranus, Theolog. 24. Iunij.

II. BARTHOLOMÆVS Latomus Iurisconsultus natione Belga, cuius scripta contra Bucerum extant.

Hoc anno die 28. Octob. ætatis circiter 42. expletis, obijt RVDOLPHVS Agricola Groningensis, natione Frisius, Iohannis Dalburgij Episcopi VVormatiensis præceptor: sepultus Heydelbergæ apud Franciscanos, cui Hermolaus Barbarus hoc scripsit Epitaphium:

Inuida clauserunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam, Frisij spemque decusque soli.
Scilicet hoc vno meruit Germania, quidquid
Laudis habet Latium, Græcia quicquid habet.

IOVIUS ita eum celebrat: *Hausisti Rudolphe Ebraicas Græcasque literas adeò stupenda celeritate, vt nequaquam Groningæ in Frisia, sed Ierosolymis ac Athenis natus & educatus credereris: Latinas verò tanta felicitate didicisti ac docuisti, vt exacta puritas ac nobilis illa eloquentiæ Romanæ vbertas in Oceani littore quærenda videatur. Viuent profectò in admirantium manibus tua illa in Dialecticis & Rhetoricis præcepta, & diuini ingenij carmina, &c.*

5456 MAXIMILIANVS Friderici Imp. filius, die 16. Febr. electus in Regem Romanorum Francofurti: coronatur in vrbe Aquensi 10. Aprilis, ætat. 28. 1486

Partitio prouinciæ Saxonicæ & Misniæ transacta inter ERNESTVM & ALBERTVM fratres, Duces Saxoniæ.

Sultanus ALCAIRI, duce VSVNE Vsbego, Turcarum copias, quibus FERHATES Caramaniæ Beglerbegus & Bajazetis Imp. gener præerat, profligauit & dissipauit, ipso Ferhate Bego interempto. Leonclau.

Nati

Nati sunt:

I. IOHANNES ECCIVS *Theologus inter Pontificios primarius, 13. Nouembris.*

II. HENRICVS CORNELIVS *Agrippa à Nettesheim, qui de vanitate scientiarum scripsit, 14. Septembris.*

Obierunt:

I. ERNESTVS Elector Saxon. 26. Augusti: ætat. 46. Successit filius FRIDERICVS ætat. ann. 24. à mentis sagacitate SAPIENS dictus, qui dignitatem Electoris Saxon. obtinuit an. 39.

II. ALBERTVS dictus ACHILLES Germanicus, Marchio Brandeb. Elector III. 11. Martij, ætat. 72. Francofurti in ipsis Comitiis, relicto successore filio IOHANNE Electore IV. sepultus apud Heilprunnam Franconiæ. Huius Alberti Elogium in Europa sua reliquit Æneas Syluius cap. 39. *Hic Albertus à pueritia*, inquit, *educatus in armis, pluribus interfuit prælijs, quàm alii sui temporis duces. Militauit in POLONIA, SILESIA, PRVSSIA, BOEMIA: nullus in Germania terræ angulus quem non calcarit armatus: duxit exercitus innumerabiles, prostrauit ferocissimos hostes, expugnauit munitissimas vrbes In congressibus pugnam prior iniȷt, Victorà prælio excessit vltimus, in oppugnationibus oppidorum sæpè murum primus ascendit Singulari certamine nunquam non strauit hostem. In militaribus ludis nunquam equo deiectus, cum ipse omnes in se currentes equo deturbauerit. Quibus ex rebus non iniuria Teutonicus ACHILLES appellatus est: in quo non solùm militares artes & Imperatoriæ virtutes singulari quadam gratia reluxêre, sed nobilitas quoque generis, proceritas corporis ac venustas, & virium robur, ac facundia linguæ, admirabilem eum ac penitus diuinum reddidere.*

III. GEORGIVS Trapezuntius, Romæ, nonagenarius, qui in senecta literarum omnium oblitus dicitur.

MAXI-

5457 MAXIMILIANVS Cæſar capitur à Brugenſibus 1487
ætat. 28. poſtea liberatus à patre.

Nati ſunt:

I. CAROLVS Dux Geldriæ, 8. Nouemb.

II. VDALRICVS Dux Wirteberg. 8. Febr.

III GALEACIVS Capella hiſtoricus Mediolanenſis, 7. Martij.

5458 *Bellum GLOGOVIENSE geſtum, quo MATTHIAS Rex Vngariæ IOHANNEM Ducem Glogouienſem, Ducatu exuit & expulit. Hic Dux Senatores Glogoniæ fame necauit, de quo Curæus In caſtris Mathiæ fuerunt equites Raſcij. Ideo hoc bellum à ruſtica plebe nominatum fuit Raſcianum.* 1488

Nati ſunt:

I. HELIVS EOBANVS Heſſus Poëta, 5. Ianuarij. Camer. (Eber. 6. Ian.)

II. VLRICVS Huttenus nobilis eques Francus, Poë a. 20. Aprilis, Steckelbergæ.

III. OSVVALDVS Myconius Theologus Baſilienſis, Lucernæ in Heluetia.

IV. HENRICVS Glareanus Heluetius, Poëta Laureatus, quem multa eius opuſcula clarum fecerunt.

FRIDERICVS I. Dux Sileſiæ Lig. & Bregenſis, Princeps pius & bellicoſus SILESIÆ totius gubernator, & præfectus LVSATIÆ ſuperioris, obijt die 9. May, ætat. 43.

5459 *NICASIVS Iuriſconſultus Coloniam venit, qui amiſit oculorum lumen anno ætatis 4. & tamen ita feliciter verſatus eſt in literis, vt factus ſit Doctor I.L. & Licentiatus Theologiæ. Prælegit Inſtitutiones Iuris.* 1489

Nati ſunt:

I. HENRICVS Iunior, Henrici Senioris filius, Dux Brunſuicenſis, Iulii parens, 10. Nouembris. Sunt qui ad annum ſequentem referant, & fortè rectiùs.

II. CAROLVS Borbonius (qui in expugnatione proxi-

proxima vrbis Romæ, globo bombardæ ictus occubuit) 17. Februarij, paulò ante horam tertiam matutinam, in Gallia.

III. SEBASTIANVS Munsterus in oppido Jngelheim: cuius extat versio Bibliorum, Grammatica Ebræa, Cosmographia, variaque monumenta.

IOHANNES VVesselus Frisius, C.S.E. obijt Groningæ 4. Octobris.

5460 Fasciculus temporum hoc anno terminatur, cuius autor fuit, teste Tritthemio, WERNERVS Rolewinck de Laër Westphalus, Carthusianus, qui adhuc vixit anno 1494. vt idem scribit. Huic libello postea adiectæ sunt additiones vsque ad annum 1518. 1490

Nati sunt:

I. ALBERTVS Dux Prussiæ, 17. Maij, hora 10. antemeridiana, Onolsbachij.

II. ALBERTVS Marchio Brandeburgensis, Archiepiscopus Moguntinus, 28. Iun. hora 2. pomeridiana.

III. IOANNES Waiwoda Transyluaniæ, postea Rex Vngariæ, 29. Martij.

IIII. FERDINANDVS Dux Albanus, qui in Belgico bella gessit, 25. Aprilis.

V. VALENTINVS Friedlandt Trocedorfius, Rector illustris Gymnasij Goltbergensis, in pago Trotzendorff prope Gorlicium.

MATTHIAS Rex Vngariæ, Turcarum terror appellatus, Apoplexia correptus obijt Viennæ 6. Aprilis, die Martis post Dominicam Palmarum, ætat. 47. regni 33. Leones qui Budæ detinebantur, omnes codē die interiere. Bonfin. Matthiæ in regno Vngariæ successit VLADISLAVS II. Rex Boëmorum, filius Casimiri Regis Poloniæ.

5461 Hoc anno nati sunt: 1491

I. HENRICVS VIII. Rex Angliæ, 28. Iunij, hora sesquiundecima ante merid.

II. MARTINVS Bucerus Theologus, Sletstadij.

Nico-

Digitized by Google

[illegible] Creuzenach Theologus, Viennæ [illegible] jt. Tritthemius.

54[illegible] NOVÆ INSVLÆ REPERTÆ a CHRISTOPHORO COLVMBO Genuensi. 1492

Memoria & consideratione dignissimum est, quòd vna cum literarum & studiorum instauratione totus penè mundus renouari, & certarum opum accessione augeri & ditari cœpit. Nam quod auditu mirum est, tam ὕστερ☉ ille (Dei beneficio) fuit hoc tempore: vt nostro orbi, hactenus incognitas & reconditas quasdam Insulas, nobis promeret, ditissimamque earum penu aperiret, Fœlicem hunc noui orbis partum (vt ita dicamus) obstetricum in morem, studio, industria & labore suo adiutantibus ac promouentibus viris peregrinationum auidis, & ad subeunda sustinendaq́; pericula impauido animo præditis: inter quos facilè princeps fuit CHRISTOPHORVS COLVMBVS, qui hoc ipso anno à Rege Hispaniæ nauibus instructus, Calendis Septembris soluit ab ipsis littoribus, qua nauigatione multas Regiones & Insulas orbis hactenus incognitas inuenit: quas postea Rex Hispaniæ coli & frequentari iussit. Ea de re ita Bembus hist. Venetæ lib. 6. *Columbus homo Ligur, ingenio peracri, qui multas emensus regiones, multum maris & Oceani perlustrauerat, tribus cum nauibus ad Insulas fortunatas, quas Canarias appellant, profectus, atque ab iis tres & triginta totos dies occidentem secutus solem sex numero Insulas reperit, quarum sunt duæ ingentis magnitudinis, quibus in Insulis Luscinia Nouembri mense canerēt, homines nudi, ingenio miti, lintribus ex vno ligno factis vterentur. Frumentum hi habent, quod Maizem appellant, multo quam nos, spica & culmo grandioribus, arundineisque folijs & plurimo*

cuius Sarcophago inscriptum est: *Fridericus, &c. salus patriæ; prædonum fulmen, tres illustres hostes vicit, Principatum auxit, & piè viuis excessit.* Wimpfeling: *Fuit eius vita socia Virtus, Gloria mortis comes.*

5447 *CAROLVS Audax seu bellator, Burgundiæ Dux potentissimus, Caroli V Imp. proauus, post varia bella, intra octennium plerunque feliciter à se gesta, tandē ab Heluetiis gemina clade, breui admodum tempore affectus, etiā à Renato Lotharing. Duce, eiusdemq; copiis auxiliarib. apud Germanos & Heluetios conquisitis, ad Nanseium oppidū exercitu suo partim cæso, partim in fugā verso, superatus in acie, miserè occubuit 5. Ian. æt. 44. Corpus demortui Principis postrid è repertū è glacie, quæ totū illud astrinxerat, euulsum, & in oppido iuxta Principū monumenta satis honorificè sepultū est. De hoc Carolo ita Philip. Comin. qui ei familiaris fuit:* Hic, *inquit,* est exitus potētissimi Principis, quo maiorē ad vicinos Reges atque populos autoritatē nemo habuit. Qua potissimū re Deū in se vehementiùs concitarit, non facilè dixerim, nisi quòd omnē, qua fruebatur, felicitatē à suo pendere putabat ingenio & virtute. Præditus erat sanè multis eximiis dotibus: operā dabat, vt homines excellenti virtute familiares haberet: multis cupiebat bene facere: suorū negotia & cōtrouersias cognoscebat ipse & liberaliter eos audiebat. Quamdiu cū eo vixi, ingenio erat satis placido: postea verò crudelior euasit, quæ quidem res indubitatum erat signum futuri occasus. In cultu corporis & vestium luxu aliisq; rebus omnib. propè nimius erat: cupidissimus erat gloriæ, eaq; fuit præcipua causa, cur bella susciperet. Hoc enim spectabat inprimis vt, sicut prisci quidam Heroës, celebraretur. Animi magnitudine, robore & audacia nulli cedebat. Nō facilè dixerim, illi ne Deus an ipsius populo magis fuerit iratus. Interfectus enim ipse fuit temporis ferè puncto, sine vllo maiori cruciatu: sed eius prouinciæ ab eo tempore per- 1477

perpetuis bellis diuexantur, &c. *Hic fuit exitus gloriæ & maiestatis Ducum domus Burgundiæ, quorum hic Carolus fuit postremus.*

VENETORVM copiæ à Turcis duce MARBECHO, ad amnem Sontium propè castra Gradiscana in foro Iulii ad internecionem cæsæ & profligatæ sunt: In quo prælio ipse Veneti exercitus dux HIERONYMVS Veronensis vna cum filio suo occubuit: reliqui viri illustres capti, & quicquid villarũ inter Sontium & Tiliauentum amnes fuit, ad Vtinum vsque ferro flammis & rapinis deuastatum est. Antonius Sabellicus lib.6.de vetust. Aquileiæ.

Academia TVBINGENSIS constituta ab EBERHARDO Duce Wirtebergensi: cuius primus Rector fuit IOHANNES Nauclerus.

De hoc Eberhardo id quoque refertur: In conuentu Wormatiensi, cùm Saxoniæ Duces vocassent ad cœnam Duces Bauariæ, Palatinos & ipsum, & singuli suarum regionum ornamenta prædicarent, alij venas metallicas, alii vrbes, alii frumenta & vinum: sedit tacitus auditor EBERHARDVS. Ibi tandem Albertus Saxoniæ Dux, cur non iubemus etiam Ducem Wirtebergensem de sua patria loqui? Respondit hic modestè: Scio, vestras familias potentia, authoritate & opib. antecellere, nec vobiscum certare possum, sed contentus sum meo. & scio me Deo gratitudinem debere. At vnũ hoc prædicare me posse existimo: Securus in medio æstu in campo & solus in gremio cuiuslibet meorum ciuium dormire possum. Quid significaret non obscurum erat.

MAXIMILIANVS Friderici Imp filius MARIAM Caroli Ducis Burgundiæ iam defuncti filiam & hærede in matrimonium vna cũ regno Burgundiæ accepit. Volater.

Nati sunt:

I HERMANNVS Archiepiscopus Coloniensis Elector 13. Ianua. Eber.

II IOHANNES SCHONERVS excellens Mathe-

maticus die 16. Ianuarij, minutis 7. ante vndecimam horam noctis, Caroloſtadij in Francia. Eber.

Obierunt:

I. VSVNCASANES, qui Perſis, Parthis, Medis ac toti penè Orienti præfuit: cui ſucceſſit filius maior natu: qui vt regno ſolus potiretur, capite fratres ſuos truncauit. Drechſl.

II. IOHANNES REGIOMONTANVS Mathematicus, Romæ, ætat. 41. alij ad præced.

III. ALEXANDER de IMOLA IC. & legum interpres clariſſimus, qui Commentarios ſcripſit ad ius ciuile, Bononiæ, ætat. 53. profeſſionis 30. Schrader. in monum. Italiæ.

IV. BARTHOLOMÆVS CÆPOLLA IC. cuius ſcripta nota ſunt. Forſter.

5448 IOHANNES Keiſersberg factus eſt Concionator in templo Argentinenſi. Paralip. Vrſp. 1478

MAHVMETES Turcarum Imp. CROIAM Epiri vrbem munitiſſimam (poſtquam eandem ad vndecimum vſque menſem graui obſidione preſſiſſet) fame tandem coactam, in deditionem accepit. Marin. Barletius.

Idem MAHVMETES SCODRAM, Macedoniæ ora caput, diu obſeſſam & oppugnatam Venetis deditione extorſit. Barletius, Leonclau.

Nati ſunt:

I. PHILIPPVS Rex Hiſpaniæ, pater CAROLI V. Imp. 23. Iunij, ab obitu Alexandri Magni 1800.

II. LVDOVICVS Palatinus Rheni Elector 2. Iulij.

III. CONRADVS PELLICANVS 9. Ianuarij, Rubeaci. *Hic fuit ex primis, qui linguam Ebraicam in lucem reuocârunt. Nam vno eodemque tempore Tubingæ, vna cum Capnione (qui primus in Germania hanc linguam excolere cœpit) Ebraicæ linguæ operam dedit, poſtea anno 1526. Tigurum vocatus publicè ſacram linguam docuit, & ſuis in omnes Veteris & Noui Teſtamenti libros commentarijs doctrinam Euangelicam non parùm propagauit. Lauaterus.*

IV. LI-

IVLIVS GREGORIVS GYRALDVS 13. Iunij, Ferrariæ. Operum eius duo extant Tomi impressi Basileæ.

THEODORVS GAZA Thessalonicensis, græcè latinéque doctissimus, qui lib. Aristotelis de animalib. magna cum laude vertit, obijt Romæ.

5441 IOHANNES WESSELVS Groningensis, Concionator Wormatiensis, damnatur ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis Moguntiæ, quòd de Indulgentijs, Ieiunio & alijs articulis quædam à communi sententia eius temporis aliena docuisset. 1479

HIERONYMVS ALEANDER Cardinalis Brundusinus, Mottæ in Carnia natus est. Schrad.

5442 IVBILÆVS MVNDI 109. *Missis 59 prædicationis Christi 29.* 1480

TVRCÆ exercitu sexaginta millibus militum instructo, à STEPHANO BATHOREO Transyluaniæ Vaiuoda, & PAVLO KINISIO Comite Temesuariensi, prælio superati, & Turcarum 30000. Vngarorum vero 8000. cæsi sunt. Bonfinius

Eodem anno RHODVS à Turcis, iussu MAHVMETIS Turc. Imp. maximis copijs à MESITE Bassa Veziri obsessa est Verùm PETRVS ALBVSSONIVS Gallus, magnus equitum Rhodiensium Magister, eos damnis grauissimis adfectos, fortiter repulit: ita vt toto obsidionis tempore ad triginta Turcarum millia perierint. Leoncl. in Annalibus.

HIDRVNTVM Apuliæ vrbs maritima, ampla & populosa à Turcis post Rhodianam cladem, duce ACHMETE Bassa, capta est, interfectis Christianorum plus quam 12000. saltem 22. fuga elapsis. Tritt. lib. de Spir. Drechsl

RVDOLPHVS Agricola, die 3. Febr. absoluit de Inuentione Dialectica libros lectu dignissimos.

IOHANNES Capnio Grammaticam Græcam à se scriptam titulo [illegible] publice prælegit Pictauij. Præfat. gram. Ebraicæ.

FRIDERICVS II. Dux Lignicensis, FRIDERICI III. & GEORGII II. parens, nascitur 12. Febr.

DVGLOSSVS Polonicus historiographus moritur 29. Maij. Mechou.

5451 *MAHVMETES II. Turcarum Rex nonus & PRIMVS* 1481
IMP. Orientis, qui Constantinopolim cepit, extinguitur colicis doloribus in pratis vltra Bosphorum, cum præliatum iret contra Sultanum Ægypti, 3. Maij, an ætat. 51. regni 30. à capta Constantinopoli 28. Successit die 18. Maij primogenitus eius BAIAZETES II. Turcarum Rex decimus & SECVNDVS IMP. Orientis: qui paulò post fratrem suum Sultanum ZEMEM, qui aliàs Zizimus appellatur, prælio vicit & fugauit. Leonclau. Cuspin. Drechsl.

IOHANNES Capnio ornatur titulo Doctoris Iuris Pictauiæ.

Nati sunt:

I. CHRISTERNVS Rex Daniæ, 2. Iulii, Eb. alij 1. Iulij.

II. CASIMIRVS Marchio Brandeb. 27. Septem. hora 6. ante merid.

III. FRANCISCVS à Sickingen, Eques Francus 1. Martij.

IV. HIERONYMVS Schurff LL. Doctor clarissimus, 12. April. hora 5. matutina in oppido S. Galli apud Heluetios.

V. WOLFGANGVS Fabricius Capito, Ecclesiæ Argentinensis Minister, Hagenoæ.

Obierunt præterea:

I. FRANCISCVS Philelphus, Equestris ordinis Poëta præstans, Bononiæ, propemodum nonagenarius, & adeo pauper, vt ad funus efferendum & cubiculi & culinæ instrumenta venierint.

II. BARTHOLOMÆVS Platina, qui Pontificum Rom. vitas scripsit, peste extinctus Romæ. Tritth.

5452 *MARIA Maximiliani Imp. coniunx & CAROLI V.* 1482
Imp. auia, equo lapsa 2. Martij, cùm fracto femore omnem tracta-

Digitized by Google

tractationem loci affecti per verecundiam refugeret, post aliquot dies obiit, anno quinto post tristem Patris Caroli interitum, relicto filio Philippo quadrimo & filia Margarita.

Nati sunt:

I. FRIDERICVS II. Elect. Palat. Philippi filius 9. Decemb.

II. IOHANNES Haußschein / dictus Oecolampadius, minister Ecclesiæ Basiliensis, in oppido Winsperg.

III. GEORGIVS Spalatinus, Theologus.

5453 *IOHANNES Trithemius designatur Abbas Spanheimensis 20. Iulii, ibiq; commoratur vsque ad annum 1505.* 1483

Nati sunt:

I. MARTINVS LVTHERVS, qui primus mutationẽ doctrinæ in ecclesia nostro seculo instituit, natus patre Iohanne & Margareta matre, Islebii, 10. Nouemb. paulò ante mediam noctem, cùm postridie dies Martini incideret in diem Martis. Hinc ad Leonis X. Pontificatum anni 30.

II. NICOLAVS Ambsdorfius Theologus, nobili genere prope Wurtzenam Misniæ, 3. Decemb.

LVDOVICVS XI. Rex Galliæ die 30. Augusti (Mass. habet 30. Iulij an. regni 22.) obiit. Successit eius filius CAROLVS VIII. qui regnauit an. 14. Til. Onuph. Hunc pater noluit plus Latini sermonis discere, quàm illa quinque verba: Qui nescit dissimulare, nescit regnare.

5454 *IOHANNES Lichtenbergius describit insignem coniunctionem Planetarum Saturni & Iouis, quæ hoc anno die 25. Nouemb. horis 6. minutis 4. post meridiem transactis acciderit, in Scorpione.* 1484

Nati sunt:

I. IOACHIMVS I. Marchio Brandeb. Elector V. 21. Febr. hora 10. post merid.

II. GEORGIVS Marchio Brandeb. Onolsbachij, 4. Martij, hora 1. ante merid.

III. IVLIVS CÆSAR Scaliger, BENEDICTI, Viri & bellatoris fortissimi, ex antiquissima & nobilissima SCALIGERORVM Principum quondã VERONENSIVM familia oriundi, filius, IOSEPHI pater, in castro Ripa, ad caput lacus Benaci, loco ditionis Scaligerorum, die 23. Aprilis.

IV. IOACHIMVS Vadianus, Medicus, Poëta & Geographus excellens, sub finẽ mensis Nouemb. aut Decemb. in ciuitate Sangallensi in Heluetia.

V. HVLDRICHVS Zwinglius Theologus, apud Toggientes Heluetios in oppido Zum Wilden, hauß/honesto apud suos loco, Cal. Ianuarij. Pantal refert ad an. præcedentem.

VI. B. PAVLVS SPERATVS à Rutilis, nobilis Sueuus, Theol. 13. Decembris.

XYSTVS IIII. PP. obijt Idib. August. Huic successit INNOCENTIVS VIII. Sedit an. 7. m. 10. d. 27.

Hoc tempore in Italia floruerunt ANTONIVS Sabellicus celebris Historiographus, MARSILIVS Ficinus, qui Platonem vertit, HERMOLAVS Barbarus, IOHANNES PICVS Mirandulanus, ALDVS Manutius & ANGELVS Politianus. Item NICOLAVS Eremita Helueticus, summa abstinentia, Spirituque prophetico coruscans.

Est annus ab exitu ex Ægypto 3000.

5455 *VIENNA Vrbs à MATTHIA Rege Vngariæ, fame excrabili expugnata, sese dedidit MATTHIÆ Cal. Iunij, cum modius vnus farinæ venderetur 107. florenis. Bonfin. Vng. Chron. Eber. 2. Iunij.* 1485

STEPHANVS MOLDAVIÆ Princeps, obedientia & imperio CASIMIRI Regis Poloniæ iuramento die 15. Septembris sese subdidit. Leonclau.

Eodem anno STEPHANVS Moldauorum princeps, CASIMIRI Regis Poloniæ cliens, à Polonis desertus, BESSARABIAM in extrema Valachiæ ora ad mare nigrum sitam, quæ CHILIVM, vel KYLIAM olim ACHIL-

ACHILLEAM & MONCASTRVM oppida continet, a Turcis sibi ereptam amisit. Leonclau.

Nati sunt:

I. IOHANNES Bugenhagius Pomeianus, Theolog. 24. Iunij.

II. BARTHOLOMÆVS Latomus Iurisconsultus natione Belga, cuius scripta contra Bucerum extant.

Hoc anno die 28. Octob. ætatis circiter 42. expletis, obijt RVDOLPHVS Agricola Groningensis, natione Frisius, Iohannis Dalburgij Episcopi VVormatiensis præceptor: sepultus Heydelbergæ apud Franciscanos, cui Hermolaus Barbarus hoc scripsit Epitaphium:

Inuida clauserunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam, Frisij spemque decusque soli.
Scilicet hoc vno meruit Germania, quidquid
Laudis habet Latium, Græcia quicquid habet.

IOVIVS ita eum celebrat: *Hausisti Rudolphe Ebraicas Græcasque literas adeò stupenda celeritate, vt nequaquam Groninga in Frisia, sed Ierosolymis ac Athenis natus & educatus crederetis: Latinas verò tanta felicitate didicisti ac docuisti, vt exacta puritas ac nobilis illa eloquentiæ Romanæ vbertas in Oceani littore quærenda videatur. Viuent profectò in admirantium manibus tua illa in Dialecticis & Rhetoricis præcepta, & diuini ingenij carmina, &c.*

5456 MAXIMILIANVS Friderici Imp. filius, die 16 Febr. electus in Regem Romanorum Francofurti: coronatur in vrbe Aquensi 10. Aprilis, ætat. 28. 1486

Partitio prouinciæ Saxonicæ & Misniæ transacta inter ERNESTVM & ALBERTVM fratres, Duces Saxoniæ.

Sultanus ALCAIRI, duce VSVNE Vsbego, Turcarum copias, quibus FERHATES Caramaniæ Beglerbegus & Baiazetis Imp. gener præerat, profligauit & dissipauit, ipso Ferhate Bego interempto. Leonclau.

Nati

Nati ſunt:

I. IOHANNES ECCIVS *Theologus inter Pontificios primarius, 13. Nouembris.*

II. HENRICVS CORNELIVS *Agrippa à Nettesheim, qui de vanitate ſcientiarum ſcripſit, 14. Septembris.*

Obierunt:

I. ERNESTVS Elector Saxon. 26. Auguſti: ætat. 46. Succeſſit filius FRIDERICVS ætat. ann. 24. à mentis ſagacitate SAPIENS dictus, qui dignitatem Electoris Saxon. obtinuit an. 39.

II. ALBERTVS dictus ACHILLES Germanicus, Marchio Brandeb. Elector III. 11. Martij, ætat. 72. Francofurti in ipſis Comitiis, relicto ſucceſſore filio IOHANNE Electore IV. ſepultus apud Heilprunnam Franconiæ. Huius Alberti Elogium in Europa ſua reliquit Æneas Syluius cap. 39. *Hic Albertus à pueritia*, inquit, *educatus in armis, pluribus interfuit prælis, quàm alii ſui temporis duces. Militauit in POLONIA, SILESIA, PRVSSIA, BOEMIA: nullus in Germania terræ angulus quem non calcarit armatus: duxit exercitus innumerabiles, proſtrauit feroc ſsimos hoſtes, expugnauit munitiſsimas vrbes In congreſsibus pugnam prior inijt, Victorà prælio exceſsit vltimus, in oppugnationibus oppidorum ſæpè murum primus aſcendit Singulari certamine nunquam non ſtrauit hoſtem. In militaribus ludis nunquam equo deiectus, cum ipſe omnes in ſe currentes equo deturbauerit. Quibus ex rebus non iniuria Teutonicus ACHILLES appellatus eſt: in quo non ſolùm militares artes & Imperatoriæ virtutes ſingulari quadam gratia reluxêre, ſed nobilitas quoque generis, proceritas corporis ac venuſtas, & virium robur, ac facundia linguæ, admirabilem eum ac penitus diuinum reddidere.*

III. GEORGIVS Trapezuntius, Romæ, nonagenarius, qui in ſenecta literarum omnium obli- tus dicitur.

MAXI-

5457 MAXIMILIANVS Cæſar capitur à Brugenſibus 1487
ætat 28. poſtea liberatus à patre.
Nati ſunt:
I. CAROLVS Dux Geldriæ, 8. Nouemb.
II. VDALRICVS Dux Wirteberg. 8. Febr.
III GALEACIVS Capella hiſtoricus Mediolanenſis, 7. Martij.

5458 *Bellum GLOGOVIENSE geſtum, quo MATTHIAS* 1488
Rex Vngariæ IOHANNEM Ducem Glogouienſem, Ducatu exuit & expulit. Hic Dux Senatores Glogoniæ fame necauit, de quo Curæus. In caſtris Matthiæ fuerunt equites Raſcij. Ideo hoc bellum à ruſtica plebe nominatum fuit Raſcianum.
Nati ſunt:
I. HELIVS EOBANVS Heſſus Poëta, 5. Ianuarij. Cam[illegible] liber. 6. Ian.)
II. VLRICVS Huttenus nobilis eques Francus, Po[illegible]o. Aprilis, Steckelbergæ.
III. OSVVALDVS Myconius Theologus Baſilienſis, Lucernæ in Heluetia.
IV. HENRICVS Glareanus Heluetius, Poëta Laureatus, quem multa eius opuſcula clarum fecerunt.
FRIDERICVS I. Dux Sileſiæ Lig. & Bregenſis, Princeps pius & belli-oſus SILESIÆ totius gubernator, & præfectus LVSATIÆ ſuperioris, obijt die 9. Maij, ætat. 43.

5459 *NICASIVS Iuriſconſultus Coloniam venit, qui amiſit oculorum lumen anno ætatis 4. & tamen ita feliciter verſatus eſt in literis, vt factus ſit Doctor LL. & Licentiatus Theologiæ. Prælegit Inſtitutiones Iuris.* 1489
Nati ſunt:
I. HENRICVS Iunior, Henrici Senioris filius, Dux Brunſuicenſis, Iulii parens, 10. Nouembris. Sunt qui ad annum ſequentem referant, & fortè rectiùs.
II. CAROLVS Borbonius (qui in expugnatione proxi-

[illegible] de Creuzenach Theologus, Viennæ obijt. Tritthemius.

NOVÆ INSVLÆ REPERTÆ à CHRISTOPHORO COLVMBO Genuensi. 1492

Memoria & consideratione dignissimum est, quòd vna cum literarum & studiorum instauratione totus penè mundus renouari, & certarum opum accessione augeri & ditari cœpit. Nam quod auditu mirum est, tam [illegible] ille (Dei beneficio) fuit hoc tempore: vt nostro orbi, hactenus incognitas & reconditas quasdam Insulas, nobis promeret, ditissimum.que earum penu aperiret, fœlicem hunc noui orbis partum (vt ita dicamus) obstetricum in morem, studio, industria & labore suo adiuuantibus ac promouentibus viris peregrinationum auidis, & ad subeunda sustinendaq; pericula impauido animo præditis: inter quos facilè princeps fuit CHRISTOPHORVS COLVMBVS, qui hoc ipso anno à Rege Hispaniæ nauibus instructus, Calendis Septembris soluit ab ipsis littoribus, qua nauigatione multas Regiones & Insulas orbis hactenus incognitas inuenit: quas postea Rex Hispaniæ coli & frequentari iussit. Ea de re ita Bembus hist. Venetæ lib. 6. *Columbus homo Ligur, ingenio peracri, qui multas emensus regiones, multum maris & Oceani perlustrauerat, tribus cum nauibus ad Insulas fortunatas, quas Canarias appellant, profectus, atque ab iis tres & triginta totos dies occidentem secutus solem sex numero Insulas reperit, quarum sunt duæ ingentis magnitudinis, quibus in Insulis Luscinæ Nouembri mense canerēt, homines nudi, ingenio miti, lintribus ex vno ligno factis vterentur. Frumentum hi habent, quod Maizem appellant, multo quam nos, spica & culmo grandioribus, arundineisque folijs & plu-*

rimo

...ati sunt:

I. WOLFGANGVS princeps Anhaltinus, 26. Iul. in oppido Kothena.

II. IOANNES Agricola Islebius Theolog. 20. Ap. hora 5 post meridiem.

III. ANDREAS Alciatus, Iurisconsultus, 8. Maij. ...rdan.

...unt:

I. INNOCENTIVS VIII. PP. 8. Cal. Augusti. Successit ALEXANDER VI. 3. Id. Augusti. Sedit annis 8.

II. CASIMIRVS Rex Poloniæ, 7. Iun. æt. 64. Mec.

III. LAVRENTIVS MEDICES Florentinus (Leonis X. Pontificis Rom. parens) qui princ... tum in sua ciuitate obtinebat, vita functus est ... rentiæ 8. Aprilis. Huius beatum ex hac vita exc... sum egregiè descripsit Politianus, Epist. 2. l. 4. ex qua nunc delibabimus paucula, lectorem ad integræ Epistolæ inspectionem remittentes. Postrema eius precatio, qua sacram Eucharistiam Laurētius sumens, Christum supplex affatus est, hæc fuit: *Tune,* inquit, *mitissime IESV, tu nequissimum hunc seruum tuum dignaris inuisere? At quid dixi seruum? Imò verò hostem potiùs, & quidem ingratissimum, qui tantis abs te cumulatus beneficiis, nec tibi dicto vnquam audiens fuerim, & tuam toties Maiestatem læserim. Quod ego te per illam qua genus omne hominum cōplecteris, charitatem, quæq́; te cœlitus ad nos in terram deduxit, nostræq́; humanitatis induit inuolucris: quæ famem, quæ sitim, quæ frigus, æstum, labores, contumelias, flagella & verbera, quæ postremò etiam mortem, crucemq́; subire te compulit. Per hanc ego charitatem te salutifer IESV quæso, obtestorq́; auertas faciem a peccatis meis, vt cum ante tribunal tuum constitero, quo me iam dudum citari planè sentio, non mea fraus, non culpa plectatur, sed tua crucis meritis condonetur. Valeat valeat in causa mea sanguis ille tuus IESV preciosissimus,*

quem pro asserendis in libertatem hominibus, in ara illa sublimi nostra redemtionis effudisti. Paulò pòst ingreditur cubiculum HIERONYMVS Sauonarola Ferrarienfis, cœleſtis doctrinæ prædicator egregius: is hortatur vt fidem teneat. Ille verò tenere ſe ait in-ócuſſam. Deinde vt quàm emendatiſſimè poſthac viuere deſtinet: ſe facturum obnixè reſpódit. Poſtremò, vt mortem ſi neceſſe ſit æquo animo toleret. Nihil verò, inquit ille, iucundius, ſiquidem ita à Deo decretum ſit, &c. Petrum filium monuit, virtutem modò & bonam mentem coleret, non defuturū cœlitus patrocinium. Benè conſulta bonos euentus paritura: & quoniam, inquit, ciuitas omnis corpus eſt (quod aiunt) multorū capitum, neq; mos geri ſingulis poteſt: memento eiuſmodi varietatibus id conſilium ſequi ſemper, quod eſſe quàm honeſtiſſimum intelliges, magiſque vniuerſitatis quàm ſeorſum cuiuſque rationem habeto, &c. Ita expirauit vir ad omnia ſumma natus, & qui flantem reflantemque toties fortunam vſque adeò ſit alterna velificatione moderatus, vt neſcias vtrum ſecundis rebus conſtátior, an aduerſis æquior ac temperantior apparuerit. Ingenio verò tanto fuit, vt quibus in ſingulis excellere alij magnum putant, ille vniuerſis pariter emineret. Literatos homines magno ſtudio complectebatur, multum honoris & reuerentiæ iis exhibebat. Multum operæ in conquirendis toto orbe terrarū linguæ vtriuſq; voluminib. poſuit, immanesq; ſumptus ea in re fecit. *Hæc Politianus.*

Reliquit LAVRENTIVS tres liberos, q. omnes breui tempore & principatu & ciuitate eiecti exulatū abierunt. Poſt annos verò 21. IOHANNES Medices, Laurentij filius, ſummum Pontificatum Romæ adeptus, dictus eſt LEO X. Perpetuam ſanè memoriam literarum ſtudioſi debent Laurentio Medici, qui cùm opib. & autoritate polleret, poſt

NICO-

NICOLAVM V. Pontificem Romanum, sua liberalitate linguarum & artium instauratione in Italia plurimùm adiuuit, inuitatis ad se viris doctis è Græcia profugis. Vnde velut ex celebri Emporio præclaras literarum merces in Germaniam importarunt nostri homines, quorum primus fuit RVDOLPHVS Agricola: proximus ab hoc IOHANNES Capnio: tertius Magnus ille ERASMVS Roterodamus.

5460: *Turcæ CHADVME Bassa (qui Leonclauio IACVPES Aga dicitur) duce, Illyricorum, Vngarorum & Croatorum coniunctas copias, quorum præcipui duces fuêre EMERICVS Dranceus & BERNHARDINVS Frangepanus, in apertis Liburniæ campis (quæ nunc CROATIA est) non procul à Sauo flum. magno prælio ceciderunt die 9. Septembris: ita vt Christianorum 5077. ex hostibus verò circiter 1000. occubuerint. In huius stragis Christianis illatæ testimonium, cæsorum cadaueribus iussu Bassæ, capita & nasi abscißi, & plenis vehiculis Constantinopolim transmißi sunt. Bonf. Leonc. Cuspin. Drechsler. & alij.* 1493

Ab hac clade decurrerunt anni 100. vsque ad prælium SISSECCANVM Anno 1593. cum Turcis feliciter commissum: quo CROATIA hoc dedecus diuina vltione quasi abstersit.

Inaudita lues, quæ vulgò nominatur SCABIES GALLICA, hoc tempore in Europa multos homines inficere cœpit, & paulatim alia atq; alia loca inuasit. Augescentibus hominum peccatis, auxit DEVS pœnas peccati.

Nati sunt:

I. IVSTVS Ionas Northusanus Theol. 5. Iun.

II. SIMON Grynæus de bonis literis benè meritus: cuius scripta sunt in medio, Feringæ Sueuiæ oppido.

FRIDERICVS III. Imperator moritur Lynzij, ætat. 78. die Lunæ post assumtionis Mariæ, 19

se Nouemb. æt. 32 eo ipso die, quo CAROLVS VIII. Rex Galliæ Florentiam ingressus est.

III. ANGELVS POLITIANVS, Scriptor illa ætate politissimus, die 24. mensis Septembris, proximi ante Pici obitum, cùm vixisset an. 40. mens. fermè 2. Florentiæ.

Facere non possum, quin IOHANNIS PICI Mirandulæ memoriam Lectori commendem recitatione aliquot versuum, quibus Mirandula suas ad Deum preces & pia vota expressit. Integrum Epigramma non adscribimus: sed de versibus multis paucos excerpsimus, vt hoc quasi Emblemate annus hic exornetur:

Clementia qui vt meritis longè maiora rependis,
Supplicia admissis sic leuiora malis.
Namque tua est nostris maior clementia culpis,
Et dare non dignis res mage digna DEO est.
Nunquam sat digni: si quos dignatur amare,
Qui quos non dignos inuenit, ipse facit.
Culpa reos fecit: sed vincat gratia culpam:
Vt tuus in nostro crimine crescat honor.
O amor, ô pietas nostris benè prouida rebus,
O bonitas serui facta ministra tui:
Da precor huic tanto, qui semper feruet, amori
Ardorem in nostris cordibus esse parem.
Da Satanæ imperium (cui tot seruisse per annos
Pœnitet) excusso deposuisse iugo.
Da precor extinguat vesana incendia mentis,
Et tuus in nostro pectore viuat amor.
Vt cùm mortalis perfunctus munere vitæ
Ductus erit Dominum spiritus ante suum,
Promissi regni fœlix sorte potitus,
Non Dominum, sed te sentiat esse Patrem.

Supremum CAMERÆ IMPERIALIS Iudicium SPIRENSE (vulgò das Cammer Gericht zu Speier) à D. MAXIMILIANO I. instituitur Francoforti ad Mœnum, die 31. Octobris: in qua 1495

dato Regis Castiliæ. Propter magnitudinem appellatur quarta pars orbis, quæ hodie tota circumnauigata est, præter eum tractum, qui Septentrionem aspicit, cuius littora nondum perlustrata sunt. Huius pars quæ septentrionalior est, NOVAM HISPANIAM, MEXICANAM prouinciam, TERRAM FLORIDAM & TERRAM NOVAM comprehendit. Meridionalior verò (quæ TERRA FIRMA Hispanis vocatur) PERVVIAM & BRASILIAM continet.

Prima COMOEDIA, cuius autor fuit REVCHLINVS, in Germania acta est 31. Ianuarij, in honorem Dalburgij Episcopi VVormatiensis. Magna fuit acclamatio & gratulatio, quod Germanus Poeta tale quid scripsisset.

Nati sunt:

PHILIPPVS MELANCHTHON, Vir de suis scriptis notissimus, die Iouis post Dominicam Inuocauit, 16. Febr. minutis 6. post horam 7. pomeridianam, in oppido Palatinatus Bretta.

II. WOLFGANGVS MVSCVLVS Dusanus, 8. Septembr. in oppido Dusa, in finib. Germaniæ & Alsatiæ, fuit Monachus per 15. annos.

III. LVDOVICVS Fachsius, I.C. die 31 Ianuarij, horis duabus ante meridiem.

Hoc seculo floruerunt: *PETRVS Crinitus, qui de Poëtarum ætatibus scripsit, Politiani discipulus: IACOBVS Bergomensis, qui supplementum Chronicorum scripsit, & vsque ad annum 1486. deduxit: SEBASTIANVS Brandt, qui germanica lingua vulgauit libellum, quem appellauit NauemNarragoniæ, aut potius Nauem Stultorum, in quo causam & radicem omnis stultitiæ eleganter exprimit, mores hominum carpit, & salutaria remedia vitiorum tradit. TRITTHEMIVS: IOANNES Manardus Medicus Ferrariensis: BAPTISTA MANTVANVS Monachus & Poeta: IOVIANVS Pontanus: RAPHAEL Volaterranus*

ranus: *IASON Iurisconsultus*: *IOANNES NAVCLERVS*: *GAGVINVS historicus*: *AMBROSIVS Calepinus*: *PHILIPPVS Beroaldus, &c.*

7 HIERONYMVS SAVONAROLA Ferrariensis, Dominicanus Monachus, cùm 9. Apr. acerbis quæstionum cruciatibus excarnificatus esset iussu Alexandri VI. Pontificis Romani vnà cum duobus sociis, Syluestro Florentino, & Dominico de Pisis, Ordinis Prædicatorum, Florentiæ laqueo suffocatus & crematus est 23. Maij, ætat. 46. Hic inter metuendos carceris horrores, & imminentis supplicij angustias, scripsit meditationes in Psal. 51. & 31. verbis viuis (ita de eo loquitur Sixtus Senensis, Bibliothecæ sanctæ autor) animatis sententiis, & Spiritus feruore flagrantissimis. Vaticinatus est de vastitate Florentiæ, Romæ, & reformatione Ecclesiæ, &c. A Ioanne Francisco Pico Mirandulano, & Marsilio Ficino defensus, & tanquam Propheta celebratus. Philippus Cominæus lib. 3. de bello Neapol. recitat suum cum Sauonarola colloquium, & vaticiniorum eius meminit. Item in fine libri 5. de Hieronymi extremo supplicio. 1498

BAPTISTA MANTVANVS edidit Eclogas 23. Augusti. Præfat.

Nati sunt:

I. THOMAS CRANMERVS Archiepiscopus Cantuariensis ex generosa prosapia, die 2. Iulij.

II. HIERONYMVS Baumgartnerus patricius Norinberg. vir sapientiss. & doctissimus, die 9. Martij, Norimbergæ.

III. ANDREAS Osiander Theologus, die 19. Decembris. Cardan.

VOLATERRANVS scribit, se hoc anno vidisse apud vada Volaterrana repertam & in littore extinctam balænam, magnitudine æquantem 100. pedes, & cuius dorsi vertebræ 60. fuerint.

1469 *Bellum ab HELVETIIS cum MAXIMILIANO Imp.* 1499

[illegible] in quo tandem post varios conflictus, interfectam ad 20000. hominum pax facta est. Paralip. Vr-[illegible]

[illegible]:

I. PETRVS VICTORIVS Italus, Florentiæ oppido Hetruriæ primo & nobilissimo, familia nobili, 3. Iulij. Huius viri eruditionem scripta eius loquuntur.

II. IOHANNES Brentius Theologus, die 30. (alij 24.) Iunij, in oppido Sueuico Vila. Crusius in Annal. Sueuiæ.

III. HIERONYMVS Wellerus Theologus, die Iouis post Ægidij, Fribergæ in Misnia.

IV. IVSTVS Menius, 13 Decembr. in oppido Francofordia.

V. CHILIANVS Goldstain senior IC. die 25. Martij, hora noctis 11. Kittingæ. Eber.

VI. IOHANNES Næuius Medicus excellens, die Iohannis Baptistæ.

VII. IOHANNES Carion Mathematicus, 22. Martij.

IOHANNES Elector IV. Marchio Brandeburgensis obijt: successit IOACHIMVS I. Elector quintus.

5470 EMANVEL REX PORTVGALLIÆ *classem 12. nauium in Indiam expedunt, quæ soluit illinc 9. Martij die Lunæ. Ea superauit Insulas Canarias 14. diebus, & 24. aprilis attigit Insulam, cuius incolæ incedebant nudi, & cet. Die 13. Septemb. peruenerunt ad vrbem* CALICHVT *cum 7. tantùm celocibus (nam ex classe quatuor perierant tempestatibus obrutæ) cuius Regem muneribus missis honorarunt. Eius hæc traditur descriptio: Thronum panno sericeo inumbrauerat, qui purpuram præ se ferebat: ipse vero nudus conspiciebatur totus: circumduxerat bombicinum pannum candidissimum, eumque subtilissimum, quem auro exornauerat; in capite gerebat birretum aurei panni: perforatas* 1500

5470 *habebat aures, inque eis Adamantes & Sapphiri, vniones que duo: in brachijs armillas aureas, à cubito vsque ad manum, distinctas lapidibus preciosis innumeris, eisdemque incredibilis valoris: crura pariter exornabantur, & in digito pedis vernabat lapis preciosus splendore incomparabili. Hac de re vide Aloysij Cadamusti Nauigat. cap. 63. & 73. De eodem Volaterranus: Auspicijs Emanuelis,* inquit, *Regis Lusitaniæ, 12. nauibus emissis reperta est Insula noua & maxima, quam Sanctam Crucē nostri appellauêre. In hac sunt homines Anthropophagi. Calechuti portum attigerunt, sexto postquam domo discesserunt mense. Lusitani sex tantùm saluis nauibus 16. mense quàm discessêre domum reuersi sunt.* 1500

METHONE CAPTA.

BAIAZETES II. Turc. Imp. Solymani auus, METHONEM, aliàs MODANAM, vrbem Peloponnesi munitissimam, quam tunc Veneti tenebant, post diuturnam obsidionem occupauit: oppidanos ad vnum omnes, Venetos pariter & Græcos, aliosque nobilissimos in ciuitate viros, ad se pertractos, in conspectu suo mactari iussit, ædificia maxima ex parte incendit, & ipsum Methonensium Episcopum, ita vt erat mitratus & sacra veste indutus, obtruncauit, 10. Augusti. Drechsl. Methon. Iouius. Eodem tempore & CORONA Peloponnesi in MESSENIA vrbs maritima à Turcis occupata est. Leonclau.

LVDOVICVS XII. Galliæ Rex capto LVDOVICO SFORTIA, Mediolanum occupat, & an. 13. obtinet.

ALEXANDER VI. PP. hoc anno Romæ celebrauit octauum Iubilæum Pontificium, & anno sequenti per legatos suos in Germaniam atque alias longinquas prouincias diplomata cum amplissimis Iubilęi indulgentijs misit, eaque passim vendidit propter eos, qui Romam venire neglexerunt, vel venire non potuerant. Volater.

Memorabile est responsum huic Alexandro ab Hieronymo Donato Legato Veneto aliquando datum. Quæritani enim per iocum Pontifici, quibus tandem titulis vrbs Veneta possideret Hadriæ niteretur? Festiuè respondit Donatus: Constantini illam notissimã donationem, si sub oculos veniat, opistographam comparituram. & versâ paginâ id de quo quæreretur palam exhibituram. 1500

ADAGIA ERASMI numero fermè 800. edita 15. Iunij (ætatis Erasmi an. 34) quæ minuta collectanea insequenti tempore nouis accessionibus subinde aucta in tantum opus accreuerunt, quale hodie cernitur.

Hoc tempore desinit CHRONICON IOANNIS NAVCLERI Præpositi Tubingensis, quod continuatum est per Laurentium SVRIVM Carthusianum vsque ad an. Christi 1564.

Nati sunt:

I. CAROLVS V. Imp. PHILIPPI Regis HISPANIARVM filius, Gandaui in Flandria, 24 Februarij, die Matthiæ. A morte Salomonis 2500. à nato Romulo 2268. Cyro 2098. Alexandro M. 1854. Iulio Cæs. 1598. Augusto 1561. Constantino M. 1228. Carolo Magno 758. à Roma condita 2250. a Carolo Magno Romæ coronato 700. à primo Cõsulatu Theodosij Magni 1120. ZENOCARVS scribit, baptizatũ esse Carolum die 7. Martij (ab eius natiuitate 13) & infanti apud baptisterium septẽ munera donata fuisse. I. PHILIPPVS pater donauit Ducatum Lutzenburgensem. II. CAROLVS à CROIA Symaicus satrapa argenteam Galeam auro phœnice insignitam & affabrè elaboratam. III. BERGENSIS Dynasta aureum Gladium. IIII. MARGARETA Britannica Caroli Valesij Burgundiæ Ducis vidua, infantem vlnis suis baiulans Poculum aureũ lapillis preciosis plenũ. V. MARGARETA Maximiliani Cæsaris filia Philippi Hispaniæ Regis soror, infantis amita,

Pate-

5470 Pateram auream margaritis & vnionibus refertissimam. VI. GANDAVVM vrbs natalitia, Nauim argenteam. VII. ABBATES Vetus & Nouũ Testamentum, cum hac inscriptione: Scrutamini scripturas. *ZENOCARVS in his more suo philosophatur, & significationes de futura infantis fortuna considerans, Primũ munus interpretatur de dignitate Cæsarea puero attribuenda, eò quòd ex domo Lutzenburgica celeberrimi Cæsares prodijssent, Carolus IIII. Sigismundus, &c. Secũdum exponit præstantiam eius fore omnibus admirabilem, vt Phœnicis, auis rarissimæ. Tertium gladium iustitiæ vindicẽ Imperatori conuenientem. Quartum & Quintũ amplissimas prouincias auri & margaritarum feracissimas puero obuẽturas. Sextũ nauigationes prosperas in noui orbis Insulas argento & auro abundantes. Septimum Curam religionis ac fidei tuendæ Carolo demandatam esse.* 460

II. IOACHIMVS Camerarius, vir de scriptis suis celebris & clarus, 12. Aprilis, quadrante horæ post 10. antemerid. Bambergæ.

III. PETRVS Martyr Vermilius Theologus, 8. Septemb. Florentiæ vrbe Italiæ florentissima.

IIII. HENRICVS Bullinger Theologus Tigurinus.

V. IOACHIMVS Mollerus Senior, Senator Reipub. Hamburg. grauissimus, & nomine Reipub. præfectus arcis Ritzebuttel, die 25. Martij, Hamburgi.

VI. IANVS Cornarius Medicus, Zvviccauiæ.

ALBERTVS Dux Saxoniæ, pater Ducum GEORGII & HENRICI, auus MAVRITII & AVGVSTI Electorum, moritur in expeditione contra Frisios, 12. Septembris, ætat. 57. sepultus Misnæ.

5471 Facultas THEOLOGICA Acad. MOGVNTINÆ imitata Synodi Basiliensis decretum, itemque Parisienses & Colonienses Theologos decreuit & statuit sentiendum, MARIAM Virginem sine 1501

peccato

5471 pec[illegible] conceptam, idq; singulari quo 1501
[illegible] Sa[illegible]us.

L[illegible] ætat. 18 studiorum causa in Acad. [illegible] contulit Mathes.

Cru[illegible] in vestibus hominum per Germani[illegible].

E[illegible] Roterodamus Enchiridion militis Christian[illegible] primùm edidit, de quo (vt ipse narrat) qu[illegible] taisê dixit: *Plus sanctimoniæ conspici in ipso libello, quam in libelli autore.* Quod vtinam de multorum scriptis hodie non tam verè pr[illegible]nunciari posset, quam de Erasmi libello facete [illegible] per iocum dictum est.

Nati [illegible]:

I. HIE[illegible]NYMVS Cardanus Mediolanensis Medicus, [illegible].

II. IA[illegible]VS Milichius Med. D. 21. February, Friburgi in[illegible].

III. [illegible] VS Ortel VVinshemius Medic. D. 1. Augusti, dimidia hora post merid.

IIII. LEON[illegible]ARDVS Fuchsius Medicus, VVembdingæ Rhætiæ oppido.

V. IODOCVS VVillichius Medicus, & in Acad. Francoford. ad [illegible]adrum Professor, Reselly in Borußia.

VI. GEORGIVS [illegible]elius Theologus hoc anno natus est, [illegible].

5472 Acade[illegible] VITEBERGENSIS constituta à FRI[illegible] III. Electore Saxoniæ, & solenni ritu [illegible] dicta die Lucæ 18. Octob. (die Martis post Dominicam 21. Trinitatis) Primus Rector Acad[illegible] fuit MARTINVS Polichius Mellerstadiu[illegible], artium & Medicinæ Doctor. Vtque hic natalis [illegible]demiæ quotannis celebraretur, constitutu[illegible] est, vt eodem die hyberni semestris Rector [illegible]. 1502

In diœcesi SPIRENSI a duobus rusticis in pago Vndergrumbach *qui callidis per[illegible]asionibus alios complu*

res

5472 *res in suas partes pertraxerunt, exorta est co[illegible] & rebellio Agricolarum aduersus Episcopum & Canonicos, quæ dicta est Liga rusticorum, Bundtschuh. Præcipuus coniurationis articulus fuit, vt aucti numero omne iugum seruitutis excuterent: Heluetiorum more armis libertatem sibi vendicarent: & Magistratum omnem abolerent, &c.* Vide additiones Nicolai Basilij in Chron. Naucler. item Append. Vrsperg.

CONRADVS Pellicanus æt. an. 24. fratribus Minoritis Basileæ ordinarius Theologiæ præfic[illegible] lector & professor. Vita Pellicani.

Nati sunt:

I. GREGORIVS XIII. Pontifex Rom. aliàs Hugo de Boncompagno, die 7. Ian. Bononiæ.

II. OTTHO HENRICVS, Ruperti filius, Elector Palatinus Rheni, 1[illegible]. Aprilis, Ambergæ.

III. GEORGIVS Maior Theologus, die 25. Aprilis, inter horam 1. & 2. pomerid. Noribergæ.

IIII. CÆLIVS SECVNDVS Curio Italus, Philosophus eximius, Cyriaci Taurinorum oppido.

V. IOHANNES PISTORIVS, literatissimus Theologus

5473 Insignis fuit hic annus aliquot Principum ortu:

I. FERDINANDVS Imperat. Vngariæ & Boemiæ Rex, Caroli V. Imperat. frater, nascitur 10. Martij, hora 9. post merid. Modinæ in regno Castiliæ.

II. Hoc anno 23. Iulij, scribit Mechouius, natam esse ANNAM, VLADISLAI Vngariæ & Boem. Regis filiam, FERDINANDI Imp. Coniugem.

III. CHRISTIANVS III. FRIDERICI I. Danorum Regis filius, Rex Daniæ & Noruegiæ nascitur 12. Augusti, hora 3 post meridiem.

IIII. IOHANNES FRIDERICVS Elector Saxoniæ, IOHANNIS filius, in lucem editus 30. Iunij futuri sui fati omen ex aluo materna secum tulit.

Nam

5473 Nam, vt ex hominum fide dignorum sermonibus accepi, nascenti visa est in dorso crux aureo colore fulgens, quam vbi conspexit à matronis aulicis accersitus Sacerdos, vir pius & admodum senex, pro omine hoc arripiens: *Hic puer*, inquit, *crucem gestabit toti orbi conspicuam, cuius indicium tam manifestum in ipsius ortu sese exerit.* Eius rei initium quoddam hoc fuit, quòd mater Sophia 12. die post partum extincta est. Hæc ideo annotamus, quòd à nemine literis hactenus sint prodita, non indigna tamen, quæ ad posteritatis memoriam transmittantur, cùm euentus præsagium hoc manifestò declararit & comprobarit. 1503

V. PHILIPPVS bellicosus Comes Palatinus Rheni, Ruperti filius, die 12. Nouembris.

VI. IACOBVS Mycillus natus est die 6. Aprilis, media hora 6. Argentinæ.

Obierunt:

I. ALEXANDER VI. Papa per ministri incuriam epoto veneno, quod furtim iusserat dari Adriano Cardinali familiari suo, cuius in hortis cœnabat, obijt 18. Augusti. Hic Alexander VI. filio suo Cæsari Borgiæ cædibus ac rapinis regnum parabat, ideoq; conuiuium splendidum instruxerat, vt quosdā pcipuos viros inuitatos venenato puluisculo in vinū insperso tolleret, eorumq; exuuijs filium ditaret. Factum est autem diuinitus, vt ministro lagenas errore quodā commutante, Alexander & filius venenum haurirent: alij purum vinum. Ita Alexander sibi, non alijs, exitiū struxit. Filio etiā cùm conualuisset parata fuit mors cruēta, quam & prædicere sibi visus est. Nam eius Apophthegma hoc fuit: O CÆSAR, ó NVLLO: id est: *Aut Cæsar, aut nullus.* Tandem nihil factus est, cùm propter nefarias technas trucidaretur. *Pontanus de Prudentia lib. 4. cap. 16.* Alexander paulò ante Ioannem Michaëlem ciuem Venetum Cardinalem Ro-

5473 Romæ veneno necauerat. Causa interficiendi hominem fuit aurum atq; argentum, quod is habere existimabatur, quarum omninò rerū inexplebilis Alexandri animū cupiditas ad omnem iniquitatē incendebat, vt filio pecuniam exercitibus alendis suppeditaret, quos is Italorum Principum regna occupare celeriùs posset, se iam sene. *Hæc Bembus in histor. Venet.* ALEXANDRO mortuo successit Æneæ Syluij Pij II. ex fratre nepos, PIVS III. Quo post dies 26. extincto, electus est IVLIVS II. Papa egregius bellator, tenuit Pontificatum an. 9. mens. 3. Obserua: *A natali IVLII Cæsaris ad Pontificatum IVLII II. anni 1600 pleni.* 1503

II. IOANNES Dalburgius Episcopus Wormatiensis, quem generis nobilitas, literarum amor, ac doctrinæ præstantia immortalem reddiderunt, febre extinguitur Heydelbergæ 28. Iulij, ætat. 50. magno sui desiderio eruditis omnib. relicto. Præfuit Episcopatui annis plùs minùs 20. Fuit Rudolphi Agricolæ discipulus. Paralip. Vrsperg.

5474 *BRASILIA Americæ regio à Lusitanis hoc anno inuenta.* 1504

Circa hæc tempora desinit CRANTZII Chronicon.

Nati sunt:

I. PHILIPPVS Hassiæ Landgrauius, 13. Nouembris.

II. CASPAR Cruciger Senior Theologus, 2. Ian. manè hora 1. post med. noctis, Lipsiæ.

III. IOANNES Mathesius, Pastor Ecclesiæ in valle Ioachim i a, 24. Iunij, Rochlicij.

IIII. PAVLVS Fagius linguæ Ebrææ peritia & cognitione clarus, Tabernis Rhenanis bu:, oj p do Palatinatus.

V. CHISTOPHORVS Lasius Theologus, 6. Iulij, Argentinæ.

RVPERTVS, Othonis Henr. ci Elect. Palat. & Philipp, b. 2 cosi, parens, Comes Palat. Rheni, ætat. 23. obijt.

COLC-

5475 *COLONIÆ in Comitiis bellum BAVARICVM componitur, & Palatinus Rheni à Cæsare recipitur in gratiam. In hoc conuentu IACOBVS Marchio Badensis & Episcopus Treuirensis respondit legatis Pontificiis latinè, Germanis germanicè, Gallis gallicè, Venetis Italicè.* 1505

LVTHERVS cùm paulò ante renunciatus esset Magister artium, & ad Iurisprudentiam animū appulisset, fulmine territus & consternatus, voto suscipiendi Monachatus se obstrinxit. Itaq; agens annum ætatis 22. inuito & reclamante parente, ingressus est monasterium Augustinianorum Erfurdiæ, 17. Iulij (die Alexii) & in eo integrum annum ante solennem professionem, vt moris est, nouitius constanter perseuerauit: deinde palàm professus est Monachum. Surius.

Nati sunt:

I. IOACHIMVS II. Elector Marchio Brandeburg. Princeps munificus & pacificus, die 9 Ianuarij, hora 1. post meridiem.

II. FRANCISCVS Burchardus, Cancellarius Iohannis Friderici Electoris Saxoniæ, 6. Iulij, Vimariæ.

III. LEVINVS Lemnius Medicus Zirizæus, C.S.E. in Seelandia Belgici prouincia.

IIII. STEPHANVS Szegedinus Theologus, Szegedini Emporio inferioris Pannoniæ celebri, honesto apud suos loco.

V. ÆGIDIVS Tschudus Heluetius, vir doctissimus, die 5. Februarij, Glaronæ.

VI. IOANNES Hartungus Philologus, Milteburgi Franciæ Orientalis oppido.

IOANNES IOVIANVS Pontanus, vir omni disciplinarum genere præstantissimus, quem ALPHONSVS Aragonum Rex à secretis habuit, cuiusque extant Poëmata, Dialogi & historia, moritur ætatis 77. Quidam referunt eius obitum ad annum 1503 Is viuens

5475 *monumento suo hæc verba inscripsit*: Sum Ioannes Iouianus Pontanus, quem amauerunt bonæ Musæ, suspexerunt viri probi, honestauerunt Reges, Domini. Scis iam quis sim, aut qui potiùs fuerim. Ego ve' ò te hospes noscere in tenebris nequeo, sed te ipsum vt noscas, rogo. Vale. 1505

5476 Academia FRANCOFORDIANA ad Viadrum introducta est solenn ritu 27. Aprilis. Primus Rector fuit Conradus Wimpina Francus, Theologiæ Professor. 1506

IOANNES Capnio primus Grammaticam Hebraicam Latinè scripsit & edidit: vnà cum Hebraico Lexico. Præfat.

RAPHAEL Volaterranus Anthropologiam suam scripsit.

MATTHIAS Mechouius historiographus Polonicus, Medicinæ Doctor & Astrologus, Chronicon suum terminat. Vixit adhuc anno 1515.

Nati sunt:

I. LVDOVICVS Rex Vngariæ, Ladislai filius, Calend. Iulij.

II. IOHANNES Sleidanus, scriptor historiarum nostri temporis.

III. GEORGIVS Buchananus Scotus, qui historiam rerum Scoticarum descripsit, Cal. Februarij, in Leuinia Scotiæ Prouincia ad Blauum amnem, in villa rustica.

Obierunt:

I. PHILIPPVS Hispaniarum Rex, MAXIMILIANI Imperatoris filius, CAROLI V. pater, die 25. Sept. ætat. 28. mens. 3. d. 3. Granatæ prope Burgos.

II. CHRISTOPHORVS Columbus Genuensis, nouarum terræ partium nostro seculo primus inuentor, post quartam in nouum orbem nauigationem, 8. Maij, Valledoleti in Hispania.

5477 *Bellum oritur inter MAXIMILIANVM Imp. & Venetos Surius.* 1507

SIGIS-

5477 *SIGISMVNDVS coronatur Rex Poloniæ 24. Januarij: regnat an. 42. inchoat.* 1507

LVTHERVS in Cœnobio Erphurdiensi primitias sui sacerdotii celebrat, primamque Missam cantat Dominica Cantate (2. Maij) ætatis 24. à confirmatione primatus Papæ 900.

Nati sunt:

I. GEORGIVS, Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 14. Augusti.

II. CHRISTOPHORVS à Carleuuitz in Rotenhauß, IIII. Imppp. item Electorum & Ducum Saxoniæ Consiliarius, qui familiæ suæ hæreditariam Equitum auratorum in S. Romano Imperio dignitatem impetrauit, 14. Decembris.

III. IOANNES Sturmius, studiorum in Schola Argentoratensi Gubernator, & Orator nostro seculo celebris, 1. Octobris, hora 2. post meridiem, Sleidæ oppido inter Vbios non ignobili.

IIII. VIGLIVS Zuichemus Frisius IC. die 19. Oct. Forsterus.

V. IOANNES Oporinus Typographus, die Conuersionis Pauli 25. Ianuarij, Basileæ.

M. ANTONIVS Coccius Sabellicus, scriptor historiarum Italicarum, moritur Venetiis, ætat. 70. Leander.

5478 *IMPERATOR, PAPA & GALLVS confœderati Venetis bellum inferunt* 1508

Mωρίας Encomium editum ab Erasmo Roterodamo 9. Iunii. Præfat. De quo libro autor ipse in Adagiis Chiliad. 2. Cent. 2. Adag. 40. ita loquitur: *Lusimus Moriæ Encomion, cui non plus septem dierum operam impendimus, idq́; nullis librorum adminiculis adiuti. Nam nostra sarcina nondum aduecta tum erat. Hoc quicquid est libelli, video candidis ingenijs, & iis qui bonis literis sunt initiati, magnoperè probari, qui, præter iocandi festiuitatem affirmant illic esse non pauca, quæ ad corrigendos hominum mores magis conferant, quàm Aristotelis Ethica, aut politica dogmata.*

5475 *monumento suo hæc verba inscripsit:* Sum Ioannes Iouianus Pontanus, quem amauerunt bonæ Musæ, suspexerunt viri probi, honestauerunt Reges, Domini. Scis iam quis sim, aut qui potius fuerim. Ego verò te hospes noscere in tenebris nequeo, sed te ipsum vt noscas, rogo. Vale. 1505

5476 Academia FRANCOFORDIANA ad Viadrum introducta est solenni ritu 27. Aprilis. Primus Rector fuit Conradus Wimpina Francus, Theologiæ Professor. 1506

IOANNES *Capnio primus Grammaticam Hebraicam Latinè scripsit & edidit: vnà cum Hebraico Lexico. Præfat.*

RAPHAEL *Volaterranus Anthropologiam suam scripsit.*

MATTHIAS *Mechouius histor ographus Polonicus, Medicinæ Doctor & Astrologus, Chronicon suum terminat. Vixit adhuc anno 1515.*

Nati sunt:

I. LVDOVICVS *Rex Vngariæ, Ladislai filius, Calend. Iulij.*

II. IOHANNES *Sleidanus, scriptor historiarum nostri temporis.*

III. GEORGIVS *Buchananus Scotus, qui historiam rerum Scoticarum descripsit, Cal. Februarij, in Leuinia Scotiæ Prouincia ad Blauum amnem, in villa rustica.*

Obierunt:

I. PHILIPPVS Hispaniarum Rex, MAXIMILIANI Imperatoris filius, CAROLI V. pater, die 25. Sept. ætat. 28. mens. 3. d. 3. Granatæ prope Burgos.

II. CHRISTOPHORVS Columbus Genuensis, nouarum terræ partium nostro seculo primus inuentor, post quartam in nouum orbem nauigationem, 8. Maij, Valledoleti in Hispania.

5477 *Bellum oritur inter* MAXIMILIANVM *Imp. & Venetos Surim.* 1507

SIGIS-

5477 *SIGISMVNDVS coronatur Rex Poloniæ 24. Ianuarij: regnat an. 42. inchoat.* 1507

LVTHERVS in Cœnobio Erphurdiensi primitias sui sacerdotii celebrat, primamque Missam cantat Dominica Cantate (2. Maij) ætatis 24. à confirmatione primatus Papæ 900.

Nati sunt:

I. *GEORGIVS, Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 14. Augusti.*

II. *CHRISTOPHORVS à Carleuuitz in Rotenhauss, IIII. Imppp. item Electorum & Ducum Saxoniæ Consiliarius, qui familiæ suæ hæreditariam Equitum auratorum in S. Romano Imperio dignitatem impetrauit, 14. Decembris.*

III. *IOANNES Sturmius, studiorum in Schola Argentoratensi Gubernator, & Orator nostro seculo celebris, 1. Octobris, hora 2. post meridiem, Sleidæ oppido inter Vbios non ignobili.*

IIII. *VIGLIVS Zuichemus Frisius IC. die 19. Oct. Forsterus.*

V. *IOANNES Oporinus Typographus, die Conuersionis Pauli 25. Ianuarij, Basileæ.*

M. ANTONIVS Coccius Sabellicus, scriptor historiarum Italicarum, moritur Venetiis, ætat. 70. Leander.

5478 *IMPERATOR, PAPA & GALLVS confœderati Venetis bellum inferunt* 1508

Moriæ Encomium editum ab Erasmo Roterodamo 9. Iunii. Præfat. De quo libro autor ipse in Adagiis Chiliad. 2. Cent. 2. Adag. 40. ita loquitur: *Lusimus Moriæ Encomion, cui non plus septem dierum operam impendimus, idq; nullis librorum adminiculis adiuti. Nam nostra sarcina nondum aduecta tum erat. Hoc quicquid est libelli, video candidis ingenijs, & iis qui bonis literis sunt initiati, magnoperè probari, qui, præter iocandi festiuitatem affirmant illic esse non pauca, quæ ad corrigendos hominum mores magis conferant, quàm Aristotelis Ethica, aut politica dogmata.*

5478 *Et tamen audio nonnullos offendi, sed paucos, atque hos eiusmodi, vt nihil probent nisi barbarum, insulsum & ab omnibus Musis alienißimum. Ego neque mordeo quempiam nominatim, nisi fortè meipsum, & odiosam illam scelerum ac vitiorum camarinam nusquam mouens, ridicula quadam magis quàm fœda paucis attingo. Sed taxas, inquiunt, Episcopos, taxas Theologos, taxas Principes. Primi non animaduertunt, quàm hoc ipsum faciam moderatè, minimeq́ odiosè. Deinde non meminerunt illius Regulæ, quam toties inculcat D. Hieronymus: Vbi generalis de vitiis disputatio est, ibi nullius personæ esse iniuriam, neque carbone notari quenquam quasi malus sit, sed omnes admoneri, ne sint mali, &c.* 1508

TRITTHEMIVS scripsit librum de intelligentiis cœlestibus & spiritibus nescio quibus: vbi etiam de religionis mutatione (& quidem intra annos 13. aut 17. futura) ominari quædam ausus est his verbis: *Secta religionis*, inquit, *consurget, magna veterum destructio religionum: timendum, ne caput vnum amittat bestia quarta.* Genius verò, qui Tritthemio hæc dictauit, albus an ater fuerit, ego non facilè dixerim. Meritò suspectum est piis, quod ab autore mendaci, ac indice fallaci profectum est.

LVTHERVS venit Vitebergam ætat. 25. anno 6. à constituta Academia Vitebergensi: publicè prælegit Aristotelis Logicen & Physicen.

ALPHONSVS Albuquercius ORMVZVM vrbem & Regnum in sinu Persico, Emanueli Lusitaniæ Regi subiecit.

GEORGIVS Sabinus Poëta & IC. 23. Aprilis hora 7. antemeridiana natus est Brandeburgi.

Obierunt:

I. PHILIPPVS Elector Palat. Rheni. die 27 Februarij.

II. LVDOVICVS Bologninus IC. & Eques, qui Bononiæ ac Ferrariæ iura interpretatus est, Florentiæ, ætatis 61. Sch. ad. Forst.

III. CVN-

5478 III. CVNRADVS Celtes primus Germaniæ Poëta Laureatus, Viennæ 4. Februarij, æt. 49. 1508

5479 *VENETI ad Caruaglium in loco Agnadelli à Gallis magno prælio victi & superati sunt die 14. Maij, ipsorum Duce Bartholemæo Aluiano capto, & 8000. militum trucidatis. Qua tunc quidem occasione Brixia, Bergomum, Crema, Cremona, cæteraque Ducatus Mediolanensis loca in Ludouici XII. Francorum Regis potestatem venêre. Papa item & Hispanus suas quasdam à Venetis occupatas vrbes & oppida receperunt. Chron. Gall. Guicciard. Beuther.* 1509

MAXIMILIANVS Cæsar Patauium, Veronam, Vincentiam, Brixiam & alia sociorum oppida recuperauit. Palmer. App.

FRANCISCVS Almeida primus Indiæ prorex Campsonis Sultani Ægyptij classem, Indis auxilio missam, feliciter profligauit.

PHILIPPVS Melanchthon Heydelbergam venit die 13 Octobris.

Nati sunt:

I. IOACHIMVS Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 8. Augusti, hora 5. antemeridiana.

II. IOANNES Caluinus Theolog. Geneuensis, 10. Iulij, Nouioduni celebri Veromanduorum oppido.

III. LVDOVICVS Grempius à Freudenstain IC. & Syndicus Reip. Argentinensis. Pantal.

IIII. MATTHÆVS Hostus, Græcæ linguæ in Academia Francofordiana Professor, circa anni huius initium, in pago Wilhelmsdorff, non procul Colonia ad Sueuum.

Obierunt:

I. HENRICVS VII. Rex Angliæ, 23. Aprilis. Huic successit HENRICVS VIII. qui regnauit an. 39.

II. IOHANNES I. Princeps Palat. Rheni, Comes Simerius & Spanheimensis.

III. PHILIPPVS Cominæus, Eques Flandricus, natura

5479 *turæ bonitate vsuque rerum ad sapientiam ciuilem instructissimus, qui licet Latinas non attigerit literas, magna tamen cum laude crebrisque sententiis refertas duorum Regum Galliæ, LVDOVICI XI. eiusque filij CAROLI VIII. historias descripsit lingua Gallica, in Pictonibus, 17 Octobris, æt. an. 63.* 1509

5480 BERLINI in Marchia Iudæi supplicio affecti sunt propter panem consecratum contumeliosè tractatum, 38. exusti, & duo decollati, 19. Iulij. 1510

MARTINVS Lutherus, æt. 27 Romam vidit, missus illuc à suis fratribus ad negocia ipsorum expedienda.

GOA, *vbi nunc Proregum Indiæ & Scholæ Iesuitarum celebris sedes est, 6 Februarij primùm occupata.*

Hoc anno ortum est bellum literarium inter REVCHLINVM & COLONIENSES quosdam Monachos, de libris Iudæorum, cuius rei multa fit mentio in Reuchlini Epistolis. Mandauerat Maximilianus Imperator Reuchlino, vt, quid de cremandis Iudæorum libris sentiret, in modum consilij referret, & scriptum Archiepiscopo Moguntino transmitteret Cæsari reddendum. Ille in partẽ benigniorem propensior, iudicauit scripta quędã Iudaica conseruanda, quædam verò blasphema exurenda. Fuerat autem Coloniæ Iudæus quidam baptizatus, cognomento Pfefferkorn/ qui & anno 1514. ob panis consecrati violationem in Salinis Saxonię candentibus forcipibus discerptus & crematus est: hic autor eius consilii fuerat, vt de Cæsaris mandato singuli Ebræorum libri, præter nudum Bibliorum textum, comburerentur, vel saltem, vt quidam suspicati sunt, igni adiudicarentur, vt ante executionẽ Iudæi grandi ęre libros suos ab incendio redimerent, quod si fieret, consilii illius autor auri partem acciperet. Quem conatum suum cùm Iudæus Reuchlini consilio eludi cerneret, sparsis libellis famosis, cum apud multos in odium

5480 dium & inuidiam vocauit. Librum verò Reuchlini Colonienses flammis tradiderunt: quæ res maioris factionib. inter doctos agitata est, aliis Capnionem, aliis Colonienses tuentibus. Tandem orto Luthérano incendio, fumulinum hoc (vt quidam tum appellarunt) certamen in fumum abiit. Vide Sleidanum lib. 2. sub anno Christi 1520. vbi prolixiùs rem omnem exposuit. 1510

Obierunt:

I. BOHVSLAVS ab Hassenstain, Baro à Lobkouiz, Poëta & Orator in vtraque lingua Græca & Latina clariss. totius Bohemiæ ornamentum, die 29. Nouembris.

II. IOANNES Geiler Keiserspergius Theologus Argentinensis, 10. Martij, ætatis 56.

III. PHILIPPVS Beroaldus Bononiensis, Rhetor & Grammaticus, æt. 60. Tritthemius.

5481 ALBERTVS Marchio Brandeburgicus, factus est Magister Ordinis Teutonici in Prussia, an. 321. ab instituto Ordine. Anno sequenti introductus est in vrbem Regiomontanam. 1511

MALACA aureæ Chersonesi metropolis ab Alphonso Albuquercio expugnata. Osor. lib. 7.

PHILIPPVS Melanchthon Tubingam venit.

Nati sunt:

I. PAVLVS Eberus Theologus, Kittingæ in Francia Orientali, die 8. Nouembris, hora prima post medium noctis.

II. ANDREAS Gerardus Hyperius, Theologus, die 16. Maij, hora 6. vespertina, Hyperis inclyta Flandriæ Vrbe.

III. IOANNES Fichardus I C. Francof. an Mœn.

IIII. IOANNES Bauhinus Senior Medic. & Chirurg. Doctor clariss. die S. Bartholomæi, Ambiani in Picardia.

V. IOHANNES Goropius Becanus, Medicus & Philosophus excellentissimus, in vigilia D. Ioannis, vt ipse testatur lib. 7. Hermath. pag. 140.

5470 Pateram auream margaritis & vnionibus refer-
tissimam. VI. GANDAVVM vrbs natalitiam, Na-
uim argenteam. VII. ABBATES Vetus & Nouum
Testamentum, cum hac inscriptione: Scruta-
mini scripturas. *ZENOCARVS in his more suo philosophatur, & significationes de futura infantis fortuna considerans, Primũ munus interpretatur de dignitate Cæsarea puero attribuenda, eò quòd ex domo Lutzenburgica celeberrimi Cæsares prodiissent, Carolus IIII. Sigmundus, &c. Secũdum exponit præstantiam eius fore omnibus admirabilem, vt Phœnicis, auis rarissimæ. Tertium gladium iusticiæ vindicẽ Imperatori conuenientem. Quartum & Quintũ amplissimas prouincias auri & margaritarum feracissimas puero obuẽturas. Sextũ nauigationes prosperas in noui orbis Insulas argento & auro abundantes. Septimum Curam religionis ac fidei tuendæ Carolo demandatam esse.*

II. IOACHIMVS Camerarius, vir de scriptis suis celebris & clarus, 12. Aprilis, quadrante horæ post 10. ante merid. Bambergæ.

III. PETRVS Martyr Vermilius Theologus, 8. Septemb. Florentiæ vrbe Italiæ florentissima.

IIII. HENRICVS Bullinger Theologus Tigurinus.

V. IOACHIMVS Mollerus Senior, Senator Reipub. Hamburg. grauissimus, & nomine Reipub. præfectus arcis Ritzebuttel, die 25. Martij, Hamburgi.

VI. IANVS Cornarius Medicus, Zvviccauiæ.

ALBERTVS Dux Saxoniæ, pater Ducum GEORGII & HENRICI, auus MAVRITII & AVGVSTI Electorum, moritur in expeditione contra Frisios, 12. Septembris, ætat. 57. sepultus Misnæ.

5471 Facultas THEOLOGICA Acad. MOGVNTINA imitata Synodi Basiliensis decretum, itemque Parisienses & Colonienses Theologos decreuit & statuit sentiendum, MARIAM Virginem sine peccato

5471 pec... conceptam, idq; singulari quo dam p... 1501

LVTHERVS ... 18 studiorum causa in Acad Erffurtensem se ... Mathes.

Cruces sanguinolentae in vestibus hominum per Germaniam ... uertunt

ERASMVS ... Enchiridion militis Christiani primum edidit, de quo (vt ipse narrat) quidam amicus ... *Plus sanctimoniae conspici in ipso libello, quam in libelli autore.* Quod vtinam de multorum scriptis hodie non tam verè pronunciari posset, quam de Erasmi libello facetè & per iocum dictum est.

Nati sunt:

I. HIERONYMVS Cardanus Mediolanensis Medicus, 24. Septembris.

II. IACOBVS Milichius Med. D. 21. Februarij, Friburgi Brisgoiae.

III. VITVS Ortel VVinshemius Medic. D. 1. Augusti, dimidia hora post merid.

IIII. LEONHARDVS Fuchsius Medicus, VVembdingae Rhaetiae oppido.

V. IODOCVS VVillichius Medicus, & in Acad. Francoford. ad Viadrum Professor, Resellij in Borussia.

VI. GEORGIVS Vuelius Theologus hoc anno natus est, vt ipse scribit.

5472 Academia VVITEBERGENSIS constituta à FRIDERICO III. Electore Saxoniae, & solenni ritu introducta die Lucae 18. Octob. (die Martis post Dominicam 21. Trinitatis) Primus Rector Academiae fuit MARTINVS Polichius Mellerstadius, artium & Medicinae Doctor. Vtque hic natalis Academiae quotannis celebraretur, constitutum est, vt eodem die hyberni semestris Rector & Decanus crearentur. 1502

In dioecesi SPIRENSI a duobus rusticis in pago Vndergrumbach *qui callidis persuasionibus alios complu*

res

5472 *res in suas partes pertraxerunt, exorta est con[illegible] & rebellio Agricolarum aduersus Episcopum & Canonicos, quæ dicta est Liga rusticorum, Bundtschuch. Præcipuus coniurationis articulus fuit, vt aucti numero omne iugum seruitutis excuterent: Heluetiorum more armis libertatem sibi vendicarent: & Magistratum omnem abolerent, &c.* Vide additiones Nicolai Basilij in Chron. Naucler.item Append. Vrsperg.

CONRADVS Pellicanus æt. an. 24. fratribus Minoritis Basileæ ordinarius Theologiæ præficitur lector & professor. Vita Pellicani.

Nati sunt:

I. GREGORIVS XIII. Pontifex Rom. aliàs Hugo de Boncompagno, die 7. Ian. Bononiæ.

II. OTTHO HENRICVS, Ruperti filius, Elector Palatinus Rheni, 1[illegible]. Aprilis, Ambergæ.

III. GEORGIVS Maior Theologus, die 25. Aprilis, inter horam 1. & 2. pomerid. Norimbergæ.

IIII. CÆLIVS SECVNDVS Curio Italus, Philosophus eximius, Cyriaci Taurinorum oppido.

V. IOHANNES PISTORIVS, literatissimus Theologus

5473 Insignis fuit hic annus aliquot Principum ortu:

I. FERDINANDVS Imperat. Vngariæ & Boëmiæ Rex, Caroli V. Imperat. frater, nascitur 10. Martij, hora 9. post merid. Modinæ in regno Castiliæ.

II. Hoc anno 23. Iulij, scribit Mechouius, natam esse ANNAM, VLADISLAI Vngariæ & Boëm. Regis filiam, FERDINANDI Imp. Coniugem.

III. CHRISTIANVS III. FRIDERICI I. Danorum Regis filius, Rex Daniæ & Noruegiæ nascitur 12. Augusti, hora 3 post meridiem.

IIII. IOHANNES FRIDERICVS Elector Saxoniæ, IOHANNIS filius, in lucem editus 30. Iunij, futuri sui fati omen ex aluo materna secum tulit: Nam

1473 Nam, vt ex hominum fide dignorum sermonibus accepi, nascenti visa est in dorso crux aureo colore fulgens, quam vbi conspexit à matronis aulicis accersitus Sacerdos, vir pius & admodum senex, pro omine hoc arripiens: *Hic puer*, inquit, *crucem gestabit toti orbi conspicuam, cuius indicium tam manifestum in ipsius ortu sese exerit.* Eius rei initium quoddam hoc fuit, quòd mater Sophia 12. die post partum extincta est. Hæc ideo annotamus, quòd à nemine literis hactenus sint prodita, non indigna tamen, quæ ad posteritatis memoriam transmittantur, cùm euentus præsagium hoc manifestò declararit & comprobarit. 1503

V. PHILIPPVS bellicosus Comes Palatinus Rheni, Ruperti filius, die 12. Nouembris.

VI. IACOBVS Mycillus natus est die 6. Aprilis, media hora 6. Argentinæ.

Obierunt:

I. ALEXANDER VI. Papa per ministri incuriam epoto veneno, quod furtim iusserat dari Adriano Cardinali familiari suo, cuius in hortis cœnabat, obijt 18. Augusti. Hic Alexander VI. filio suo Cæsari Borgiæ cædibus ac rapinis regnum parabat, ideoq; conuiuium splendidum instruxerat, vt quosdã pcipuos viros inuitatos venenato puluisculo in vinũ insperso tolleret, eorumq; exuuijs filium ditaret. Factum est autem diuinitus, vt ministro lagenas errore quodã commutante, Alexander & filius venenum haurirent: alij purum vinum. Ita Alexander sibi, non alijs, exitiũ struxit. Filio etiã cùm conualuisset parata fuit mors cruẽta, quam & prædicere sibi visus est. Nam eius Apophthegma hoc fuit: O CÆSAR, ó NVLLO: id est: *Aut Cæsar, aut nullus.* Tandem nihil factus est, cùm propter nefarias technas trucidaretur. *Pontanus de Prudentia lib. 4. cap. 16.* Alexander paulò ante Ioannem Michaëlem ciuem Venetum Cardinalem Ro-

5473 Romæ veneno necauerat. Causa interficiendi hominem fuit aurum atq; argentum, quod is habere existimabatur, quarum omninò rerũ inexplebilis Alexandri animũ cupiditas ad omnem iniquitatem incendebat, vt filio pecuniam exercitibus alendis suppeditaret, quos is Italorum Principum regna occupare celeriùs posset, se iam sene. *Hæc Bembus in histor. Venet.* ALEXANDRO mortuo successit Æneæ Syluij Pij II. ex fratre nepos, PIVS III. Qui post dies 26. extincto, electus est IVLIVS II. Papa egregius bellator, tenuit Pontificatum an. 9. mens. 3. Obserua: *A natali IVLII Cæsaris ad Pontificatum IVLII II. anni 1600 pleni.*

II. IOANNES Dalburgius Episcopus Wormatiensis, quem generis nobilitas, literarum amor, ac doctrinæ præstantia immortalem reddiderunt, febre extinguitur Heydelbergæ 28. Iulij, ætat. 50 magno sui desiderio eruditis omnib. relicto. Præfuit Episcopatui annis plùs minùs 20. Fuit Rudolphi Agricolæ discipulus. Paralip. Vrsperg.

5474 *BRASILIA Americæ regio à Lusitanis hoc anno inuenta.* Circa hæc tempora desinit CRANTZII Chronicon.

Nati sunt:

I. PHILIPPVS Hassiæ Landgrauius, 13. Nouembris.

II. CASPAR Cruciger Senior Theologus, 2. Ianuar. è hora 1. post med. noctis, Lipsiæ.

III. IOANNES Mathesius, Pastor Ecclesiæ in valle Ioachimica, 24. Iunij, Rochlicij.

IIII. PAVLVS Fagius linguæ Ebrææ peritia & cognitione clarus, Tabernis Rhenentibus, oppido Palatinatus.

V. CHRISTOPHORVS Lasius Theologus, 6. Iulij Argentinæ.

RVPERTVS, Othonis Henr. et Elect. Palat. & Philippi b. Frosi parens, Comes Palat. Rhen. ætat. 23. obijt.

COLO-

5475 *COLONIÆ in Comitiis bellum BAVARICVM componitur, & Palatinus Rheni à Cæsare recipitur in gratiam. In hoc conuentu IACOBVS Marchio Badensis & Episcopus Treuirensis respondit legatis Pontificiis latinè, Germanis germanicè, Gallis gallicè, Venetis Italicè.* 1505

LVTHERVS cùm paulò ante renunciatus esset Magister artium, & ad Iurisprudentiam animũ appulisset, fulmine territus & consternatus, voto suscipiendi Monachatus se obstrinxit. Itaq; agens annum ætatis 22. inuito & reclamante parente, ingressus est monasterium Augustinianorum Erfurdiæ, 17. Iulij (die Alexii) & in eo integrum annum ante solennem professionem, vt moris est, nouitius constanter perseuerauit: deinde palàm professus est Monachum. Surius.

Nati sunt:

I. IOACHIMVS II. Elector Marchio Brandeburg. Princeps munificus & pacificus, die 9 Ianuarij, hora 1. post meridiem.

II. FRANCISCVS Burchardus, Cancellarius Iohannis Friderici Electoris Saxoniæ, 6. Iulij, Vimariæ.

III. LEVINVS Lemnius Medicus Zirizæus, C.S.E. in Seelandia Belgici prouincia.

IIII. STEPHANVS Szegedinus Theologus, Szegedini Emporio inferioris Pannoniæ celebri, honesto apud suos loco.

V. ÆGIDIVS Tschudus Heluetius, vir doctissimus, die 5. Februarij, Glaronæ.

VI. IOANNES Hartungus Philologus, Miltebergi Franciæ Orientalis oppido.

IOANNES IOVIANVS Pontanus, vir omni disciplinarum genere præstantissimus, quem ALPHONSVS Aragonum Rex à secretis habuit, cuiusque extant Poëmata, Dialogi & historiæ, moritur ætatis 77. Quidam referunt eius obitum ad annum 1503. Is viuens

5475 *monumento suo hæc verba inscripsit*: Sum Ioannes Iouianus Pontanus, quem amauerunt bonæ Musæ, suspexerunt viri probi, honestauerunt Reges, Domini. Scis iam quis sim, aut qui potiùs fuerim. Ego verò te hospes noscere in tenebris nequeo, sed te ipsum vt noscas, rogo. Vale. 1505

5476 Academia FRANCOFORDIANA ad Viadrum introducta est solenni ritu 27. Aprilis. Primus Rector fuit Conradus Wimpina Francus, Theologiæ Professor. 1506

IOANNES Capnio primus Grammaticam Hebraicam Latinè scripsit & edidit: vnà cum Hebraico Lexico. Præfat.

RAPHAEL Volaterranus Anthropologiam suam scripsit.

MATTHIAS Mechouius historiographus Polonicus, Medicinæ Doctor & Astrologus, Chronicon suum terminat. Vixit adhuc anno 1515.

Nati sunt:

I. LVDOVICVS Rex Vngariæ, Ladislai filius, Calend. Iulij.

II. IOHANNES Sleidanus, scriptor historiarum nostri temporis.

III. GEORGIVS Buchananus Scotus, qui historiam rerum Scoticarum descripsit. Cal. Februarij, in Leuinia Scotiæ Prouincia ad Blauum amnem, in villa rustica.

Obierunt:

I. PHILIPPVS Hispaniarum Rex, MAXIMILIANI Imperatoris filius, CAROLI V. pater, die 25. Sept. ætat. 28. mens. 3. d. 3. Granatæ prope Burgos.

II. CHRISTOPHORVS Columbus Genuensis, nouarum terræ partium nostro seculo primus inuentor, post quartam in nouum orbem nauigationem, 8. Maij, Valledoleti in Hispania.

5477 *Bellum oritur inter MAXIMILIANVM Imp. & Venetos Surius.* 1507

SIGIS-

5477 *SIGISMVNDVS coronatur Rex Poloniæ 24. Januarij: regnat an. 42. inchoat.* 1507

LVTHERVS in Cœnobio Erphurdiensi primitias sui sacerdotii celebrat, primamque Missam cantat Dominica Cantate (2. Maij) ætatis 24. à confirmatione primatus Papæ 900.

Nati sunt:

I. *GEORGIVS, Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 14. Augusti.*

II. *CHRISTOPHORVS à Carleuuitz in Rotenhauß, IIII. Imppp. item Electorum & Ducum Saxoniæ Consiliarius, qui familiæ suæ hæreditariam Equitum auratorum in S. Romano Imperio dignitatem impetrauit, 14. Decembris.*

III. *IOANNES Sturmius, studiorum in Schola Argentoratensi Gubernator, & Orator nostro seculo celebris, 1. Octobris, hora 2. post meridiem, Sleidæ oppido inter Vbios non ignobili.*

IIII. *VIGLIVS Zuichemus Frisius IC. die 19. Oct. Forsterus.*

V. *IOANNES Oporinus Typographus, die Conuersionis Pauli 25. Ianuarij, Basileæ.*

M. ANTONIVS Coccius Sabellicus, scriptor historiarum Italicarum, moritur Venetiis, ætat. 70. Leander.

5478 *IMPERATOR, PAPA & GALLVS confœderati Venetis bellum inferunt* 1508

Mωρίας Encomium editum ab Erasmo Roterodamo 9. Iunii. Præfat. De quo libro autor ipse in Adagiis Chiliad. 2. Cent. 2. Adag. 40. ita loquitur: *Lusimus Moriæ Encomion, cui non plus septem dierum operam impendimus, idq; nullis librorum adminiculis adiuti. Nam nostra sarcina nondum aduecta tum erat. Hoc quicquid est libelli, video candidis ingenus, & iis qui bonis literis sunt initiati, magnoperè probari, qui, præter iocandi festiuitatem affirmant illic esse non pauca, quæ ad corrigendos hominum mores magis conferant, quàm Aristotelis Ethica, aut politica dogmata.*

5478 *Et tamen audio nonnullos offendi, sed paucos, atque hos eiusmodi, vt nihil probent nisi barbarum, insulsum & ab omnibus Musis alienißimum. Ego neque mordeo quempiam nominatim, nisi fortè meipsum, & odiosam illam scelerum ac vitiorum camarinam nusquam mouens, ridicula quædam magis quàm fœda paucis attingo. Sed taxas, inquiunt, Episcopos, taxas Theologos, taxas Principes. Primi non animaduertunt, quàm hoc ipsum faciam moderatè, minimeq́; odiosè. Deinde non meminerunt illius Regulæ, quam toties inculcat D. Hieronymus: Vbi generalis de vitiis disputatio est, ibi nullius personæ esse iniuriam, neque carbone notari quenquam quasi malus sit, sed omnes admoneri, ne sint mali, &c.* 1508

TRITTHEMIVS scripsit librum de intelligentiis cœlestibus & spiritibus nescio quibus: vbi etiam de religionis mutatione (& quidem intra annos 13. aut 17. futura) ominari quædam ausus est his verbis: *Secta religionis,* inquit, *consurget, magna veterum destructio religionum: timendum, ne caput vnum amittat bestia quarta.* Genius verò, qui Tritthemio hæc dictauit, albus an ater fuerit, ego non facilè dixerim. Meritò suspectum est piis, quod ab autore mendaci, ac indice fallaci profectum est.

LVTHERVS venit Vitebergam ætat. 25. anno 6. à constituta Academia Vitebergensi: publicè prælegit Aristotelis Logicen & Physicen.

ALPHONSVS Albuquercius ORMVZVM vrbem & Regnum in sinu Persico, Emanueli Lusitaniæ Regi subiecit.

GEORGIVS Sabinus Poëta & IC. 23. Aprilis hora 7. antemeridiana natus est Brandeburgi.

Obierunt:

I. PHILIPPVS Elector Palat. Rheni. die 27 Februarij.

II. LVDOVICVS Bologninus IC. & Eques, qui Bononiæ ac Ferrariæ iura interpretatus est, Florentiæ, ætatis 61. Sch. ad. Forst.

III. CVN-

5478 III. CVNRADVS Celtes primus Germaniæ Poëta Laureatus, Viennæ 4. Februarij, æt. 49. 1508

5479 *VENETI ad Caruaglium in loco Agnadelli à Gallis magno prælio victi & superati sunt die 14. Maij, ipsorum Duce Bartholemæo Aluiano capto, & 8000. militum trucidatis. Qua tunc quidem occasione Brixia, Bergomum, Crema, Cremona, cæteraque Ducatus Mediolanensis loca in Ludouici XII. Francorum Regis potestatem venêre. Papa item & Hispanus suas quasdam à Venetis occupatas vrbes & oppida receperunt. Chron. Gall. Guicciard. Beuther.* 1509

MAXIMILIANVS Cæsar Patauium, Veronam, Vincentiam, Brixiam & alia sociorum oppida recuperauit. Palmer. App.

FRANCISCVS Almeida primus Indiæ prorex Campsonis Sultani Ægyptij classem, Indis auxilio missam, feliciter profligauit.

PHILIPPVS Melanchthon Heydelbergam venit die 13 Octobris.

Nati sunt:

I. IOACHIMVS Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 8. Augusti, hora 5. antemeridiana.

II. IOANNES Caluinus Theolog. Genevensis, 10. Iulij, Nouioduni celebri Veromanduorum oppido.

III. LVDOVICVS Grempius à Freudenstain IC. & Syndicus Reip. Argentinensis. Pantal.

IIII. MATTHÆVS Hostus, Græcæ linguæ in Academia Francofordiana Professor, circa anni huius initium, in pago Wilhelmsdorff, non procul Colonia ad Sueuum.

Obierunt:

I. HENRICVS VII. Rex Angliæ, 23. Aprilis. Huic successit HENRICVS VIII. qui regnauit an. 39.

II. IOHANNES I. Princeps Palat. Rheni, Comes Simerius & Spanheimensis.

III. PHILIPPVS Cominæus, Eques Flandricus, natura

5480 dium & inuidiam vocauit. Librum verò Reuchlini Colonienses flammis tradiderunt: quæ res miris factionib. inter doctos agitata est, aliis Capnionem, aliis Colonienses tuentibus. Tandem orto Lutherano incendio, fumulinum hoc (vt quidam tum appellarunt) certamen in fumum abiit. Vide Sleidanum lib. 2. sub anno Christi 1520. vbi prolixiùs rem omnem exposuit. 1510

Obierunt:

I. BOHVSLAVS ab Hassenstain, Baro à Lobkouitz, Poëta & Orator in vtraque lingua Græca & Latina clariss. totius Bohemiæ ornamentum, die 29. Nouembris.

II. IOANNES Geiler Keiserspergius Theologus Argentinensis, 10. Martij, ætatis 56.

III. PHILIPPVS Beroaldus Bononiensis, Rhetor & Grammaticus, æt. 60. Tritthemius.

5481 ALBERTVS Marchio Brandeburgicus, factus est Magister Ordinis Teutonici in Prussia, an. 321. ab instituto Ordine. Anno sequenti introductus est in vrbem Regiomontanam. 1511

MALACA aureæ Chersonesi metropolis ab Alphonso Albuquercio expugnata. Osor. lib. 7.

PHILIPPVS Melanchthon Tubingam venit.

Nati sunt:

I. PAVLVS Eberus Theologus, Kittingæ in Francia Orientali, die 8. Nouembris, hora prima post medium noctis.

II. ANDREAS Gerardus Hyperius, Theologus, die 16. Maij, hora 6. vespertina, Hyperis inclyta Flandriæ Vrbe.

III. IOANNES Fichardus I C. Francof. an Mœn.

IIII. IOANNES Bauhinus Senior Medic. & Chirurg. Doctor clariss. die S. Bartholomæi, Ambiani in Picardia.

V. IOHANNES Goropius Becanus, Medicus & Philosophus excellentissimus, in vigilia D. Ioannis, vt ipse testatur lib. 7. Hermath. pag. 140.

5482 Nati sunt: 1512

I. PAVLVS Manutius, ALDI filius, antiquitatis diligentissimus inquisitor, & indagator, C. S. E. Cal. Iulij, Venetijs.

II. GERHARDVS Mercator, Cosmographus & Mathematicus excellentissimus, die 5. Martij sub auroram hora 6. antemeridiana, Rupelmondæ in finibus Comitatus Flandriæ.

Obierunt.

I. BAIAZETES II. Turcarum Rex decimus, & SECVNDVS Imp. Orientis, à filio Selymo regno quidem die 11. Aprilis vi priuatus, vita verò veneno in fuga, post annum à gubernatione filij inita, sublatus, obijt in vico Chapse, ætat. 74. regni 31. Baiazete & regno & vita spoliato, Turcarum Imperium inuasit SELYMVS I. Turcarum Rex vndecimus & TERTIVS Orientis IMPERATOR: quod vt eò rectius stabiliret, duos fratres, CORCHVTEM & ACHMETEM, vnà cum ipsorum filijs, interfecit: ita vt ex stirpe Othomanica ipse solus superesset. Leonclau. Cuspinianus, Drechsl. & alij.

II. GASTO Comes FOISSAEVS, Dux Nemorensis, bellator fortiss. & felicissimus, in prælio ad Rauennam contra Iulium Pontificem Rom. & Hispanos pugnans cæsus perijt, die Paschatis.

III. IACOBVS EMSIVS Eques Germanus, militiæ dux nobilissimus, rebus maximis in eodem prælio Rauennate gestis fortiter occubuit ipso die Paschatis. De quo Huttenus.

Postquam omnes Italorum vrbes, patriæq;, potentes
Impl'ērat fama nominis, occubuit.
Pugnauit toties, nunquam non vicit in armis:
Hoc quoq; quo cecidit tempore, victor erat.

5483 *HELVETII, qui Maximilianum Sfortiam Ducem Mediolanensem cōtra Gallum & Venetos defendebant, Nouariæ à Gallis obsessi, duce Motinio stupenda animi magnitudine numerosissimum & rebus omnib. instructissimum Gallorum exercitum adorti sunt, eumq; fœdissimè* 1513

5483 *profligarunt, die 6. Iunij: ita vt Heluetiorum quidem 1500. à partibus verò Gallorum 1000 cæsi perierint. Guicciardin.* 1513

MAXIMILIANVS Imp. duce RVDOLPHO Principe Anhaltino exercitum Venetorum, cui Bartholomæus Liuianus Princeps Venet. præerat, ad Bachilionem amnem non procul Vicentia, prouida irruptione impetuque vehementi aggressus, cum magna Ciuium parte, quos Liuianus ad spectandam Germanorum lanienam, tamquam ad certam paratamq; victoriam, euocârat, singulari virtute & felicitate dissipauit, protriuit, concîdit, & victoriam gloriosissimam reportauit, die 7. Octobr. Ex Venetorum exercitu (teste Guicciardino) 400. equites cataphracti, & 4000. pedites cæsi & capti sunt: Alij 7000 trucidata asserunt.

TATARI Precopenses in Podolia, Volhinia & Russia direptionibus & incendijs grassantes, memorabili prælio à Polonis & Lithuanis, duce CONSTANTINO Ostrogio, ad LapuZnam & arcem Visnoueciam victi & profligati sunt.

ALBERTVS Episcopus Magdeburgensis, factus est Archiepiscopus Moguntinus, 9. Martij. Sedit an. 32. Iust. Brusch.

BLASCVS Nonius Valboa in Nouo orbe Isthmo transito, Austrinum mare ad Panemaidem, & regiones PERVANAS primus inuenit.

Nati sunt:

I. IOHANNES, Ioach. I. Elect. Brandeb. filius, Marchio Brandeb. Princeps sapiens & eloquens, 3. Augusti.

II. ADRIANVS Albinus Iurisconsultus, & Illustriss. Principum Marchionum Brandeburg. in noua Marchia Cancellarius, 13. Octobris Laubenæ Lusatiæ superioris oppido. Ita inter natalem Principis & Cancellarij vnius eiusdemque ditionis intercesserunt dies 70. Hoc ergo anno orta sunt duo illa magna lumina, quæ aulam Cu-

5483 *Custrinensem pracipuè (de cateris viris sapientibus & doctis nunc verba non facimus) illustrem & claram reddiderunt.* 1513

III. *NICOLAVS Hemmingius Theologus doctissimus, C.S.E. in Dania.*

Obierunt:

I. IVLIVS II. PP. die 21. Februarij. Successit die 11. Martij, LEO X. antea dictus Iohannes Medices. Hic anno superiori ad Rauennam fuerat legatus Iulij II. tunc quidem à Gallis captus, sed ex eorum manibus elapsus, circumacto anno die 11. Aprilis Pontifex Rom. coronatur: vt is dies, qui anno præterito ipsi infaustus fuerat, coronationis suæ celebritate ex atro in candidum verteretur. Iouius. Sedit an. propè 9. A Leone I. ad Leonem X. anni 1074.

II. ERNESTVS Dux Saxoniæ, ERNESTI Elect. Sax. fil. Archiepiscopus Magdeb. 3. Augusti, ætat. 49. Successit ALBERTVS Marchio Brandeburgensis.

III. MARTINVS Polichius Mellerstadius primus RECTOR Academiæ Vitebergensis, die 27. Decembris.

5484 *SELYMVS Turcarum Imp. expeditionem aduersus ISMAELEM SOPHINVM Persarum Regem suscepit. Prælium in campis Zalderanis (quos à Iouio non rectè Calderanos appellari putat Leonclauius) non procul à ciuitate Choi, die 26. Augusti commissum est: in quo licet fortiter pugnaret Ismaël, tandem tamen victus & fugatus est à Selymo, qui victoriam obtinuit. Leonclau.* 1514

SIGISMVNDVS Rex Poloniæ Moscos insigni clade affectos, ad Borysthenem, die 8. Septembris vicit & profligauit.

PHILIPPVS Melanchthon promotus in Magistrum, 25. Ianuarij, ætat. 18.

Nati

5484 Nati ſunt: 1514

I. IOACHIMVS Mynſingerus à Frundeck nobilis Iureconſultus, Stutgardiæ metropoli Ducatus Wirtembergici. Cruſius.

II. WOLFGANGVS Lazius Medicus, & Ferdinandi Imp. Rom. Hiſtoricus & Conſiliarius, die 31 Octobris, minutis 24. poſt tertiam matutinam, Viennæ Auſtriæ.

III. IOANNES Gigas Paſtor Eccleſiæ Freiſtadienſis, cuius vtilia ſcripta Theologica multaque iucunda Poëmata extant, 22. Febr. Northuſij.

IIII. FRIDERICVS Staphylus Theologus, Oſnaburgi in Weſtphalia.

V. IOACHIMVS Morlinus Theologus, die 6. Aprilis.

VI. ANDREAS Veſalius Medicus præſtans & Anatomes illuſtrator, die 31. Decemb. Bruxellis celebri Flandriæ vrbe.

VII. GEORGIVS IOACHIMVS Rheticus Mathematicus, die 16. Febr. minutis nouem ante horam 2. matutinam, in oppido Feldkirchen.

5485 *HELVETII victi & caſi ſunt memorabili ſtrage à FRANCISCO Gallorum Rege, primo anno regni, die 13. Septembris, ad Marignanum in agro Mediolanenſi: durauit prælium toto biduo. Annal. Franc.* 1515

PETRVS Galatinus Minorita, Ebraicæ linguæ ſcientia clarus, hoc anno ad Reuchlinum ſcripſit Epiſtolam, quam vnà cum Reuchlini reſponſione in Reuchlinianis Epiſtolis paulò ante libri finem reperies. Hic edidit opus de arcanis Catholicæ veritatis, in Ebraicis libris, præſertim in Thalmud inuentis, in defenſionem Capnionis, & aduerſus Iudæorum obſtinationem, Anno 1518.

BIBLIA EBRAICA (vulgò Complutenſia) adiunctis trib. tranſlationibus Chaldaica, Græca & Latina, Tomis ſex imprimi curauit FRANCISCVS Ximenius Cardinalis, Archiepiſcopus Toletanus.

VIEN-

5485 *VIENNÆ conuenerunt MAXIMILIANVS Imp. VLADISLAVS Vngariæ, & SIGISMVNDVS Poloniæ Rex, die 17. Iulij. LVDOVICO Regi Vngariæ Vladislai filio, desponsa est MARIA soror Caroli V. vicissim ANNA soror Ludouici Regis Vngariæ absenti FERDINANDO fratri Mariæ desponsa 22. Iul. Cuspin.* 1515

Nati sunt:

I. FRIDERICVS III. Palatinus Rheni Elector, Ioan. Comitis Palat. Simerentis & Spanheimensis filius, die 14. Februarij.

II. PHILIPPVS I. Dux Pomeraniæ, 15. Iulij, hora 1. ante merid.

III. FRANCISCVS Piccolomineus, ex nobilissima Piccolomineorum familia oriundus, summus nostri temporis Philosophus editisque scriptis celeberrimus, Senis in Italia circa hunc annum natus est.

IIII. GEORGIVS Cassander, vir doctissimus & Theologus præstantissimus, C.S.E. Brugis Flandrorum.

V. CONRADVS Lycosthenes, vir multæ lectionis, cuius opera extant, Rubeaci in Alsatia.

VI. PETRVS Ramus Orator & Philosophus excellens, in pago Veromanduorum Quut.

VII. VALERIVS Cordus Medicus & Dioscoridis illustrator, die 18. Februarij, hora 4. pomeridiana, Simesusij in Hassia.

VIII. IOANNES Stigelius Poëta, 31. Maij, Gothæ.

Obierunt:

I. LVDOVICVS XII. Gallorum Rex, 1. Ianuarij, ætat. 53. Parisijs. Successit gener ipsius FRANCISCVS I. Valesius, qui coronatus est die 25. Ianuarij: & hoc ipso anno, quo Rex designatus est, Mediolanum recuperauit. Chron. Gall. Estque hic annus à morte Augusti Cæs. 1500.

II. LANCELLOTTVS Decius Iurisconsultiss. & in Titi-

5485 *Ticinensi Gymnasio interpres gratissimus, die 4. Febrr. Ticini. Schrader.* 1515

5486 *SELYMVS Turcarum Imp. pater Solymani, accerimo prælio conflixit cum MAMALVCIS, non procul à Damasco, in quo prælio Sultanus Ægypti CAMPSON GAVRIVS, nefariè proditus ac desertus, à Caierbeio Alepi præfecto, cum duobus præfectis Damasceno & Tripolitano, occubuit 26. Augusti, ætat. 77. Vnde postea Selymus breui tempore SYRIAM, ÆGYPTVM & IVDÆAM suo imperio adiecit. Antequam verò Ægyptum peteret, Hierosolymam adijt, veterumque Prophetarum sepulchra veneratus, Christianis Sacerdotibus Sepulchrum Domini obtinentibus pecuniam in alimenta sex mensium largitus est. Inde expugnata Gaza, Ægyptum petijt. Mamaluci in Campsonis locum TOMVMBEIVM strenuũ virũ delegerunt Iouius, & alij.* 1516

MAXIMILIANVS Imp. Mediolanum irrito conatu obsedit.

NOVI TESTAMENTI Latina translatio vnà cum Annotationibus edita ab Eras. Roterodamo.

LVTHERVS disputauit contra Scholasticos Theologos, de libero arbitrio, meritis operum, & traditionib. humanis. Propositiones extant I. Tom. operum eius Latin.

Vrbs VALLIS IOACHIMICÆ condi aut coli cœpta est, repertis argentifodinis.

Nati sunt:

I. WILHELMVS Dux Iuliacensis & Cleuensis, 27. Iulij.

II. GEORGIVS SIGISMVNDVS Seldius LL. Doctor, & CAROLI V. Imp. Consiliarius, &c. die 21. Ianuarij, hora 1. post medium noctis, Augustæ Vindelicorum.

III. MODESTINVS, Simon. fil. Pistoris, IC. clarissimus, in Misnia.

IIII. CVNRADVS Gesnerus Medicus & Philosophus, Tiguri.

V. GVA-

5486 V. GVARVS WEIGANDVS Guarinus, artis Medicæ Doctor, qui multis annis feliciter functus est officio Archiatri in aula Custrinensi, vir eximia doctrinæ, virtutis & integritatis laude præstantissimus, & amicus meus præcipuus, 6. Iulij. 1516

VI. GEORGIVS Fabricius Poëta excellens, & omnis antiquitatis studiosissimus, 24. Aprilis, intra h. 5. & 6. Chemnicij.

VII. HIERONYMVS Wolfius Philologus, Octingæ Rhætiæ oppido.

VIII. PETRVS Gualterius Chabotius Philosophus, in oppidulo nomine Sanlupo in agro Pictauino. Boissard. in Iconib.

IX. MARTINVS Heluigius Nissenus, cuius extat tabula Chorographica Silesiæ.

Obierunt:

I. VLADISLAVS Rex Vngariæ, 13. Martij, ætat. 61.

II. FERDINANDVS Rex Hispaniæ (vltimus in familia ARAGONIORVM, auus maternus Caroli V. quem regnorum hæredem reliquit) 16. Ianuarij, alij 22.

III. BAPTISTA Spagnolus Mantuanus Poëta, mense Martio, ætat. 72.

5487 Concilium LATERANENSE, quod IVLIVS II. contra Pisanum indixerat, hoc demum anno finitum est 16. Martij: in quo post recitatas orationes in laudem Iulij & Leonis, sententiæ dictæ sunt de bello in Turcas suscipiendo: de reformandis Ecclesiæ moribus: de Boëmis ad Ecclesiæ vnitatem ab errore reuocandis. Sleid. Ponta. 1517

SELYMVS Turcarum Imperator ALCAIRVM (Memphin) munitissimam Ægypti vrbem & Sultanorum sedem expugnauit 25. Ianua. plurimis ibi dediticijs contra fidem datam crudeliter interfectis. Capta vrbe TOMVMBEIVS Sultanus fugam arripiens, cùm se in palude quadam inter iuncos & arundines occultasset,

5487 *tasset, immersus aquis vsque ad summum pectus, captus & ad Selymum perductus est. Qui iussit primùm tradi eum tortoribus, vt de Campsonis thesauris quærerent: sed ille nihil præter suspiria & horribiles gemitus in summis cruciatibus protulit. Postea maioris ignominiæ causa mulo impositus, laqueo ad collum appenso, reuinctisque à tergo manibus, per totam vrbem Alcairum circumductus, iuxta portam vrbis suspensus & strangulatus peryt die (vt annotauit Sansouinus) 11. Aprilis. Iouius, &c. Alij ad 13. Aprilis referunt. Hic fuit finis regni MAMALVCORVM in Ægypto: quod annis 300. eosdem tenuisse in Pandecte Turcica scribit Leonclauius.* 1517

LEO X. Calendis Iulij, anno Pontificatus sui quinto, fecit quintam ordinationem Cardinalium, quæ omnium quæ vnquam fuerunt, maxima fuit: quia simul 31. Cardinales creauit, inter quos fuerunt LAVRENTIVS Campegius, MARCVS Musurus, & ADRIANVS, qui postea Leoni X. in Pontificatu successit. Vide Onuphr.

MVTATIO RELIGIONIS.

MARTINVS LVTHERVS (æt. 34.) 31. Octobris, in Vigilia Omnium Sanctorum (quæ tum fuit dies Sabbati præcedens Dominicam 21. Trinitat.) publicè foribus Templi Omnium Sanctorũ Vitebergę affixit Propositiones contra Indulgẽtias, quas Ioannes Tezelius Monachus Dominicanus venales circumferebat. Archiepiscopum quoque Moguntinum Albertum per literas orauit, vt Indulgentiarum loco Euangelium doceri iuberet. Hoc fuit primum classicum totius mutationis in religione, quæ postea secuta est. Nos ne partiũ studio temerè iudiciũ nostrũ interponere videamur, néve verbis nostris iugulemur, solã nudamq; historiam recitabimus aliorum verbis, nempe Polydori Virgilij & Laurentij Surij Carthusiani. Polydor lib. 8. cap. 4. *Postremò vidit nostra ætas,* inquit, *reli-*

5487 *religionis dissidium, cùm LEO X. Roma. Pontifex anno* 1517
1517. *haberet in Germania procuratores Indulgentiarum, & illi sua quoque vtilitatis studio eas prædicarent: Vitebergæ MARTINVS LVTHERVS Monachus Augustinianus id improbauit. Procuratores ea re valdè commoti, Romam deferunt nomen Lutheri. Is vt Deorum contemptor accusatur, citatur, causa agitur. Sed quia ad diem dictam non adfuit Romæ præsens, vt responderet, paulò pòst declaratur hæreticus. Verùm quoniam eiusmodi Indulgentiarum quæstus iam in odia hominum cum procuratoribus incurrerant, permulti magni viri, & in his FRIDERICVS Saxoniæ Dux præstò fuit, qui Lutherum consilio, autoritate, armis denique tegeret, ne vlla eum vis attingere valeret. Lutherus igitur tali præsidio munitus, & licentia loquendi parta, maiora ausus, de omnibus religionis mysteriis scribere, suaque scripta foras dare cœpit. Ita breui tempore mirabiliter coaluit Secta, quæ EVANGELICA dicta est, eò, quòd nullam recipiendam esse legem assueeret, quæ ad animarum salutem pertineat, nisi quam Christus aut Apostoli dedissent.*

Surius hanc rem ita narrat: *LEO Pontifex Romæ largissimas promulgat condonationes siue Indulgentias, eique negotio in Germania præficit Moguntinum Archiepiscopum Albertum, Principem celeberrimum. Is ad prædicandas eas Indulgentias delegit IOANNEM TEZELIVM Dominicanum. Ea res pessimè habuit quosdam Ordinis Augustiniani, in primis Ioannem Staupizium, eius Ordinis generalem per Germaniam Vicarium, virum nobilem, facundum, & Friderico Principi charum: itemque Martinum Lutherum, lectorem ordinarium Vitebergæ. Et quia interdum non parui abusus eiusmodi Indulgentiis euulgandis sese immiscuerant, inde sumpta occasione Lutherus primùm in Indulgentiarum immodicos quosdam & sordidos, suo duntaxat quæstui seruientes, buccinatores acriter inuectus est, datis ad Moguntinum Antistiten literis, in quibus longè aliter scripsit de Salutis certitudine, quàm paulò pòst in sua captiuitate Babylo-*

5487 *nica & scriptis aliis. Simul etiam 95. Propositiones palàm edidit, quibus Indulgentias oppugnauit. Contrà verò Tezelius 106. Propositiones euulgauit, Lutheranis planè contrarias. Ex hac lite ortum est illud immane & horrendum incendium Lutheranum, quo tota penè Europa postmodum conflagrauit. In ipsis huius tragœdiæ initiis visus est Lutherus etiam plerisq; viris grauibus & eruditis non pessimo zelo moueri, planeq; nihil spectare aliud, quàm Ecclesiæ reformationem, cuius quidam deformes abusus non parùm malè habebant bonos omnes, &c.* 1517

Præuiderunt autem ante hæc tempora ac disertè prædixerunt quidam Scriptores, futuram religionis mutationem ante mundi finem, quorum vaticinia referre longum esset, atque ab instituto nostro alienum. Ac ne de antiquioribus dicam, sunt in hoc numero: *NICOLAVS Cusanus Cardinalis, IOAN. Lichtenbergius, IOACHIM Abbas, HILDEGARDIS, BRIGITTA,* Hdß/*ANDREAS Proles Augustinianorum Prouincialis, IOANNES Hilten Monachus Isennacensis, qui quidem & annum mutationis assignasse fertur.*

Hic incipit SLEIDANI historia, complectens annos 39.

Nati sunt:

I. CASPAR Colignius Castellonius Galliæ Amiralius, in arce Castellonia ad fines Sabaudiæ, die 16. Februarij.

II. ANTONINVS Augustinus IC. & Episcopus Tarraconensis, die 25. Februarij, Cæsaraugustæ in Celtiberia.

Obierunt:

I. *MARCVS Musurus Romæ huius anni autumno, cùm paulò antè Monemvasiensis Archiepiscopus designatus esset, vix degustata Cardinalatus dignitate obiit. Fuit natione Græcus nimirum Cretensis, sed Latinæ linguæ vsq; ad miraculum doctus, quod vix vlli Græco contigit, præ-*

tei:

5487 *ter Theodorum Gazam & Ioannem Lascarem. Hæc Erasmus.* 1517

II. ALBERTVS Cranzius S. Theologiæ & Decretorum Doctor, Ecclesiæ Hamburgensis Canonicus & Lector, qui Saxoniæ, Vandaliæ Daniæ & Gothiæ historiam descripsit, die 7. Decembris, Hamburgi. Hic, lectis Lutheri propositionibus de indulgentiis, dixisse fertur: Frater, vade in cellam, & dic: Miserere mei DEVS.

5488 MAXIMILIANVS Imperator postrema Comitia celebrat Augustæ, quibus vniuersi Electores interfuerunt: & in his primùm agi cœptum est de Lutheri negotio, deq; eo Cæsar 5. Aug. ad Pontificem Romanum scripsit, vt nascenti malo medicinam faceret, priusquam longiùs euagaretur ac serperet: moræ coniunctum esse periculum: quicquid ipse decreuerit, hoc se laudaturum, & vt per Imperii prouincias locum habeat, curaturum esse. Sleid. 1518

LVTHERVS Caietano Cardinali, Pontificis Legato se sistit Augustæ (ætatis 35.) 12. Octobris. Caietano Palinodiam siue errorum reuocationem flagitante ac vehementer vrgente, Lutherus errores demonstrari sibi petiit, atque post aliquot dierum conflictatiunculas, grauiora veritus, &, vt Polydorus Virgilius loquitur, metuens ne Cardinalis ad extremum rem omnem magis imperio, quàm disceptatione definiret, datis ad Cardinalem literis, Augusta discessit 20. Octobris, reuersus Vitebergam 31. Oct. quo die Tezelium ante annum adortus fuerat.

Eodem tempore Lutherus 16. Octobr. appellauit à Caietano ad Papam: & 28. Nouembris à Papa ad Concilium.

Edidit et Resolutiones & declarationes ꝓpositionũ suarũ de Indulgentiis, quas Leoni X. dedicauit die Trinitatis. Publicauit itẽ Sermones de virtute excõmunicationis, de pœnitentia, & ꝑparatione ad

5488 Cœnam Domini, vnà cum appendice de meditatione passionis Dominicæ. 1518

PHILIPPVS MELANCHTHON anno ætatis 22. venit Vitebergam, 25. Augusti: decennio post Lutheri aduentum.

Primum scriptum à MELANCHTHONE Vitebergæ editum, fuit Oratio Luciani de Calumnia, quod ei non temerè credendum sit. Eam Orationem Latinè à se redditam dedicauit Friderico Electori Saxoniæ mense Septembri. Cœpit autem hoc anno prælegere publicè Homerum & Epistolam Pauli ad Titum græcè. Nam ad docendas literas Græcas à Friderico Electore in Academiam Vitebergensem accersitus fuerat. Insequentibus annis publicauit libellos, quos postea sæpius retexuit, & auctiores emisit: nempe anno 1513. (ætatis 17.) Græcam Grammaticam: anno 1519. Rhetoricen: 1520. Dialecticen: 1521. Locos Communes seu hypotyposes Theologicas: 1523. enarrationem Euangelij Matthæi, Ioannis, Epistolæ ad Romanos & ad Corinthios: 1524. Grammaticen: 1529. Ethicen: 1530. Politica: 1531. Chronicon, &c. Fuit multarum Scholarum parens, & quod vel hostium eius iudicio atque confessione impunè, citraq; inuidiam dixerim, Musis amicus erat, in quarum focis acaris dum vnà cum aliis viris doctis luculentos ignes excitare studuit, non illiberale, opinor, illis præstitit famulitium.

ALBERTVS Marchio Elector Moguntinus creatur Cardinalis à Leone X. Galerum Cardinalitium ei imponente legato Pontificio.

ADRIANVS Cardinalis, autor libri de lingua Latina, veritus Leonis X. vim, quòd facinoris Petruciani conscius esset, anno superiori fugerat Cardinalatu, & omnibus dignitatibus priuatus est, 5. Iulij, nec ampliùs visus fuit in terris. Onuph.

Circa hunc annum Prouincia illa, quæ nunc NOVA HISPANIA appellatur (regio auri & argenti diues, ostreorum, quæ margaritas pariunt, circa Ocea-

5488 Oceani littora piscatione percelebris, & aliarum rerum necessariarũ vbertate referta) sub Hispanorum imperium redacta est, duce FERDINANDO CORTESIO: qui cam maxima suorum, maiore autem incolarum pro libertate pugnantium strage expugnauit: in quam postea aliquot Coloniæ ab Hispanis deductæ sunt. Abrah. Ortel. in Theatro orb. ter. 1518

Quid hoc anno Erasmus de Luthero senserit & scripserit, vide in eius Epistolis lib 11. Ep. 1. & lib. 12. Ep. 23. & 31 Inter cætera sic ait: *Ego Lutherum nec accuso, nec defendo. Multa præclarè monuit, sed vtinam ciuiliùs, & tamen impium sit, illum in his, quæ rectè dixit, prorsus indefensum relinquere, ne posthac nemo sit, qui verum ausit proloqui. Non est meæ cõditionis nec ingenii, de ipsius doctrina pronunciare. Mihi nondum vacauit eius libros euoluere, præter vnam aut alteram pagellam, & tamen quidam confingunt, illum mea adiutum opera. Si rectè scripsit, mihi nil debetur laudis: sin secus, nihil mereor probri, quando in omnibus illius lucubrationib. ne apiculus quidẽ meus est. Quosdam initiò admonui, vt scriptis ac disputationib. potiùs, quàm clamoribus rem agerent: non esse publicè damnandum, quod non esset lectum, non expensum, imò non intellectum: Theologis indecorũ esse quicquam per tumultum agere, quorum iudicium oportet esse grauissimum. Plura vide l. 12. ep. 10. ad Albertum Archiepiscopum Moguntinum, vbi & hoc addit: Lutherum quædam scripsisse magis imprudenter quàm impiè.*

Hęc Erasmi verba eò recitare voluimus, vt videat Lector, quantoperè vir ille ter maximus in religionis negotio sese torserit, & in omnia se verterit ac trãsformarit, vt inter dissidentes partes medius incederet, neutris se totum iungens, nec ad alterutram partem nimiùm, iudicio suo, inclinans atq; deflectens. Qua re multi opinantur, id eum consecutum fuisse, vt neutris addictior neutris satisfecerit,

5488 nec apud hos vel illos gratiam plenam inierit. Vidit fortè aliquid quod reprehenderet ac fugeret: de quo tamen pronunciare mihi non est integrū. Fuit ille in causa Lutherana animo tam vario & lubrico, vt de eo non facilè quiuis sententiam ferat. 1518

Eccius obeliscis notat Lutheri propositiones de Indulgentiis: Syluester item Prieras Dominicanus in eundem scripsit. Lutherus vtriq; responsiones suas opposuit.

PETRVS PAVLVS Parisius Cosentinus IC. cuius scripta & consilia extant, hoc anno floruit. Forster.

Nati sunt:

I. HENRICVS II. Rex Galliæ, FRANCISCI filius, 31 Martij.

II. IOANNES Funccius Chronographorum nostra ætate Princeps, 7 Februarij (alii 25. Februarij) Werdæ prope Noribergam.

III. CASPARVS Bruschius, Poëta & vir doctissimus die 19. Augusti, Egræ.

IIII. IOHANNES Homilius Mathematicus, die 2. Februarij, dimidia hora post primam ante diluculum. Ebei.

V. CHRISTOPHORVS Cornerus Theologus Francofurtanus, C.S.E. in Franconia, in oppido à fagis nuncupato.

Distat hic annus à Roma condita 2269. ab excidio Troia 2700. à nato Rudolpho Habspurgio 300.

5489 HVLDRICHVS Zvvinglius Tiguri primam concionem habuit, & Euangelium secundum Euāgeliū enarrare cœpit Cal. Ian. Lauaterus de Cometis. 1519

Disputatio LIPSICA Eccij cum Luthero de primatu Romani Pontificis, de Pœnitentia, de Purgatorio & de Indulgentiis inchoata est 4. Iulij: finita 14. Iul. Carolostadiana verò disputatio cum Eccio de Libero arbitrio cœpta est 27. Iunij.

LVTHERVS edidit sermones: De duplici iustitia: de salutari meditatione Passionis Domini: de Baptismo;

5489 ptismo: de præparatione ad mortem: Item enarrationem Epistolæ ad Galatas. 1519

ERASMVS per Epistolam 30. Maij Lutherum ad moderationem reuocat, his verbis: *Mihi videtur plus profici ciuili modestia quàm impetu. Magis expedit clamare in eos, qui Pontificum autoritate abutuntur, quàm in ipsos Pontifices. Idem de Regibus faciundum censeo. Scholæ non tam aspernandæ sunt, quàm ad studia magis sobria reuocandæ. De rebus multò receptioribus, quàm vt subitò possint ex animis reuelli, disputandum est argumentis densis & efficacibus potiùs quàm asseuerandum. Quorundam virulentas contentiones magis conducit contemnere, quàm refellere. Vbique cauendum, ne quid arroganter aut factiosè loquamur aut faciamus. Sic arbitror gratum esse Spiritui Christi. Intereà seruandus animus, ne vel ira, vel odio, vel gloria corrumpatur. Nam hæc in medio pietatis studio hominibus insidiari solet. Hæc admoneo non vt facias, sed vt quod facis perpetuò facias: Degustaui Commentarios tuos in Psalmos: vehementer arrident, & spero magnam vtilitatem allaturos. Eras. lib. 6. Epist. 4.* Hæc verò Epistola variè à multis accepta est, aliis eam pro Luthero, aliis contra interpretantibus: aliis etiam responsionem nimis ciuilem, amicam ac blandam reprehendentibus. Ideoque Erasmus eam declaraturus scripsit ad Campegium illam benè longam Epistolam, quæ lib. 14. Epist. primum locum obtinet, estque data 6. Decemb. vbi inter cætera: *Vide quæso,* inquit, *an hæc sit Epistola hominis Luthero fauentis. Quoniam in illius scriptis me offenderat nescio quid sæuum, & austerum, nec satis referens mansuetudinem spiritus Euangelici, admonui vt cum omni mansuetudine doceret ea, quæ ad veram pietatem attinent: id quo maiore cum fructu posset, admonui vt parceret Romano Pontifici: cuius autoritatem expedit haberi sacrosanctam: parceret Principum Celsitudini, qui conuitiis attacti, aut intempestiuiùs admoniti, non solùm non red*

5488 nec apud hos vel illos gratiam plenam inierit. Vidit fortè aliquid quod reprehenderet ac fugeret: de quo tamen pronunciare mihi non est integrũ. Fuit ille in causa Lutherana animo tam vario & lubrico, vt de eo non facilè quiuis sententiam ferat. 1518

Eccius obeliscis notat Lutheri propositiones de Indulgentiis: Syluester item Prieras Dominicanus in eundem scripsit. Lutherus vtriq; responsiones suas opposuit.

PETRVS PAVLVS Parisius Cosentinus IC. cuius scripta & consilia extant, hoc anno floruit. Forster.

Nati sunt:

I. HENRICVS II. Rex Galliæ, FRANCISCI filius, 31 Martij.

II. IOANNES Funccius Chronographorum nostra ætate Princeps, 7 Februarij (alii 25. Februarij) Werdæ prope Noribergam.

III. CASPARVS Bruschius, Poëta & vir doctissimus die 19. Augusti, Egræ.

IIII. IOHANNES Homilius Mathematicus, die 2. Februarij, dimidia hora post primam ante diluculum. Eber.

V. CHRISTOPHORVS Cornerus Theologus Francofurtanus, C.S.E. in Franconia, in oppido à fagis nuncupato.

Distat hic annus à Roma condita 2269. ab excidio Troiæ 2700. à nato Rudolpho Habspurgio 300.

5489 HVLDRICHVS Zvvinglius Tiguri primam concionem habuit, & Euangelium secundum Euãgeliũ enarrare cœpit Cal. Ian. Lauaterus de Cometis. 1519

Disputatio LIPSICA Eccij cum Luthero de primatu Romani Pontificis, de Pœnitentia, de Purgatorio & de Indulgentiis inchoata est 4. Iulij: finita 14. Iul. Carolostadiana verò disputatio cum Eccio de Libero arbitrio cœpta est 27. Iunij.

LVTHERVS edidit sermones: De duplici iusticia: de salutari meditatione Passionis Domini: de Baptismo;

5489 ptiſmo: de præparatione ad mortem: Item enarrationem Epiſtolæ ad Galatas. 1519

ERASMVS per Epiſtolam 30. Maij Lutherum ad moderationem reuocat, his verbis: *Mihi videtur plus profici ciuili modeſtia quàm impetu. Magis expedit clamare in eos, qui Pontificum autoritate abutuntur, quàm in ipſos Pontifices. Idem de Regibus faciundum cenſeo. Scholæ non tam aſpernandæ ſunt, quàm ad ſtudia magis ſobria reuocandæ. De rebus multò receptioribus, quàm vt ſubitò poßint ex animis reuelli, diſputandum eſt argumentis denſis & efficacibus potiùs quàm aſſeuerandum. Quorundam virulentas contentiones magis conducit contemnere, quàm refellere. Vbique cauendum, ne quid arroganter aut factioſè loquamur aut faciamus. Sic arbitror gratum eſſe Spiritui Chriſti. Interea ſeruandus animus, ne vel ira, vel odio, vel gloria corrumpatur. Nam hæc in medio pietatis ſtudio hominibus inſidiari ſolet. Hæc admoneo non vt facias, ſed vt quod facis perpetuò facias: Deguſtaui Commentarios tuos in Pſalmos: vehementer arrident, & ſpero magnam vtilitatem allaturos. Eraſ. lib. 6. Epiſt. 4.* Hæc verò Epiſtola variè à multis accepta eſt, aliis eam pro Luthero, aliis contra interpretantibus: aliis etiam reſponſionem nimis ciuilem, amicam ac blandam reprehendentibus. Ideoque Eraſmus eam declaraturus ſcripſit ad Campegium illam benè longam Epiſtolam, quæ lib. 14. Epiſt. primum locum obtinet, eſtque data 6. Decemb. vbi inter cætera: *Vide quæſo,* inquit, *an hæc ſit Epiſtola hominis Luthero fauentis. Quoniam in illius ſcriptis me offenderat neſcio quid ſæuum, & auſterum, nec ſatis referens manſuetudinem ſpiritus Euangelici, admonui vt cum omni manſuetudine doceret ea, quæ ad veram pietatem attinent: id quo maiore cum fructu poſſet, admonui vt parceret Romano Pontifici: cuius autoritatem expedit haberi ſacroſanctam: parceret Principum Celſitudini, qui conuitiis attacti, aut intempeſtiuiùs admoniti, non ſolùm non red*

5489 *duntur meliores, sed exacerbati pernitiosas aliquoties* 1519
excitant tempestates, fitque vt & monitori sua pereat autboritas, & monito suus fructus, &c. Plurimùm refert, quàm in tempore, quàm commodè & attemperatè veritatem proferas. Sæpe sanat admonitio tempestiua, blanda ac ciuilis, quos perderet sæua & intempestiua obiurgatio. Non enim hic adducam, quod Plato perspexisse videtur, multitudinem promiscuam & imperitam non posse contineri in officio, nisi nonnunquam fuco, doloque bono fallatur. Sed ea res, vt virum integrum desiderat: ita desiderat egregiè prudentem. Admonui, ne scholas aut ordines omnino contemneret, sed ciuiliter admoneret, quod mutari vellet: vt in his, quæ longo vsu magis, quàm recto iudicio recepta sunt, densis ac solidis argumentis vteretur potiùs, quàm asseuerationibus. Et quoniam non ignorabam ingenium Germanicum, neque nescirem eum quorundam scriptis immodicè mordacibus irritari: admonui, ne conuicium conuicio regereret: sed aut in totum negligeret, aut argumentis responderet: à maledictis omninò temperaret. Ad hæc quoniam verebar, ne tanta libertas exiret in tumultum, admonui, ne quid arroganter aut factiosè vel diceret vel faceret. Postremò excuteret animum ipse suum, de quo meum non esset iudicare, ne quid esset corruptus ira, aut odio, aut inani gloria, quæ in mediis etiam pietatis officiis solet insidiari. Obsecro quid hic omissum est, de quo fuerat admonendus Lutherus? Vide etiam Erasm. Epistol. lib. 14. Epist. 5.

Eodem anno Erasmus iudicium suum de Luthero perscripsit ad Fridericum Saxon. Electorem 14. Aprilis. Ea Epistola extat Tom. I. Lat. operum Lutheri, pag. 236.

IOHANNES FRANCISCVS *de Ripa Papiensis IC. primi nominis, qui multa in vtroque iure scripsit, hoc anno floruit, Papiæ postea mortuus. Forster.*

FRIDERICVS II. *Dux Lignicensis & Bregensis nuptias celebrauit cum* SOPHIA *Friderici March. Bran.*

5489 *March. Brandeb. Onoltzbacensis filia, die* 13. *Februarij.* 1519

Nati sunt:

I. THEODORVS *à Beza nobilis Theologus Gallus (C. S.E.) die* 24. *Iunij, Iohannis Baptistæ natalibus sacra, Vezelijs vetustissimo Æduorum oppido.*

II. RVDOLPHVS *Gualtherus Theologus Tigurinus, die* 9. *Nouembris, circa meridiem, Tiguri.*

III. IOHANNES *Crato Medicus & Philosophus celeberrimus, ac trium Imppp. Romanorum,* FERDINANDI, MAXIMILIANI *&* RVDOLPHI ἀρχίατρος, 20. *Nouembris, Vratislauiæ.*

IIII. VLRICVS *Mordisius IC. eximius, die* 13. *Iulij, Lipsiæ.*

MAXIMILIANVS I. Imperator moritur die 12. Ianuarij apud oppidum VVelsam: cùm vixisset an. 59. mens. 9. dieb. 19. & imperasset an. 25. mens. 5. Historiam obitus & sepulturæ copiosè describit Cuspinianus.

CAROLI V. IMPERIVM.

CAROLVS V. Francofurti eligitur Imperator, 28. Iunij, ætat. 20. Pridie eius diei, Electorum Senatus, Imperium detulit FRIDERICO Saxoniæ Electori, qua de re ita Erasmus in Epistolis lib. 13. Epist. 4. *Dux Saxoniæ Fridericus delatum sibi ab omnibus Imperium ingenti animo recusauit, idque pridie quàm Carolus eligeretur. Mox rogatus, quem igitur censeret eligendum, negauit sibi quenquam alium videri tanti nominis oneri sustinendo parem, quàm Carolum. Ob hunc insignem animum à nostris (Caroli legatis) oblata* 30. *millia florenorum constantissimè reiecit. Cumque vrgeretur, vt tantùm* 10. *millia pateretur dari famulis: accipiant, inquit, si velint, attamen nemo manebit postridie apud me, qui vel aureum acceperit: ac postridie conscensis equis subduxit sese, ne pergerent esse molesti. Hoc mihi vt compertissimum re-*

5489 *tulit Episcopus Leodiensis, qui Comitijs Imperialibus interfuit*. Hactenus Erasmus. 1519

Historiam electionis CAROLI V. & Electorum de ea disceptationem, pete ex libello Georgij Sabini, cuius autorem fuisse Melanchthonem à multis creditum. Sleidanus inde multa mutuatus est.

Obierunt præterea:

I. IASON Maynus, ex celebri Maynorum apud Mediolanenses familia oriundus, IC. excellentissimus, Eques auratæ militiæ, & Senator Ducalis, C.S.E. die 20. Aprilis, sepultus Papiæ. Fichard. Forster.

II. IOHANNES Tezelius Pirnensis Misnius, Indulgentiarum præco, Lipsiæ in Monasterio Dominicanorum, cùm paulò antè Eccius & Lutherus de Indulgentijs disputauissent.

III. IOHANNES Coletus Theologus, Londini hydrope extinctus: de quo lege Epistolam Erasmi lib.13. Ep.4. Item lib.15. Ep.14. in qua proponit Icona & exemplum boni Ecclesiastæ.

5490 CAROLVS V. Rom. Imp. coronatur Aquisgrani 23. Octob. ætat. 21. Imperauit annis 37. *Distat hic annus à regno Samsonis & Æneæ* 2700. *Dauidis* 2600. *à morte Nebucadnezaris Magni & regno Euilmerodaci* 2100. *Imperio Henrici Aucupis* 600. *coronatione Caroli Magni* 720. 1520

FERDINANDVS Magellanus Lusitanus auspicijs CAROLI V. ab oriente versus Occidentem, via compendiosa, in Insulas MOLVCCAS nauigaturus, FRETVM, quod de nomine suo MAGELLANICVM nuncupauit, ausu planè Herculeo, mense Septembri aperuit. Vna ex illius nauibus (quam Victoriam postea appellarũt) ex Hispania soluens, & per fretũ Magellanicum Moluccas Insulas adiens, Bonæ spei Promontorio superato in eandem rediens, prima omnium nauium & ætatũ totum terrarum orbem circumnauigauit, atq; ita

prima

5491 prima hac nauigatione de vniuerso Oceano sola 1521
inter tot secula victoriam obtinuit. Eadē secundo ex Hispania ad S. Dominici ciuitatem, denuò domum rediit: ex qua tertiò in eandē Insulam: at dū ex ea redire conatur, in itinere euanuit: neque de ea quid actum fuerit vnquam rescitum. De hac naue in Theatro Orbis terrarum CL. V. ABRAHAMI Ortelij, Regis Hispaniarum Cosmographi, sequens extat Epigramma:

Prima ego veliuolis ambiui cursibus Orbem,
MAGELLANE, Nouo, te duce ducta, freto.
Ambiui, meritoque vocor VICTORIA: sunt mî
Vela, alæ, precium, gloria, pugna, mare.

FERDINANDVS Cortesius hoc ipso anno vrbem MEXICO omnium Noui orbis vrbium reginam (an. 140. ex quo eius prima fundamina iacta fuerant) capto potentissimo Rege Moteczuma occupauit: atque ita NOVÆ HISPANIÆ imperium in Nouo orbe fundauit, constituit & confirmauit.

LVTHERVS à Leone X. excommunicatur Romæ, bulla edita 15. Iunij. Ille contra publicat assertionem omnium articulorum doctrinæ suæ, à Leone damnatorum, & prouocat à Papa ad Concilium

Louaniensibus quoque & Coloniensibus respondet, qui libros ipsius flammis dignos pronunciauerant. Lege Erasmi Epistolam vltimam lib. 15. quæ hoc anno scripta est 18. Octob.

Inter multa LVTHERI scripta, quę hoc anno exierunt, hæc præcipuè recēsentur: De libertate Christiana, quem libellū Leoni X. misit mense Aprili: De captiuitate Babylonica prę ludium, quo Lutherus Catholicorum iras ac odia in primis in se concitauit & inflammauit, ob motas cōtrouersias nouas de Sacramentorum numero, Vtraq; specie Cœnę Domini sumenda, Transubstantiatione in dubiū voca-

5490 vocata, & Missa oppugnata, quòd non sit Sacrificium, &c. Adhortatio ad Nobilitatem Germaniæ 23. Iunij, de reformatione rerum Christianarum. Ratio confitendi peccata: Tessaradecas siue Consolationum libellus ad Fridericum Electorem decumbentem missus: Catechetica conciones: & liber de bonis operibus inscriptus Ioanni Saxoniæ Duci 29. Martij: in quem librum Georgius Vicelius (qui hoc anno primùm Vitebergam venit) acriter postea inuectus est anno 1534. hoc crimen Luthero impingens, quòd confundat bona opera cū politicis actionibus, id est (vt ipsius verba vsurpem) quòd dedoceat bona opera Ecclesiastica, & tradat ea esse bona opera, quęcunq; domi rurique fidelis homo faciat, cùm tamen Apostolicæ doctrinæ consuetudo distinguat inter bona opera & inter facta negotiaq; vitæ communis: Et Lutherum sub Decalogi specie officia ciuilis vitæ insignire titulo bonorum operum, vt ab Ecclesiasticis operibus ieiuniorum, precum, eleemosynarum & similium homines auocet. 1520

Oecolampadius 23. April. factus est Monachus in Monasterio Seruatoris iuxta Augustam Ordinis S. Brigidæ: de quo ita Erasmus: *Quod scribis ab Oecolampadio factum, id siue iudicio fecit, siue animi morbo, quando mutari non potest, precandum est, vt illi ac nobis quàm optimè vertat. Video res humanas sic vndique corruptas, vt nullis vnquam seculis existimē plus licuisse impudentiæ, stoliditati & sceleri. Et nonnunquam libet aliquò profugere: sed vereor ne quocunq; me vertero, sequatur molestia. Proinde tutius arbitror mali remedium ab animo petere potius, quàm à loco aut vitæ instituto. Bene habet, quòd Christus in tanta vitiorum caligine nobis Euangelicæ doctrinæ scintillas reliquit.* Eras. Epist. lib. 12.

Nati sunt:

I. Sigismundus II. Rex Polon. Cal. Aug.

II. Fri-

5490 FRIDERICVS III. Dux Lignic. & Breg. 22. Februarij. 1520

III. IOANNES Artopæus IC. Friburgensis, VVormatiæ. Pantal.

IIII. MATTHIAS Flacius 3. Martij in oppido Illyriç Albona infelici partu in lucem editus est. Erant qui ad sequentem annum referunt.

V. IACOBVS Heërbrandus Theolog. & Præpositus Ecclesiæ Tybingensis, C.S.E. Giengæ. Crusius in Annal Sueuiæ.

VI. ORLANDVS de Lasso Musicus excellentissimus Bergæ Hannoniæ Vrbe.

SELYMVS I. Turcarum Rex vndecimus, & TERTIVS Imperat. Orientis die 21. Septemb. carbunculo pestilenti extinctus apud Zerulum (alij Chiurlum) Thraciæ oppidum, quo ipso in loco antea patrem BAIAZETEM hostiliter persecutus fuerat, cùm imperasset an. 8. Selymo defuncto SOLYMANVS II. Turcarum Rex duodecimus & QVARTVS Orientis IMPERATOR regni habenas obtinuit, & eiusdem administrationem auspicatus est Calend. Octobris. Leonclau. Sansouin. & alij.

5491 Prima COMITIA CAROLI V. VVormatiæ: in quibus coram Imperatore & Imperij Proceribus comparuit Lutherus, & de sua causa respondit feria quarta & quinta post Dominicam Misericordia Domini, id est, 17. & 18. Aprilis. VVormatia discessit feria sexta post Iubilate, 26. Aprilis. 1521

MARTINVS LVTHERVS IN CVSTODIAM TRADITVS.

CÆSAR Lutherum proscribit 8. Maij: fuitque hoc primum edictum Imp. aduersus Lutherum. Ideo Fridericus Nobilib. quibusdam, de quorum fide compertum habebat, negotium dedit, vt Lutherum in arcem Wartbergk prope Isennacum clàm abducerent, vbi delituit mens. decem circiter.

Eo

5491 Eo in loco, quem Pathmum & Eremum suam nominauit, plurima scripsit: De votis Monasticis 21. Nouembris: De abroganda Missa priuata 1. Nouembris. Eum librum inscripsit Augustinianis Vitebergensibus fratribus suis, qui Missam abrogauerant. &c. De confessione priuata 1. Iunij, quòd Pontifex non possit eam præcipere: Postillas Germanicas Euangeliorum Dominicalium dedicatas Alberto Comiti Mansfeldensi 19. Nouembris. Et librum aduersus Latomum 8. Iunij, quem absoluit 13. dierum spacio, &c. 1521

Ante iter VVormatiense edidit expositionē Cantici B. Virginis Mariæ, Magnificat, &c. 10. Martij: & priorem partem Postillarum de quatuor Dominicarum Euangelijs per Aduentum. Præfatio inscripta est Friderico Electori, die 3. Martij.

LEO iterum excommunicauit Lutherum die Cœnæ Domini, 28. Martij: Et respondit Lutherus.

PARISIENSIBUS Lutheri libros damnantibus, Melanchthon opposuit scriptum publicum: prodijt item alius liber à Melanchthone scriptus titulo Didymi Fauentini, quo respondit Thomæ Placentino, id est, Emsero.

ANDREAS CAROLOSTADIUS tumultuatur Vitebergę absente Luthero, vastat Scholas, & clamorib. inconditis efficit, vt pluribus in locis multa præclara ingenia sterilescant, & desertis Scholis studia artium abijciant. Belligeratur etiā cum imaginibus in templis: & edit librum de Coniugio Sacerdotum & de votis Monasticis rescindendis, 24. Iunij. Primus Sacerdotum Bartholomæus Bernhartus Feldkirchius, Præpositus in oppido Kemberg, duxit vxorem: eum secutus est Carolostadius, 19. Ian. 1522. cui facetus quidam Morio Epithalamij loco, vt opinor, scripsit nouæ Missæ nuptialis formulam, multo sale respersam, fortè ne nuptijs deesset risus materia.

MAR-

5491 MARTINVS Bucerus mense Martio reliquit Ordinem Dominicanorum, in quo vixerat an. 15. Fuerat ingressus monasterium 1506 ætatis an. 15 hoc an. à monachatu absolutus est, qua de re edidit librum 1523. 1521

BELGRADVM siue Albam Græcam firmißimum totius Vngariæ, adeoque Reipub. Christianæ propugnaculum, SOLYMANVS Turcarum Imp. 29. Augusti, die decollationis Iohannis Baptistæ memoriæ dicato, expugnatum occupauit. Leonclau. Backschius.

Hoc anno primùm orta sunt bella inter CÆSAREM & R. Galliæ, quæ durarunt annis propemodum 38. sub inducijs dubijs, parumq; constantibus.

HENRICVS Rex Angliæ librum scripsit & edidit aduersus Lutherum, quo nomine à Pontifice & amplissimo Cardinalium Senatu Catholicæ fidei defensor appellatus est. Præcipuè autem impugnauit Lutheri librum de Captiuitate Babylonica. Erasmus scribit, ex Procerum & Montioij narratione se certò persuasum habere, librum ipsius Regis Marte, quod aiunt, elaboratum & cõfectum esse. Et in Epistola ad Cochlæum de eodẽ sic ait: *Quòd subdubitare videris, an Rex Henricus libellum, ac duas Epistolas aduersus Lutherum, suo Marte confecerit, id tibi cum multis commune est: nec mirum, cùm hactenus prodigij simile sit habitum, præsertim apud Germannos, Principem scire literas. Cæterùm vt non cõtenderim, neminẽ scribenti fuisse auxilio, cùm eruditissimi quique viri nonnunquam vtantur amicorum subsidijs: ita non dubitem affirmare, ipsum eorum, quæ edit, parentem & autorem esse.*

ERASMVS offensus periculosis tumultibus & perniciosis clamoribus, quibus negotium Euangelicum agebatur, aut potiùs turbabatur, cœpit trepidatione quadã nutare ac vacillare, & à causa Lutherana longiùs se remouere atque subducere, & quasi in locũ tutiorẽ, extra telorum iactũ secedere.

Sen-

5491 Sentiebat autem de rebus tam arduis, censuram & iudicium deferendum ac permittendũ esse Ecclesiæ, quæ audita virorum aliquot piorum & eruditorum sententia, cõmuni consilio ac deliberatione, de dogmatib. statueret, decreta verbo Dei consentientia conderet, controuersias tolleret, & pacẽ Ecclesiasticam sanciret ac stabiliret. Vt itaq; Lectori ob oculos ponamus specimen sapientiæ huius viri, vel secũ luctantis, vel cum vtraq; parte quodammodò conflictantis, verba quędam eius, ex Epistolis hoc anno scriptis, subiungemus, nõ vt Lector inde Erasmi de Religione sentẽtiam (quæ vel perplexitatibus inuoluta non mox cuilibet sese pandit, vel sua quadam lubricitate elabi, mentemque legentis præteruolare videri potest) venetur ac discat, sed vt ex his, de admirando illius ingenio, dum inter partes ferè mediũ sese gerere studet, cõiecturam faciat, & dissidij inter ipsum & alios exorti fontes propiùs aspiciat. Sic itaq; ille hoc anno scripsit Petro Barbirio 13. Aug. eaq; Epistola est secunda in Epistolarum eius volumine. *Initiò*, inquit, *dici non potest, quàm multi, qualesq; viri Luther: fauerint. Ego è pauculis pagellis degustatis, visus sum mihi subodorari, rem exituram in tumultum. Et mihi sanè adeo est inuisa discordia, vt veritas etiam displiceat seditiosa. Primus omnium admonui hominem literis, vt rem Euangelicam Euangelica mansuetudine moderationeque tractaret, &c. Equidem vt mihi videre videor, esse quædam in Ecclesia recepta, quæ magno Christianæ religionis bono mutarentur: ita nihil placet, quod huiusmodi tumultu geritur. Si communicato inter ipsos consilio, docti libellis obsignatis, vtriusque ditionis proceres admonuissent, quæ iudicassent ad Euangelicæ doctrinæ sinceritatem attinere, fortassis & ipse fuissem vnus, qui sedulò, quod potuissem, consuluissem. Nunc quid furiosius, quàm rem tantam maledicis libellis & clamoribus agi? Quo quidem in* 1521

ne-

negotio primùm vtrinque peccatum est. Meâ sententiâ, nimiùm calidis consilijs hinc atque hinc res gesta est, & cet. Porrò quod dicitur, Lutherum quædam hausisse è libris meis, mihi in manu non erat præstare, ne quis scriptis meis in posterum abuteretur, quando hoc nec Euangelistæ nec Apostoli præstare potuerunt. Scripsi eo seculo, quæ tum videbantur ad bonos mores conducere: fortaßis quædam scripturus circumspectiùs, si præscissem exoriturum hoc seculum plus quàm Tragicum. Idem lib. 14. Ep. 7. die 23. Augusti eodem anno: Video tempestatem esse periculosißimam, in qua mihi sentio cursum sic esse moderandum, vt nec hominibus adulando Christi negotium deseram: nec me frustrà in discrimen aliquod conyciam. Lutherus veluti malum Eridis misit in mundum, cuius nullam omnino partem non turbatam video. Nemo non fatetur vehementi quadam medicinâ fuisse opus Ecclesiæ, nimium collapsis moribus: sed video propemodum vsu venire, vt pharmacum parùm dextrè adhibitum, morbi vim exacerbarit, veriùs quàm expulerit. Atque vtinam verum esset, quod Danorum Rex Christiernus mihi simile quiddam dicenti respondit, ludens opinor, leuibus pharmacis nihil agi, sed illud esse remediorum efficacium, vt primùm corpus omne concutiant. Ego certè nullum exitum video bonum, nisi Christus ipse nostram temeritatem benè vertat; quemadmodum ferunt Mineruam δυσβουλίαν Atheniensium benè fortunare solitam.

Idem ep. 2. l. 1. p. 6. *Vt insanum sit omnia probare, quæ scripsit Martinus Lutherus, ita non placet autoris odio damnare quæ vera sunt, ea deprauare quæ recta sunt. Ego ex omnibus illius lucubrationibus vix 12. legi pagellas: & tamen vix quenquam reperi adhuc, qui se dicat pœnitere legisse libros illius, etiamsi multa displiceant. Quid multis? Tale negocium est, vt difficilimum sit ita satis facere hominibus, vt nusquam prodas Euangelicam veritatem. Res non solùm absolutam eruditionem, verùm etiam singularem prudentiâ desiderat:*

5491 *non sine autoritate. Quicquid incendio, quicquid diplomatis principum effici potest, abundè confectum est. Sed hæc vtinam perinde mutarent animos hominum, vt cohercerent linguas, &c. Quòd dicunt quidam, morbum fuisse grauiorem, quàm vt leui pharmaco sanari posit: turbandum fuisse corpus efficaci remedio, quo mox succederet sanitas. Hoc si verum est, ego per alios fieri malim, quàm per me. Si commerentur hoc corrupti mortalium mores, non deerit Deo Nabuchodonosor, per quem flagellet populum suum, &c.* 1521

Idem in Epistola ad Montioium lib. 17. Epist. 26. *Nec cum Luthero, nec cum vllo Lutherano fœdus clancularium inij, & adeò non addidi cuiquam animos, vt omnes quos potui deterruerim ab instituto periculoso. Tantùm improbabam quorundam præcipites tumultus, præsertim apud populum, priusquam satis appareret, quorsum iret Lutherus. Nemo non fatetur disciplinam Ecclesiasticam longè prolapsam esse à sinceritate Euangelica, populum Christianum multis modis grauatum esse, conscientias hominum varijs tricis illaqueatas. His malis Lutherus bonis ac doctis videbatur remedium allaturus. Et paßim fauentibus omnibus, solus extiti monitor, vt stylum verteret, ac negotium tractaret Euangelica mansuetudine, &c. Iactant aliqui Lutherum quædam è meis libris hausisse. At quo pacto queam præstare, ne quis meis scriptis abutatur, cùm plurimi sint abusi libris Euangelicis? Et tamen si quis Deus mihi prædixisset, hoc seculum exoriturum, quædam aut non scripsissem, aut aliter scripsissem: non quòd perniciosa scripserim, sed quod non omnia quouis tempore rectè dicuntur, &c. Nec technis quorundam, nec pollicitis, nec odijs aliorum vnquam perpelli potui, aut potero, vt alius sim quàm Christianus. Malè sit omnibus qui gaudent dißidiorum vocabulis, &c. Vide lib. 14. ep. 6. 13. 19. Item lib. 17. ep. 18.*

De hoc toto anno legant studiosi narrationem Camerarij in vita Philippi Mel. pag. 43. 45. 47. & 49. de initiis Se-

5491 *cta Anabaptistarum, Enthusiastarum & nouorum Prophetarum, &c.* 1521

FERDINANDVS Archidux Austriæ coniugem duxit ANNAM filiam Regis Vngariæ, & LVDOVICVS REX Vngariæ, MARIAM sororem Ferdinandi.

Nati sunt:

I. MAVRICIVS Dux Saxoniæ Elector, Ducis HENRICI filius, 21. Martij.

II. ANTONIVS Sadeel, ex illustri & antiqua Baronum CHANDÆORVM familia, Theologus nobiliss. Chabotis domo materna, & Matisconensis agri Castello, in confinio Galliæ & Sabaudiæ sito.

III. IOACHIMVS Mollerus, Ioach. fil. I.V.D. & Consiliarius Ducum Brunsuicen. & Lunæburg. die 25. Septembris, Hamburgi.

IIII. IOHANNES Marbachius Theologus Argentinensis 14. Aprilis, Lindauij.

Obierunt:

I. LEO. X. PP. toxici, vt creditur, violentia consumptus, Calend. Decembris, ætat. 46.

II. FERDINANDVS Magellanus Lusitanus, dux & nauium præfectus (de quo fretum MAGELLANICVM nomen accepit) in prælio ab incolis Insulæ MAVTAN in India Orientali (licet fortiter dimicaret) cæsus occubuit die 27. Aprilis.

III. HENNINGVS Goden Hauelbergensis, IC. & præpositus templi Canonicorum Witebergæ, 21. Ianuarij. Huius Apophthegma vulgo iactatur:

Lex sine executione est velut campana sine pistillo.

IIII. RAPHAEL Maffeus Volater. Gerardi filius, cuius egregia extant opera, die 25. Ianuarij, ætat. 70. m. 11. d. 8. Senis. Schrad. in monum. Italiæ.

5492 ADRIANVS VI. natione Belga, Traiectensis, creatur Rom. Pontifex, 9. Ianuarij. Hic nomen suum non mutauit, sed retinuit Adriani nomen: fuit vir 1522

5492 doctissimus, & Caroli V. quondam Præceptor. Sedit an. 1. mens. 8. dies 6. Onuph. 1522

NORIBERGÆ Ordines Imperij conuentum agunt, in quo deliberatum est de bello Turcico & Religione.

ADRIANVS VI. PP. legatum isthuc misit Franciscum Cheregatum, 25. Nouembris, cum certis mandatis contra Lutherum.

LVTHERVS propter tumultus Carolostadianos ex Pathmo reuertitur Vitebergã, feria 5 post Esto mihi, 6. Martij. Primã concionẽ habuit Dominica Inuocauit, in qua taxauit Carolostadium, qui (vt Lutheri verba vsurpemus) sua inepta docendi ratione populũ eò perduxerat, vt sese Christianũ arbitraretur per has res, si vtraq; specie cõmunicaret, si tangeret, si nõ cõfiteretur, si imagines frangeret.

Eodem tempore LVTHERVS conflixit cum fanaticis hominibus Nicolao Storck, Thoma Munzer & alijs, nouorum Prophetarum ante signanis, qui iactabant arcanas reuelationes Angelicas, & colloquia cum DEO: Baptismum quoque paruulorum primi impugnabant. Hæc fuerunt semina doctrinæ Anabaptistarum, sparsa per Prophetas illos, qui ex vrbe Cygnæa Vitebergam absente Luthero venerant. MELANCHTHON scribit, Carolostadium damnasse omnes leges, ab Ethnicis conditas, & contendisse, in foro ius ex Mose dicendum esse, cùm non intelligeret vim & naturam Christianæ libertatis.

CAROLOSTADIVS ægrè ferens Iconomachian suam à Luthero improbari, factus est ab eo alienior.

LVTHERVS Henrico Regi Angliæ respondit calamo asperiore: cuius scripti vehementiam non omnes amici Lutheri probarunt. Erasmus ea de re ita: *Si Lutherus collaudato pio Regis studio rem solidis argumentis fortiter peregisset, non violata Regia dignitate, rectius opinor consulisset suæ causæ.* Idem: *Quid inuitabat Lutherum, vt diceret in libello aduersus Regem Angliæ: Veniatis Domine Henrice, ego docebo vos. Certè Regis libellus latinè loquebatur, non ineruditè.*

5492 *Ab hoc anno incipiunt Epistolæ MELANCHTHONIS ad CAMERARIVM, in quarum priore Carolostastadius notatur voce Alphabeti, eò quòd vir ille, quandoque in scriptis publicis exprimeret initialibus alphabeti literis nomen suum: A.B.C.D. Andreas Bodenstein Carlstadius Doctor.* 1522

MONACHI lectis Lutheri & aliorum scriptis de votis Monasticis, suo se voto exoluentes, egressi sunt Monasterijs. Ita multis in locis Monasteria, quæ annis 300. à Dominici & Francisci temporibus condita fuerant, mira celeritate Monachis vacua, vel in solitudinem redacta sunt, vel alijs alios vsus præbuerunt.

NOVVM TESTAMENTVM à Luthero translatũ in linguam Germanicam in lucem prodijt, circa diem Matthæi: in quo recognoscendo Philippi studio atque censura vsus est. Vide Ep. 1. Phil. ad Camer. Eius lectione Catholici quidam Principes & Episcopi subditis suis interdixerunt.

Hoc anno de Inuocatione Sanctorum quidã Theologi quærere ac disputare cœperunt, cùm Lutherus illam Sanctorum compellationem nondum improbaret, sed vt liberam aut certè non necessariam cuique permitteret.

ANDREAS OSIANDER Norinbergæ primam concionem habuit die Dominico 23. Februarij, tractauit Euangelium de Semine.

Argentinæ MATTHIAS CELLIVS Cæsarispergius primus Euangelizare cœpit, ætatis 45.

De hoc anno vide Camerariũ in vita Philippi pag. 50. 51. &c.

RHODVS Insula nobilissima post grauissimam 6. mensium obsidionẽ à Solymano capta 25. Decemb. die natali Christi, cum Rhodij Christianorum Regum auxilijs destituti deditionem facere cogerentur, pacti corporum suorũ & rerum omnium incolumitatem, quam ipsis Solymanus præstitit. Plerique Christianorum in Insulam Melitam migrãrunt. Rhodum Insulam fratres hospitalarij S. Iohannis

 tenue-

5492 *tenuerant annis plus minus 214. quorum opulentia ex hoc in immensum creuit, quòd bona templariorum in eos potißimum translata fuerant. Backsc hius & alij.* 1522

ERASMVS postridie Paschatis scripsit vel librum vel Epistolam Apologeticam ad Christophorum Episcopum Basiliensem de interdicto esu Carniũ: vbi in vtranque partem disputat de Ieiunijs, festis, Sacerdotum coniugio, Præsulum officio, scandalo, emptione diplomatum Pontificiorum & abrogatione constitutionum vetustarum. Exagitat etiã diuitum lauta ac delicata ieiunia: quorum culinas ait nullis diebus esse operosiores quàm pisculẽtis: opulentis mutatum cibi genus voluptati esse, fastidijque remedium: eosque quàm maximè deliciari, dum tenuis agricola rapis crudis victitans, aut porrum arrodens, hoc obsonium addat atro ac furfuraceo pani, proque mulso diuitum aquam è lacuna bibat. Postremò vt inquirens, non vt asseuerans, adijcit hęc verba: Constat, *inquit*, pleraque, de quibus nunc est sermo, primùm inuecta cõsuetudine, quæ quos obliget, in quibus, & quatenus, quando, quamdiu, prolixiùs sit hic differere. Illud videtur certè probabile, consuetudinem non arctiùs alligare quenquam, quàm voluerint ij, qui consuetudinis fuerunt autores. Sit interim semper exceptum offendiculum & contemtus. Qui ieiunat, non hoc nomine sibi placeat, quasi rem magnam agat, nisi maiora adiecerit. Qui non ieiunat, non turbet publicam consuetudinem, vitans offendiculum infirmorum quantum commodè potest. Qui abstinet, caueat, ne contra doctrinã Euãgelicam & Apostolicam iudicet proximum ex eo, ꝙ natura sit anceps, & rectè vel secus fieri possit.

Nati sunt:

I. *ALBERTVS Marchio Brandeburgensis, Casimiri filius 28. Martij, Onolsbachij. Huius bellatoris varia fuit fortuna.*

II. LA-

5492 *II. LAZARVS Suuendius artib. bellicis clarißimus, die 2. Februarij inter 11. & 12. noctis secuta, in Sueuia non procul ab vrbe Imperiali Vlma. Eber.* 1522

III. IOACHIMVS à Beust in Planitz IC. die 19. April. Möckernæ sub ditione Archiep. Magdeburgensis.

IIII. LAMPERTVS Distelmeyer LL. Doctor, & Cancellarius Electoris Brandeburg. 22. Februarij sub exortum Solis, Lipsiæ. Huic primam Indicis huius editionem autor dedicauit.

V. IOHANNES Vuolphius Theologus Tigurinus.

VI. MICHAEL Beutherus LL. Doctor & in inclyta Argentina historiarum professor: ter maximus inter nostri temporis Chronographos: cuius scripta Chronologica vtilißima extant, die 18. Octobris, in oppido Franciæ Carlstadt.

VII. HENRICVS Salmuth Theolog. & Pastor Ecclesiæ Lipsensis ad D. Thomam, die 2. Martij, hora 2. pomerid. Suinfordiæ.

VIII. HENRICVS Pantaleon Medicus & Historicus, 13. Iunij, Basileæ.

Obierunt:

I. CHRISTOPHORVS Longolius Mechliniensis Belga Orator excellens an. ætat. 34. d. 11. (alii 3.) Septemb. Patauij magno cum Italiæ dolore expirauit. Schrader.

II. IOHANNES Reuchlinus Capnio Phorcensis, qui primus Græcarum & Ebraicarũ literarum studia in Germania excitauit, morbo icterico extinctus est Stutgardij, 30. Iunij, ætat. 67. Testamento libros Ebræos & Græcos donauit collegio Phorcensi, ita vt ibi in templo publicè seruentur, & ab omnibus inspici possint.

5493 Cùm ADRIANVS Pontifex per legatum Germanis non solùm de Ecclesiarum emendatione, sed etiã de Curiæ Romanæ reformatione aliquantò liberaliùs fuisset pollicitus, Proceres Imperij è cõuentu Norico Romã miserunt certa capita graua ninũ 1523

5493 (ita tum appellarunt) quibus Germaniam nimium exhauriri, & intolerabili seruitutis iugo premi significarunt. Norici verò conuentus exitus hic fuit, quòd Principes die 6. Martij decretum ediderunt in eam sententiam, in quam & Adriano scripserant: viam ineundæ concordiæ in religione esse omnium rectissimam, si primo quoque tempore Concilium vniuersale atque liberum in Germania celebretur, & huius decreto cõtrouersiæ dirimantur ac tollantur: & interim Theologi nouorum librorum editione abstinentes, Euangelium purè & modestè, iuxta probatas & ab Ecclesia receptas interpretationes, doceant, &c. Hoc Imperij decretum cùm alij aliter acciperent, plærique etiam contemnerent, Lutherus datis ad Principes literis illud pro se interpretatus est. 1523

Formula Missæ & communionis ex Lutheri præscripto Vitebergæ est edita: & abolito Canone Missæ Cœna Domini celebrata. Hæc fuit prima reformatio rituum Missæ & communionis, etsi Carolostadius tale quid etiam ante hoc tempus ausus fuerat. Reuocata item est in vsum Confessio auricularis & priuata absolutio, quam Carolostadius aboleuerat.

LVTHERVS Pentateuchum, id est, quinque libros Mosis à se in linguam Germanicam traductos edidit: à morte Mosis 3000. Moses igitur à morte sua anno 3000. Germanis Germanicè loqui cœpit.

Publicauit item librum de dignitate & officio Magistratus Politici, cuius lectione in primis delectatum ferunt Fridericum Electorem. De Sacramenti adoratione scripsit ad Waldenses, quos Picardos alij vocant. Et in hoc libro primùm Martinus Lutherus meminit opinionis Berengarij de Cœna Domini, antequam cum Heluetiis de Cœna Domini dimicare cœpisset.

GVI-

5493 GVILIELMVS Bricocætas Meldarum Episcopus cum cœpisset in Galliis quoq; Christi Euangelium allatis Lutheri libris illucescere, primus ausus est, cōcionandi munere in sua diœcesi monachis mendicantibus interdicto, tum ipsemet nouo prorsus exemplo veritatem annuntiare, tum per adscitos ex Fabri Stapulensis schola doctos quosdam Theologos promulgandum curare. Beza in Icon. 1523

Bruxellis duo Monachi Augustiniani, HENRICVS & IOHANNES, sub Inquisitore Iacobo Hogostrato Dominicano, flammis sunt traditi Calend. Iulij, & primi inter Lutheranos propter religionis doctrinam, vitam profuderunt. Hos Lutherus ob confessionis constantiam Cantico, quod in multorum est ore, celebrauit, & vt sui temporis primos Martyres canonizauit. De his ita Erasmus lib. 21. Epistola 7: *Sit sanè conijciendus in ignem, qui pugnat aduersus articulos fidei, aut si quid aliud magno Ecclesiæ consensu receptum est, vt cum illis parem habeat autoritatem. At æquum non est, vt quiuis error igni puniatur, nisi accedat seditio, aut aliud crimen, quod leges capite puniunt. Neque enim hoc valere debet Euangelij prætextus, vt impunè peccetur: sed ne omninò peccetur, etiamsi per leges liceret impunè. De potestate Pontificis in multis articulis Theologi Parisienses dissentiunt ab Italis, & alteram partem errare necesse est. Neutra tamen alteram ad ignem vocat. In multis dissentiunt, qui Thomam sequuntur, ab his qui adhærent Scoto: & vtrosq; fert eadem schola. Nunc magnopere vereor, ne vulgaribus istis remedijs, hoc est, palinodijs, carceribus, & incendijs, malum exasperetur. Bruxellæ primùm exusti sunt duo. Tum demum cœpit ciuitas fauere Luthero. Si lues hæc dimanasset ad paucos, posset vtcunque amputari: nunc adeò latè peruagata est, vt ipsis etiam Monarchis existimem metuendum. Non hæc eò spectant, vt censeam hoc malum esse negligendum: sed vt doceam, vulgaribus remedijs non*

5493 *esse exasperandum. Quem mouet illa Palinodia, incendij* 1523
metu extorta? Deinde vnus aut alter adfectus supplicio, quid aliud quàm irritat tam numerosæ factionis animos? Agè singamus his remedijs opprimi posse malum, quid refert opprimi mox vehementius repullulaturum.

Plura de hac historia vide apud Erasmum lib. 24. Epist. 4.

Moniales Psalmorum libros Latinos non satis intellectos de manibus deponere, habitum religiosum exuere, & Monasteriis valedicere cœperunt, contractoq; matrimonio factæ sunt matresfamilias.

LEONHARTVS *Köppen, ciuis Torgensis, feria tertia Paschatis 7. April. nouem Moniales genere nobiles, ex Monasterio Nimptschen extractas Vitebergam adduxit, inter quas fuit Catharina à Boren postea nupta Luthero.*

IOHANNES Clericus Meldensis Gallus, mechanicus, Ecclesiæ Metensis initia sanguine suo iecit: cū propter deturbata idola crudeliter excarnificaretur & inter tormenta ipsi crudelitati insultans altissima voce illud Dauidis recitaret: Idola gentium sunt argentum & aurum, opus manuum. Beza in Iconibus.

Inter VLRICVM Huttenum & Erasmum exorta est simultas, quæ vtriusque scriptis dentatis & mordacibus orbi patefacta est. Huttenus libellum edidit hoc titulo: Expostulatio Vlrici ab Hutten cum Erasmo Roterodamo. Huic Erasmus opponit suam Spongiam (is est libelli titulus) aduersus Huttenis aspergines. OTHO Brunfelsius Hutteni mortui defensionē suscipiens regerit in Erasmum cōuicia, &c. Huius certaminis multę fuerunt causę, sed prima quasi fax fuit Epistola Erasmi ad Marcum Laurinum, quæ extat lib. 23. epist. 6. vbi hæc verba leguntur: *Antequam dissidium hoc hucusq; incrudesceret, cum omnibus ferme Germaniæ doctis habebam literariam amicitiam, mihi sanè perquam iucundam. Horū nonnulli refri-*

5493 *refrixerunt in me: quidam prorsus alienati sunt: nec desunt, qui se palàm hostes profiteantur, & exitium denũcient. Habebam item cum multis consuetudinem, qui nũc sæuiores sunt in Lutherum quàm vellem, imò quàm expedit ipsi causæ. Nec ideo submoueo quenquam ab amicitia mea, si paulò propensior est in Lutherum: nec ideo renuncio cuiquam amicitiam, si ferocior est in Lutherum, cùm vterq; quod facit, bono studio faciat. Sic enim interpretor, cùm in amico, tum in viro, non malo, &c. Fuit hic Huttenus, paucorum dierum hospes, interim nec ille me adijt, nec ego illum: & tamen si me conuenisset, non repulissem hominem à colloquio, veterem amicum, & cuius ingenium mirè felix ac festiuum, etiam nunc non possum non amare. Nam si quid illi præterea negotij est, nihil ad me pertinet, &c. Ibidem de causa Lutherana ita scribit:* ALTERA PARS CONTEMNI NON POTEST: ALTERA CONTEMNI NON VVLT: *& haud scio, an alterutra posit opprimi sine graui etiam bonarum rerum ruina, &c.* 1523

CHRISTIERNVS *Daniæ Rex cùm impotenter gessisset Remp. suaque sæuitia cunctos regni ordines offendisset, Friderico patruo ac Lubecensibus in ipsum arma sumentibus, regno suo profugit, vnà cum liberis & vxore Elizabetha (alijs Isabella) Caroli Cæsaris sorore, pietatis virtutumque omnium laudibus celebratissima.*

FRIDERICVS *Holsatiæ Princeps creatur Rex Daniæ.*

IOANNES Hessus Theologiæ Doctor, Staphyli socer, Vratislauiæ præficitur Ecclesiæ ad S. Mariam Magdalenam, 19. Octobris.

Nati sunt:

I. CHRISTOPHORVS *Herdesianus, vir magnæ & excellentis eruditionis, Halberstadij.*

II. ESROMVS *Rudingerus Papebergensis, C.S.E. 19. Maij.*

Obierunt:

I. ADRIANVS Rom. Pontifex, non sine veneni suspicione moritur 13. Septembr. Successit CLEMENS VII, Sedit an. 11. non plenis. Eras. in Epist. *Adria-*

5493 *Adrianus fauebat Scholasticis disciplinis, nec mirum si illis fauebat, in quibus à teneris vnguiculis educatus longo interuallo præcedebat omnes: sed ita fauebat tum, vt apud eum prima esset pietatis ratio, satis etiam æquus & candidus erga bonas literas ac linguas, &c. Huic per certum hominem significaui, me libenter communicaturum quod videretur, modò liceret impunè. Exegit vt id facerem breui. Non offensus est, sed tamen non respondit. Vnde facilè diuinaui, non idem illi placuisse, quod mihi videbatur expedire.* 1523

II. FRANCISCVS à Sickingen Eques Germanus & Lutheri amicus, infelici bello implicitus, quod gesserat anno superiori contra Archiepiscopum Treuirensem, obsidetur à quibusdam Principibus in arce Landstall/ decusso ex bombardarum ictu tramite læditur ac moritur ætat. 42. Paral. Vrsp. Huius multa fit mentio in prioribus Tomis Lutheri.

III. VLRICVS Huttenus Eques auratus, carmine & ense potens, moritur ætat. 36 in Insula lacus Tigurini Vfnavv. De die obitus dissentiunt scriptores. Eberus habet 31. Augusti: sed Erasmus in spongia 29. August. Totam historiam obitus Hutteni latissimè describit Camerarius in vita Philippi, pag. 92. & 93.

Huius crebra fit mentio in Epistolis Lutheri: & extat Hutteni ad Lutherum Epistola, bellum spirans aduersus Lutheri hostes.

5494 *MATHEMATICI propter inusitatam coniunctionem Planetarum in signis humidis prædixerunt diluuium, quod anno sequenti mutatum est in bellum Rusticorum, vbi verè fuit diluuium cruentum.* 1524

NORIBERGÆ in conuentu fit decretum 18. Aprilis de indicendo libero Concilio in Germania.

LVTHERVS deponit cucullum Monasticum Dominica 20. post Trinitatis, die 9. Octobris.

ERASMVS à Rege Angliæ & Thoma Volsio Cardinali

5494 dinali Eboracensi persuasus stylum strinxit in Lutherum, edita Diatribe de libero Arbitrio, mens. Octob. Cui Lutherus an. 1526. mense Aprili opposuit scriptum de seruo arbitrio. Acta res est suspensis omnium eruditorum animis & oculis, exitum rei speculantibus, non aliter ac si duo magni montes iam concursuri & præliaturi essent. Verùm quomodo isti duo montes mixti sint, loquãtur libri publicati. Ea de re vide Erasmi Epistolas lib. 19. Epist. 1. 2. 3. 4. & antepenultimam. 1524

HENRICVS Sudphaniensis Prior Augustinianorum Antuerpiæ, & Lutheri auditor, cùm Euangelium Bremæ docuisset biennium, ab Officiali Bremensi interceptus, in Dietmarsia propter Lutheranam religionem flammis exustus est 11. (alij 10.) Decembris.

BELLVM SACRAMENTARIVM inter Carlstãdium & Lutherum exortũ est. Lutherus & Carlstadius de bello inter se gerendo & euulgandis aduersarijs scriptis pacti sunt. Lutherus conditionem accipiens in testimonium initi pacti Carlstadio donat aureum nummum die Lunæ in Octaua Assumptionis Mariæ, 22. Augu. Ienæ in Thuringia. Carlstadius profert & publico scripto confirmat in verbis Cœnæ Domini suum τοῦτο. Ex eo tempore non solùm hi duo, sed eorum quoq; discipuli aut successores aduersis calamis acriter & perniciosè de Cœna Domini certarunt, & stylis mutuùm se confoderunt. Fecerũt illi duo viuendi finem: sed belli Sacramentarij hoc anno orti hodie nondum est finis. *Nullum bellum citiùs exardescit, nullum tardiùs deflagrat, quàm Theologicum.*

ZVINGLIVS scripsit Epistolam ad Matthæum Alberum Ecclesiasten Reutlingensem, in qua suam de Eucharistia sententiã explicat. In calce Epistolæ eum adiurat, ne cuiquam mortalium eam communicet, præterquã ei, quem constat in fide IESV sin-

5494 ſincerum eſſe. Data eſt hæc Epiſtola 16. Nouemb. 1524
expoſuit autem verba Cœnę per tropum: Eſt, pro,
ſignificat, &c.

Ab hoc tempore incipit HISTORIA SACRAMENTARIA *ſcripta à Ludouico Lauathero Tigurino, ad quem librum remittimus Lectorem, ne poſtea nobis opus ſit, cauſæ Sacramentariæ hiſtoriam prolixè repetere aut recitare.*

THOMAS Münzerus Stolbergenſis, & Concionator Alſtetenſis, edidit ſcripta quædam aduerſus Lutheranos, quibus meram effudit rabiem. Liber aduerſus Lutherũ ab eo ſcriptus, dedicatus & nuncupatus eſt Chriſto, Principi, vt ipſe loquitur, illuſtriſſimo, &c. Item Lutherum flagellat, quod Enthuſiaſtico ſpiritu careat, & nihil niſi carnalia ſapiat. Idem ad Melanchthonem ſcribit Epiſtolam feria 5. poſt Annuntiationis, cui hęc verba inſeruit: *Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Videte, de ore Dei, & non ex libris proficiſcitur. Teſtimonium quidem verbi veri ex voluminibus eſt. Niſi enim in corde oriatur, verbum hominis eſt, damnans ſcribas verſipelles, qui furantur oracula ſancta Ieremiæ 23. Nunquam eis Dominus locutus eſt, & ipſi vſurpant verba eius. O cariſſimi, operam nauate vt prophetetis, alioqui theologia veſtra nõ valebit obulum. Conſiderate Deum veſtrum è vicino & non à longe.* Idem hoc anno edidit proteſtationem ſuam vna cum Apologia de fide & baptiſmo, ex quibus apparet, eum fuiſſe hominem fanaticum, qui ſemina doctrinæ Enthuſiaſtarum ſparſit, & incautos homines prodigioſis καινοφωνίαις faſcinauit & dementauit.

CASPAR Schvvenkfeldius Nobilis Sileſius Cal. Ianuarij edidit librum inſcriptum Iacobo Epiſcopo Wratiſlauienſi, quem hortatur, vt puram Euangelij doctrinam amplectatur. Sed eo tempore adhuc ſenſit cum Luthero.

Oſſa BENNONIS *Epiſcopi Miſnenſis more ſolenni Miſnæ effoſſa*

5494 *effossa, exaltata atque collocata sunt in tumbam marmoream 16. Maij. Alijs religioni res fuit: aliis ioco & risui. Hac occasione Lutherus edidit librum de exaltatione Bennonis. Fabric.* 1524

LVTHERVS edidit Psalterium Dauidis Germanicè. Item librum contra seditiosos. Et epistolam ad Principes Saxoniæ Fridericum & Ioannem aduersus Iconomachos & Enthusiastas, iactantes suas illuminationes & colloquia cum Deo.

GVSTAVVS ab Erxen à Senatoribus Lubecensibus in Regem Sueciæ creatus & coronatus est 24. Iunij. Hic religionem Catholicam in Lutheranam vertit, suasore Sueco, Academia VVittenbergensi, qui Holmiæ in primaria æde sepultus est, cuius Ecclesiastem Rex designarat.

HIPPOLYTVS de Marsilijs Bononien. IC. floruit hoc anno. Forsterus.

FRIDERICVS Miconius Annæbergæ excommunicatur die Passionis Domini, in Monasterio Franciscanorum, ideo publico scripto rationem reddidit, cur die Palmarum docere cœpisset Euangelium.

Mense Nouembri cœperũt à Domino suo Comite LVPFIO Sueuo dissidere homines Rusticani propter onera, quibus grauari se nimium querebantur: idem & alij deinde vicini faciebant in suum quisque Magistratum.

Canonici WITEBERGENSES in templo Cathedrali reformationem Ecclesiæ suæ instituerunt, abrogatis Missis priuatis in huius anni exitu, 24. Decembris.

IOACHIMVS II. Elector Brandeburg. nuptias primas celebrauit Dresdæ cum Magdalena filia Georgij Ducis Saxoniæ, die omnium Sanctorum.

Nati sunt:

I. Illustrissimus & optimus Princeps GEORGIVS Dux SILESIÆ Lignicensis & Bregensis. Alij tamen referunt ad an. 1523. diem 18. Iulij.

II. FRANCISCVS Hotomanus IC. clarissimus, Petri filius, Lamberti nepos, ex antiqua & nobili

OTO-

5494 OTOMANORVM familia apud Silesios oriundus, die 23. Augusti, Lutetiæ Parisiorum. 1524

III. IOHANNES BAPTISTA Hainzelius, Patricius & consil. vrbis Augustæ Vindelic. die 26. Iunij, quadrante horæ ante 4. matutinam. Eber.

IIII. VICTORINVS Strigelius Theologus doctissimus, C. S. E. die 26. Decembris, in vrbe Sueuiæ Kauffbewren.

V. ABDIAS GODESCALCVS Prætorius Theolog. & trium linguarum peritissimus, C. S. E. die 28. Martij, in oppido veteris Marchiæ Soltwedel.

VI. ADOLPHVS Occo Medicus Augustanus, eruditione solida, ac rerum medicarum vsu & experientia clarissimus, C. S. E. circa hunc annum natus est.

VII. PETRVS Canisius, Theologus & Societatis Iesuitarũ princeps, Neomagi Geldriæ metropoli.

VIII. PETRVS Ronsardus Poëta Gallicus nobili familia natus in arce paterna Poissonnera ditionis Vindocinorum, die 11. Septembris. Boissardus in Iconib.

IX. MARTINVS Thaburnus illustris Scholæ GOLDBERGENSIS Rector (vir natura & arte bonus) die 9. Nouembris, Glogouiæ. Hoc ipso anno VALENTINVS Fridlandt Trozendorfius præfectus est illustri Gymnasio Goltbergensi.

Obierunt:

I. NICOLAVS Leonicerus Medicus Vincentinus, Illustrator Dioscoridis, qui Ferrariæ docuit amplius 60. an. ætat. 96. 8. Iun. Hic dixit, se viridi vegetaque senecta vti, qui castam iuuentutem ætati virili tradidisset.

II. THOMAS Linacer Anglus, medicus excellens, & Henrici VIII. Regis Angliæ Archiater, qui librum de lingua latina conscripsit, & multa Galeni opera singulari facundia in linguam latinam conuertit: 20. Octob. Londini.

III. IO-

5494 III. IOANNES *Staupitius Eques Misnicus, Theologus insignis, Lutheri patronus, Augustiniani ordinis per Germaniam prouincialis, & tandem Salisburgi ad D. Petrum Abbas, C. S. E. 28. Decembris anno exeunte.* 1524

IIII. PETRVS *Mosellanus, patria Protegensis Treuirorum C.S.E. Lipsiæ 19. Aprilis, ætatis 31.*

V. GVILIELMVS *Nesenus VVitebergæ periit in Albi media æstate. Historiam obitus prolixè describit Camerarius in vita Philippi pag. 98. 99. &c. Fuit Vir doctissimus, ad quem Erasmus aliquot scripsit Epistolas quæ extant. Et in Camerarij Epistolis fit mentio miserabilis exitus Neseni. Hic autem casus Melanchthonem inprimis afflixit, & in summum mœrorem coniecit. Lutherum quoque ita adfecit, vt cùm corpus Neseni ex Albi extractum in litore iaceret, Lutherus adstans & in cœlum cum lachrymis suspiciens diceret: O Nesene, si mihi datum esset donum miraculosum excitandi mortuos, si vllum vnquam excitassem, te nunc excitarem.* Hoc ego ex meo parente habeo; qui Luthero ploranti tum astitit.

PVGNA AD FRANCKENHVSIVM.

5495 SEDITIO *Rusticorum per Sueuiam atque vicinam Germaniæ partem, quæ est ad Danubium, primo vere exorta. In Thuringia quoque Thomas Munzerus concionator Alstetensis rusticos seditiosos ad arma aduersus Magistratum sumenda concitauit. Lantgrauius primùm conflixit, cum rusticis 14. Maij Dominica Cantate, ad oppidum Thuringiæ Franckenhusium. Die sequenti 15. Maij Munzerus ad pugnam milites rusticanos cohortans, ait: Se bombardarum globos omnes emissos manica tunicæ suæ excepturum & collecturum. In hoc itaque secundo conflictu Lantgrauij cum rusticis ceciderunt supra quinque millia agricolarũ: alij 7423. agricolarum & ciuium Franckenhusiensium. Franckenhusii capti sunt ferme* 1525

300. *& capite mulctati. Hæc fuit cruenta Catastrophe huius tumultus, in quo miseri homines pro libertate sua armis recuperanda vitam amiserunt, & fidem fecerunt Adagio:* Dulce bellum inexpertis: *quibus magis profuisset domi in horreis multo cum sudore flagris ligneis frumentum excutere, aut furcis laborare, quam sub impio Marte iniqua stipendia, vulnera, neces & furcas mereri. Bene tamen in hoc prælio cum quibusdam actum est, qui degustata belli suauitate pedibus pro armis vsi, & depositis hastis domum ad beatos rastros benedictum aratrum, sanctamque stiuam recurrerunt. Munzerus Franckenhusii capitur, in lecto iacens, & morbum simulans, qui in carcere quæstioni subiectus cùm præ dolore exclamaret, affatus est eum Saxoniæ Dux Georgius:* Tu nunc quidem cruciaris, *inquit,* Munzere: sed rursus cogita miserorum hominum cladem, qui per te nefariè circumuenti hodierno die perierunt. *Tum ille magno cum risu:* Hoc voluerunt, *ait. Ad supplicium ductus animo fuit consternato, atque deiecto, neque suæ fidei rationem explicare poterat, & ipsius confirmandi causa Henricus Dux Brunsuicensis voce illi præibat. Moriturus autem agnoscebat delictum & errorem, idque palam profitebatur, & militum septus corona Principes hortabatur ad maiorem clementiam erga miseros homines: ita fore, vt nullum eiusmodi posthac sit ipsis extimescendum periculum: simul monebat, vt libros Regum in S. Biblis diligenter euoluerent. Eo confecto sermone gladio percutitur, & exempli causa caput eius affixum hastæ mediis in campis collocatur. Sleid. Restincto nonnihil incendio Rusticorum elapsus Carolostadius per portam de muro Rotenburgensi (isthic enim per hyemem totam latuerat) demissus est. Ministri autem Ecclesiæ Rotenburgij ad Tuberam flumen securi percussi, & ingens ciuium numerus erutis luminibus ad calamitosissimam mendicitatem redactus est.*

LVTHERVS & MELANCHTHON *hoc anno scripta*

1525 *pta quædam ediderunt contra Articulos à seditiosis rusticis initio anni, antequam prælarentur, publicatos.* 1525

BELLVM SACRAMENTARIVM inter Lutherum, Zuinglium & Oecolampadium.

ZVINGLIVS hoc anno mense Martio primum edidit commentarium de vera & falsa religione. Et Subsidium de Eucharistia, mense Augusto, quo tropum in verbis Cœnæ defendit. Idem 13. April. qui fuit dies Cœnę Domini, abolitis veteris Missæ ceremoniis primùm Tiguri celebrauit Cœnam Domini eo ritu, qui hodie apud Tigurinos in vsu est.

IOHANNES Oecolampadius, Basiliensis Ecclesiæ Pastor, edidit primum suum scriptum de Eucharistia, hoc titulo: De genuina expositione verborum Domini: Hoc est corpus meum, id est, figura corporis, signum, typus, symbolum.

POMERANVS breui scripto respondit Zuinglio.

SVEVICI doctores libro Oecolampadii opposuerunt Syngramma conscriptum Halæ Suevorum 12. Octobr. cui inter cæteros subscripsit Brentius. Oecolampadius verò Sueuicis respondens, Antisyngramma de Cœna Domini publicauit.

Ordinationem Ministrorum Euangelij instaurauit & in Ecclesiam reduxit Lutherus Dominica Cantate, 14. Maij, cùm primus ordinandus esset Georgius Rorarius.

Missa primùm celebrata est Vitebergæ lingua vernacula Dominica 20. post Trinitatis, die 29. Octobris.

Sub huius anni initium Lutherus edidit duos libros hoc titulo: Aduersus cœlestes Prophetas & fanaticos, in quibus confutatur Carlstadij sententia de Cœna Domini & Iconomachia.

Sacrarum cantionum Germanicarum libellus anno

5495 superiore à Luthero & aliis compositus, prodiit in lucem huius anni initio. 1525

LVTHERVS scripsit librum, de abominatione Canonis Missæ, de quo id semel monendus est Lector, Lutheri libris de abroganda Missa contradixisse (vt autor est Cochlæus) plurimos ex Catholicis Theologis: in Anglia Iohannem Episcopum Roffensem: in Germania, Iohannem Episcopum Viennensem: in Gallia Clichtouæum: in Hispaniis Quintanam: in Bauaria Eccium: in Marchia Mensingum: sermone Germanico Dietenbergium, Emserum, Cochlæum, plurimosque alios.

LVTHERVS (ætatis 42.) die Martis post festum Ioannis Baptistæ (27. Iunij) duxit vxorem Catharinam à Bora, genere nobilem, quæ monialis antea fuerat.

FRANCISCVS Rex Galliæ à Ducibus CAROLI V. 24. Febr. (die Matthiæ) in prælio ad Ticinum (amissis vltra 8000. militum & 20. proceribus Galliæ cæsis) capitur, & apud Mantuam Carpetanorum in Hispania in custodiam datur, eò ex Italia triremibus transuectus. Hic cum diuturnioris carceris impatiens æger esset, Cæsar eum ægrotantem inuisit, & familiaritate, dulcedineque colloquij sui Regem moribundum non solùm confirmauit, sed etiam ad libertatis spem certam erexit. Hæc colloquij sui suauitatem postea rebus comprobauit, ac Regi in vxorem data ELEONORA sorore sua, EMANVELIS Lusitani Regis vidua, firmam cum eo, certis legibus latis, acceptisque, pacem corroborauit: septem diebus cum eo amicissimè consumptis. Regem iam ad suos in Galliam redeuntem honoris causa deduxit, concesso illi etiam inter equitandum latere dextro. De hac pugna ad Papiam, nobis inuenibus senes, qui ei interfuerant, multa narrarunt. Studiosi consulant Guicciardinum lib. 16. vbi exponuntur deliberationes sapientissimæ in senatu Cæsaris institutæ, de conditionibus Regi ferendis, &c.

ALBERTVS Marchio Brandeb. relicto Ordine creatur primus

1525 *primus DUX Prussiæ à Sigismundo Rege Poloniæ, & Ducatum illum hæreditarium accepit, qui antea ad fratres Ordinis Teutonici pertinebat: ita is qui antea erat Magister Ordinis, iam salutatur Dux Prussiæ. Func. Sleid.* 1525

Obierunt:

I. FRIDERICVS Elector Saxoniæ 5. Maij, ætatis 63. Successit in gubernatione IOHANNES frater eius.

II. ELISABETHA Coniunx Christierni Regis Daniæ, Caroli V. Imp. soror, Matrona ob pietatem in Deum aliasq; virtutes laudatissima die 19. Ianuarij, sepulta Gandaui.

III. FERDINANDVS DAVALVS Marchio de Piscara, bellator virtutis & fortunæ admirandæ, & post Deum autor præcipuus victoriæ de Gallis ad Papiam partæ, hectica febri extinctus circa initium Decemb. (alii mense Nouemb.) ætat. 35. Mediolani. Guicciard.

IIII. MARTINVS Dorpius, ad quem Erasmus plurimas scripsit Epistolas, in Anglia, 31. Maij. Hũc ait Erasmus non perinde vt alios detestatum esse, si quid Lutheri dogmatibus esset affine.

V. IACOBVS Ceporinus, cuius extat Græca Grammatica, ætatis 26. Tiguri.

Berlini Monachus, qui pro concione S. Paulum mẽdacii arguerat, subitò in suggestu extinctus est apoplexia, die Stephani.

IACOB Pauanas Boloniensis Gallus, Lutetiæ crudeliter vstulatus, protomartyris ibi nomen & palmam retulit. Beza in Icon.

Nati sunt:

I. *IOHANNES GEORGIVS Ioachimi II. filius, Elector Marchio Brandeb. 11. Septembris, hora 1. antemeridiana.*

II. *IOANNES ALBERTVS Alberti fil. Dux Megapolitanus, Princeps pius & literatus, die 22. Decembris, h. 21. Suerini.*

5495 II. CASPARVS Cruciger Theologus, Caspari filius, C.S.E.10. Martij. 1525

IIII. CASPARVS Peucerus Philosophus & Medicus excellentissimus, Melanchthonis gener, C.S.E.6. Ianuarij, hora 12. noctis praecedentis festum diem Epiphaniorum, Budissinae Lusatiae superioris metropoli.

V. IVSTVS Ionas, iunior, Iurisconsul. Iusti Ionae Theologi filius, 3. Decembris.

VI. GEORGIVS Cracouius IC. 12. Aprilis, hora 7. matutina in Pomerania. Eber.

VII. CHRISTOPHORVS Stymmelius Theologus, editis scriptis clarus, Pastor & Superintendens Ecclesiae Stetinensis, &c. 22. Octobris, Francofurti ad Viadrum.

VIII. VICTORINVS Schönfeldt Mathematicus insignis, C.S.E.

5496 FRANCISCVS Rex Galliae ex custodia dimissus, cum Pontifice ac Venetis foedus contra Caesarem facit. 1526

CAROLVS V. Caesar vt iniuriam sibi à Clemente Papa Romano illatam vlcisceretur, nominis Pontificij auctoritatem per omnem Hispaniam abolet: exemplo ab Hispanis ipsis posteritati relicto, posse Ecclesiasticam disciplinam citra nominis Pontificij auctoritatem ad tempus conseruari. Thuanus.

LVDOVICVS, Vladislai Iagellonis filius, Rex Vngariae & Bohemiae, copiis suis ad oppidum MohatZium medio loco positum inter Budam & Belgradum à SOLYMANI exercitu fusis & caesis fuga salutem quaesiturus, in vicinae paludis lutulento gurgite depressus & suffocatus interiit die decollationis Iohannis Baptistae, 29 Augusti aet. 20. LVDOVICO successit FERDINANDVS Rex Vngariae. Et hoc anno SILESIA venit in potestatem Regis Ferdinandi. Leonclau. Backschius.

IOHANNES de Zapolia, VVaiuuoda Transyluaniae & Comes terrae Scepusiensis, post Ludouici Regis funestum occasum, à nonnullis regni proceribus Rex salutatur die Martij.

1526 *Martini, Palatino regni Stephano Bathoreo, atq; aliis Baronibus & Magnatibus non consentientibus. Backschius Chron. Vngar.* 1526

Conuentus SPIRENSIS *inchoatur* 25.*Iunij: de quo vide Sleid. Hortens.*

FRANCISCVS Pizarrus & Didacus Almagrus Hispani, auspiciis Caroli V. Imperatoris expeditionem in PERVANAS regiones suscipiunt, illudque amplissimum & ditissimum regnum, Attabaliba Rege capto & interfecto, subigunt.

ERASMVS Hyperaspisten edidit aduersus Lutherũ.

Disputatio BADENSIS inter Eccium & Oecolam. de Cœna Domini & aliis articulis, 16. Maij.

CASPARVS Suenkfeldius & Krautvaldus in Silesia spargunt suum dogma de Cœna Domini.

THOMAS Anabaptista fratrem Leonhartum in parentum præsentia apud S. Gallum decollauit: frustrà Abrahæ exemplũ secutus, 8. Feb. Stump. l. 5.

POLYDORVS Vergilius Vrbinas, autor libri de rerum inuentoribus, hoc anno Londini in Anglia edidit libellum de Prodigiis. Vixit adhuc Polydorus anno 1533.

Academia MARPVRGENSIS in Hassia constituta à Philippo Hassiæ Landgrauio.

GEORGIVS Fronspergius bellator fortissimus, & Germanicarum cohortium CAROLI V. Imp ductor, Italicum exercitum, cui Iohannes Medices præerat, in agro Mantuano, die 24. *Nouemb. feliciter fudit & profligauit. Guicciar.*

ERASMVS 21. Maij scripsit Apologiam de edito libello Colloquiorum familiarium, quæ ad Colloquiorum calcem adiecta est. Eiusdem de hoc libello iudicium vide Epist. lib. 21. Ep. 33. Et lib. 22. Epist. penultimam.

CAROLVS V. in matrimonium duxit ISABELLAM, Emanuelis Portugalliæ Regis relictam filiam, nuptiis die 10. *Ianuarij, Siciliæ solenniter celebratis.*

5496 Nati sunt: 1526

I. AVGVSTVS Dux Saxoniæ Elector, HENRICI Ducis filius, 31. Iulij, hora 5. ante merid. annis 1587. propè completis à natali Augusti Cæsaris.

II. WOLFGANGVS, Ludouici filius, Palatinus Rheni Comes Bipontinus, Princeps sapiens & literatus, die 26. Septembris, paulò ante horam 2. vespertinam, Biponti.

III. ADOLPHVS, Friderici I. Daniæ Regis filius, hæres Norvegiæ & Dux Holsatiæ, 26. Ianuarij, Flensburgi.

IIII. IOACHIMVS à BERGE, genere, doctrina, sapientia & virtute vir nobilissimus, qui raræ munificentiæ & liberalitatis exemplo plurimos artiũ opt. & Theologiæ studiosos proprio sumptu in Scholis & Academiis per annos non paucos alit, eoq; nomine non tantùm optimè de Ecclesia & Repub. promeretur, verùm etiam perennem nominis sui memoriam ad omnem posteritatẽ transmittit, natus est prope Glogouiam Herndorfii in Silesia, die 23. Mar. sub exortum Solis. *Huius nobilissimi Viri subiectionibus historicis multum vsi, multumq; adiuti sumus in hoc opere: idque gratitudinis ergò profitemur.*

V. HENRICVS RANZOVIVS, Ioh. Equitis aurati filius, trium Daniæ Regum in Ducatib. Slesuicensi, Holsatiæ & Dithmarsiæ vicarius & gubernator, Cimbricæ nobilitatis apex heros omni doctrinarum genere perpolitus, & scriptorum plurimorum elucubratione clarus, die 11. Mar. hora 10. min. 31. post meridiẽ, in arce Holsatiæ Steinborch.

VI. HVBERTVS GOLTZIVS Venlonianus, ob doctissima scripta de rebus Romanis edita lectus in ordinem Ciuium Romanorum, Antiquarius & historicus celeberrimus, Venloæ in ducatu Iuliacensi, die 30. Octobris.

VII. Ca-

5496 VII. CAROLVS Clusius Atrebas, Medicus & Scriptor historiæ simplicium peregrinorum clarissimus, die 19. Februarij, mane sub horam quintam: Atrebati metropoli Comitatus Arthesiæ in Gallia Belgica. 1526

VIII. MARCVS ANTONIVS Muretus, eloquentiæ laude clarus mense Aprili, Lemouici in Gallia.

IX. MARTINVS Crusius, Græcæ linguæ & Oratoriæ in Academia Tubingensi Professor celebris, & Annalium Sueuicorum scriptor, C. S. E. 19. Septemb. media hora 4. pomeridiana, Bottensteini.

M. CHRISTIANVS Sagittarius Augusti Electoris Saxoniæ concionator.

ISMAEL SOPHI Rex Persarum primus è Sophinis, obijt hoc anno, cui successit filius TECHMAS. Leonclau.

5497 Instituta est deliberatio de prima visitatione Ecclesiarum in Saxonia, de qua extat libellus latinus Philippi Melanchthonis, hoc anno editus. Ea tamen visitatio in sequentem annum dilata est. 1527

ROMA capta & direpta ab exercitu CAROLI V. cuius duces erant CAROLVS Borbonius & GEORGIVS Fronspergius, 6. Maij, die Iohannis ante portam Latinam Anno Vrbis conditæ 2278. postquam à Totila capta fuerat 980. id est, decies & quater 70. Pontifex sese dedidit 6. Iunij, quo die etiam suæ dignitati restitutus est. Vide Epistolam Erasmi lib. 22. Ep. 25. 26. vbi ait, Pontificem Clementem inclementissimè tractatum esse.

LVTHERVS edidit librum, quo defendit ῥητὸν verborum Cœnæ Domini aduersus Zuinglium & Oecolampadium, quorum vterque Luthero respondit.

Hoc anno prouolârunt in publicum multa scripta Anabaptistarum.

CASPAR Suenkfeldius relicta Silesia contulit se

1497 Argentinam, ibique doctrinam Martini Lutheri impugnare cœpit scriptis publicis. 1527

TRAIECTINORVM ciuitas in Geldriorum potestatem redacta est 6. Aug. Chron. Traiect.

FERDINANDVS Praga coronatur in Regem Boemiæ, die Matthiæ, 24. Februarij: in Regem Vngariæ apud Albam Græcam 28. Octob. Alij 3. Nouemb.

Torga celebratæ sunt nuptiæ IOHANNIS FRIDERICI Electoris Saxoniæ cum Sibylla filia Iohannis Ducis Cleuensis, Dominica Exaudi, 2. Iunij.

Nati sunt:

I. Optimus IMP. MAXIMILIANVS II. Ferdinandi Imp. primogenitus, 1. Augusti, inter 11. & 12. noctis, Viennæ.

II. PHILIPPVS Hispaniarum Rex CAROLI V. Imperatoris filius, ex Isabella Emanuelis Portugalliæ Regis filia, in Valle Doleti, 21. Maij, hora 4. post merid.

III. VLRICVS, Alberti fil. Dux Megapolitanus, Princeps optimus, Ecclesiarum & Scholarum nutritius liberalissimus, die 22. Aprilis, hora 2. minut. 35 post meridiem.

IIII. BARBARA filia IOACHIMI II. Electoris Brandeb. & coniux GEORGII Ducis Lignicensis ac Brigensis, 10. Augusti.

ABRAHAMVS ORTELIVS, Seculi nostri PTOLEMÆVS, Philippi II. Regis Hispaniarum Cosmographus, & immortalis illius operis Theatri orbis terrarum autor, vir doctissimus, humanissimus, integerrimus, die 10. Aprilis, Antuerpiæ.

VI. EBERHARDVS, Ioach. fil. Mollerus, Consul Reip. Hamburgensis, die 23. Nouembris, hora 8. matutina.

VII. SIGEFRIDVS Saccus Theologus Magdeburg. die 12. Martij, hora 2. pomeridiana, Northusæ vrbe Imperiali.

VIII. IACOBVS Rungius Theologus & Profes-
sor

5497 sor in Acad. Grypsvvaldensi. die 15. Iulij, Stargardiæ. 1527

IOHANNES Hermannus Medicus olim Vitebergensis, postea Vratislauiensis, Norlingæ 16. Oct.

Obierunt:

I. CASIMIRVS Marchio Brandeb. Budæ, 27. Septemb. ætat. 46.

II. ALBERTVS Durerus, excellens pictor & Vir sapiens, Noribergæ 6. April. ætat. 56.

III. IACOBVS Hogostratus, Coloniæ 17. Maij, de cuius morte vide Eras. lib. 19. Ep. 13.

IIII. IOHANNES Frobenius Hamelburg. Francus, Typographus sui temporis celebris (cuius meminit Erasmus) correptus Paralysi, Basileæ.

LEONHARTVS Cæsar ob Lutheranam religionem iussu Principis Guilelmi in Bauaria crematur, 16. Augusti.

5498 BERNÆ Heluetiorum habita est celebris disputatio de Cœna Domini, mense Ianuario. Post disputationem hanc imagines & aræ vnà cum Missa in aliquot vicinis locis sunt abolitæ. 1528

LVTHERVS edidit maiorẽ confessionem de Cœna Domini aduersus Zuinglianos, vnà cũ confessione fidei suæ in cæteris doctrinæ articulis. Huic responderunt Zuinglius & Oecolampadius. Et quidem Zuinglius librũ suum Principi Saxoniæ, & Hassiæ Lantgrauio, dedicauit. Bucerus quoque edidit Dialogum Arbogastum, quo respondit Luthero.

BRVNSVIGÆ & in Saxoniæ vrbib. vicinis mutatio religionis instituta est per Iohannem Bugenhagium Pomeranum.

SVENCKFELDIVS edidit confessionẽ suam de Cœna Domini, in qua in verbis Domini pronomẽ, Hoc, ait demonstrare cibum spiritualem & cœlestem.

FRANCISCVS Rex Galliæ cum CAROLO V. Imp. expostulat, atque Monomachian ei offert, cui quid responderit Carolus, vide apud Sleidanum.

5498 *IOHANNES Cuspinianus Suinfurtensis, Medicus, & Maximiliani Imp. Orator atque diligentißimus inquisitor antiquitatis, qui Imperatorum historias edidit, & Consulum Catalogum contexuit, hoc anno descripsit Austriam.* 1528

Ne hic annus sine pugnis abiret, Erasmus 14. Febr. ludicrum bellum (ita enim interpretabor) mouit Ciceronianis. in quos scripsit. Mirum ni Mars riserit, cùm hæc Mercurialia oratorum certamina otiosus spectaret. In hoc libello Erasmus cẽsuram suam exponit de Ciceronis, Melanchthonis & aliorũ stylo: Ouidium ait Poëtarum Ciceronem videri posse. Suam quoq; sententiã de imitatione & recta scribendi ratione addit. Ibidem de suo stylo sic loquitur: *Quid Erasmus Roterodamus? Abijcit ac præcipitat omnia, nec parit, sed abortit, interdum iustum volumen scribit, stans pede in vno, nec vnquam imperare potest animo suo, vt vel semel relegat quod scripsit, nec aliud, quàm scribit, cùm post diutinam lectionem demum ad calamum sit veniendum, idque rarò*

BALTHASAR Hubmaier Doctor Anabaptisticus Viennæ crematur.

Nati sunt:

I. ALBERTVS Dux Bauariæ, gener Ferdinand Imp. 29. Februarij.

II. IOANNES BASILIVS Magnus Dux Moscouiæ, die 25. Augusti, dodrante horæ post 7. vespertinam.

III. IVLIVS, Henrici Iunioris fil. Dux Brunsuic. & Luneburgensis, die Petri & Pauli (29. Iunij.)

IIII. OTHO, Othonis filius, Dux Brunsuicensis & Luneburg. in Harburg, die 25. Septemb.

V. CHRISTOPHORVS Ehemius IC. Patricius Augustanus, mense Augusto, Augustæ Vindelicorum.

VI. IANVS IACOBVS Boissardus, vir doctissimus & Poëta elegantissimus, cuius inter alia eruditi

5498 diti extant Emblematum, Antiquitatum Romanarum & Iconum CL. Virorum libri, &c. circa hunc annum Vesontij natus est. 1528

VII. PETRVS Lotichius Secundus, Poëta præstantissimus, die 2. Nouembris, in Cœnobio Solitariæ.

VIII. IACOBVS Andreæ Theolog. C.S.E. die 25. Martij, VVaiblingæ. Crusius in Annal.

Obierunt:

I. GEORGIVS Fronspergius Eques auratus Germanus, dux militiæ celeberimus, Cæsareis semper partibus addictus, qui præcipuè fractis fœderatorum contra CAROLVM V. Imperatorem in Italia consilijs, Imperij decus sua virtute, Deo dante, tutatus est, quiq; multa potius egregiæ laudis, quàm bellici quæstus decora domum retulit, apoplexia extinctus obijt 20. Augusti, ætat. 54. m. 10. d. 27. Mindelhaimi Sueuorum. Hunc virum quindecies iusto prælio, extraordinaria verò acie supra vicies admirabili fortitudine dimicasse ferunt.

II. ODETTVS Foixius Lottrechus Gallicus dux, qui vt olim Demetrius Macedo, Vrbium expugnator dictus est, in castris ad Neapolim peste extinctus, die 15. Augusti. Guicciardin.

III. Hippolytus de Marsilijs I C. Bononiensis, qui eam iuris partem, quæ circa crimina versatur, tractauit, die 7. Februarij, ætat. 78. m. 2. d. 11. Bononiæ. Schrad. Forst.

FOEDVS SMALCALDICVM.

5499 Conuentus SPIRENSIS celebratur, in quo nata est appellatio PROTESTANTIVM, quæ Euangelicis tribuitur, eò, quòd ab illis in Côuentu Spirensi, die 19. Aprilis, exhibita sit Protestatio in religionis negotio. Mense Nouembri Protestantes SMALCALDIÆ Conuentum egerunt, vbi primùm proposita & agitata est quæstio de mutuo fœdere 1529

5499 fœdere Principũ Euangelicorũ & de defensione. 1529
aduersus suæ religionis hostes vim ipsis illaturos.

Pax inter Pontificem & Cæsarem Barcinonæ 26. Iunij facta.

Pax inter Cæsarem & Galliæ Regem Cameraci inita 5. Augusti.

ERASMVS Roterodamus mense Aprili, Basilea relicta, Friburgum, Brisgoiæ oppidum, ditionis Ferdinandi, distans Basilea itinere diei, commigrauit, propter mutatam religionem, & vitandæ suspicionis causa, ne videretur illa ꝓbare, quæ tũ tẽporis Basileæ gerebantur, & quòd in Heluetia omnia ab bellum intestinũ spectare videbat. Nouembri mẽse libellum hoc titulo edebat: Contra quosdam, qui se falsò iactant Euangelicos. Huic scripto deinde responderunt Theologi Argentinenses, quoniã de ipsis potissimùm & Basiliensib. ille tractauerat, inprimis autem de Bucero. Sleid. Lauater. Hoc scriptum Erasmi est in Euangelicos valdè cõtumeliosum, ex quo nos paucula de multis subiungemus, iudicium lectori candido & prę-iudicijs nõ corrupto relinquentes. *Ego tibi,* inquit, *ex Euangelicis multos ostendã, qui facti sunt seipsis deteriores. Excussæ sunt è templis statuæ, sed quid refert, cùm nihilò secius in animo colantur Idola vitiorũ? nec video, quo consilio quidam tanto studio demoliti sint imagines, nisi vt esset conspirationis symbolum. Interim obtenditur horrendũ idololatriæ crimen. Sed quis nunc est tam lapis, vt putet lapidibus ac lignis inesse sensum? & si qui tales sint, quantulum erat negocij docere populum, imagines ad hoc tantùm repertas, vt imperitis memoriam adiuuent, &c.* Hæc & alia multa Erasmus (nam atrociora præterij) qui an sibi ipsi per omnia perpetuò constet & consentiat: an item vtrisq; satisfacit, Catholicis & Euangelicis, norunt qui scripta eius legerunt. Idem taxat mutationem religionis Basileæ factam lib. 19. ep. 32. & 39. vbi ait: *Se hoc anno*

Pascha

5499 *Pascha egisse absque Alleluia, licet non sine lactucis agrestibus.* 1529

VRATISLAVIÆ fastigium turris Elisabethanæ, altum cubitos 119. corruit, in Vigilia Matthiæ Apostoli, hora secunda noctis. Historia illius ruinæ, qua nemo præter felem læsus fuit, ad D. Elisabethæ depicta est, cum hac subscriptione:

Mirabilis in altis Dominus.

Collapsa est turris Syloë madefacta cruore,
Pyramide hac nostra nemo cadente perit.
Nam iussu Domini exceptam, cui gloria Soli:
Angelicæ molem deposuêre manus.

SOLYMANUS Turcarum Imp. exercitu numerosissimo, trecentis millibus militum instructo, VIENNAM Austriæ, die 26. Septembris, vndiquaque obsidere cœpit: tormentis & machinis bellicis vicies accerrimè oppugnauit, & muros aliquoties cuniculis suffossos rupit. Verùm propugnatorum Christianorum, quorum Dux supremus erat PHILIPPUS Comes Palatinus Rheni, armis & virtute fortiter ac animosè repulsus, magna exercitus sui parte amissa obsidionem soluit, & die 15. Octobris iterum discessit. Leonclau. & alij.

Circa festum Michaelis nouum morbi genus, quod sudorem Anglicum, vel Anglicam pestem sudatoriam dixêre, multa loca Germaniæ inuasit. Antuerpiæ tridui spacio 400. aut 500. homines extinxit. Eras. Epist. lib. 26. Ep. 56.

Colloquium MARPURGENSE de cœna Domini inter Lutherum & Zuinglium aliosque Theologos instituitur. Durauit triduo. Constituta est 3. Octobris Concordia discors: certè induciæ in causa Eucharistica non fuerunt stabiles ac diuturnæ.

Flensburgi Regis Daniæ mandato colloquuntur de Cœna Domini Iohannes Bugenhagius Pomeranus & Melchior Hoffman, illo τὸ ῥητὸν, hoc διάνοιαν verborum Domini defendente.

Finito

5499 Finito colloquio Hoffmannus in exilium actus est,& Argentinæ Dialogum de colloquio edidit. 1529

LVTHERVS Minorem Catechesin mense Ianuario edidit, Maiorem mense Octobri, circiter.

Argentorati & Basileæ Missa abrogatur, & statuæ è templis eijciuntur. Sleid.

Nati sunt:

I. FERDINANDVS Archidux Austriæ, filius Ferdinandi Imp. 14. Iunij, post horam 2. pomeridianam, Lintzij.

II. IOHANNES FRIDERICVS II. Iohannis Friderici I. filius, Dux Saxoniæ, 8. Ianuarij (alij 8.) hora 7. vespertina.

III. CASPARVS Hoffmannus Medicinæ Doctor, & Electoris Brandeburgici ἀρχίατρος Leobergæ, Cal. Octob. Hic vir est præcipuum amicorum meorum lumē, & optimus Isagoges nostræ patronus.

IIII. NICOLAVS Cisnerus IC. Mosbaci oppido Palatinus.

V. NICOLAVS Vigelius IC. qui scriptis suis ius Ciuile & Canonicum illustrauit, Treisæ Hassorum oppido.

VI. HENRICVS Retelius, Cos. Saganensis, amicus meus optimus, atque historiarum studiosissimus, 18. Nouembris, Sagani.

VII. ABRAHAMVS BVCHOLCERVS, qui hanc Sylvulam Chronologicam primùm collegit, pridie Michaëlis, 28. Septembris, sub vesperam, post horam 5. in ditione Electoris Saxonici in pago Schônau prope Damam, quæ 6. milliarium spacio Viteberga distat.

Obierunt:

I. IOHANNES Cuspinianus, Medicus Maximiliani Imp. Orator & Historicus clarissimus, C.S.E. hoc anno Viennæ obijt. Henr. Pantal.

II. ADOLPHVS Clarenbach ob Lutheranismum Coloniæ exustus est 28. Septembris.

III. LV

5499 III. LVDOVICVS *Berquinus Atrebas, ob religionem Lutetiæ combustus 22. Aprilis. Vide Erasmum lib. 24. Epist. 4. Beza in iconibus habet 11. Nouembris.* 1529

IIII. PAVLVS *Æmylius Veronensis, historicus Gallicus, 5. Iulij.*

5500 IVBILÆVS MVNDI 110. *Mosis 60. Christi prædicationis 30.* 1530

Hic annus est medium sexti & vltimi millenarij Mundi, cuius altera pars annorum 500. si Eliæ cuiusdam dicto credimus, non complebitur.

ARGENTINENSES, TIGVRINI, BERNATES, & BASILIENSES, die 5. Ianuarij fœdus inter se fecerunt, ad mutuam defensionẽ contra vim iniustam, quæ propter Euangelium inferretur.

CAROLVS V. *Imp. Bononiæ coronatur* REX LONGOBARDORVM, *22. Februarij. Die verò suo natali, hoc est, 24. Febr. (quo Carolus complebat annum ætatis 30.) coronatur Imperiali Corona, maximo cum apparatu & splendore, à Pontifice Clemente* VII. *cum iurasset, Pontificiæ dignitatis perpetuum se fore defensorem. Estque hic annus à Coronatione Caroli Magni 730. à priore Coronatione Caroli V. per Electores 10.*

CAROLVS V. *ingressus est Augustam 15. Iunij. Postridie, Corporis Christi festo, Missæ interfuerunt Cæsar & alij Principes maximo numero, præter Saxonem, Lantgrauium, Luneburgicos fratres, Georgium Brandeburgicum & Anhaltinum. His Cæsar nuntiauerat, vt & interessent, & suos abrogarent Concionatores: Illi autem non venerunt, & quia conuentus hic eò sit indictus, vt omnium audiantur sententiæ, dicebant se non posse suis imponere silentium, ante cognitionem causæ. Biduo post fuit edictum, vt vtriusque partis Concionatores desistant, donec de religione decidatur: Cæsar tamen aliquos constitueret, qui sine cuiusquam contumelia doceant. Fuit hoc voce præconis denuntiatum, constituta pœna. Die 20. Iunij factum est initium Comitiorum, & Archiepisco-*

5499 Finito colloquio Hoffmannus in exilium actus est,& Argentinæ Dialogum de colloquio edidit. 1529
LVTHERVS Minorem Catechesin mense Ianuario edidit, Maiorem mense Octobri, circiter.
Argentorati & Basileæ Missa abrogatur, & statuæ è templis eijciuntur. Sleid.
Nati sunt:
I. FERDINANDVS Archidux Austriæ, filius Ferdinandi Imp. 14. Iunij, post horam 2. pomeridianam, Lintzij.
II. IOHANNES FRIDERICVS II. Iohannis Friderici I. filius, Dux Saxoniæ, 8. Ianuarij (alij 8.) hora 7. vespertina.
III. CASPARVS Hoffmannus Medicinæ Doctor, & Electoris Brandeburgici ἀρχίατρος Leobergæ, Cal. Octob. Hic vir est præcipuum amicorum meorum lumē, & optimus Isagoges nostræ patronus.
IIII. NICOLAVS Cisnerus IC. Mosbaci oppido Palatinus.
V. NICOLAVS Vigelius IC. qui scriptis suis ius Ciuile & Canonicum illustrauit, Treisæ Hassorum oppido.
VI. HENRICVS Retelius, Col. Saganensis, amicus meus optimus, atque historiarum studiosissimus, 18. Nouembris, Sagani.
VII. ABRAHAMVS BVCHOLCERVS, qui hanc Sylvulam Chronologicam primùm collegit, pridie Michaëlis, 28. Septembris, sub vesperam, post horam 5. in ditione Electoris Saxonici in pago Schönau prope Damam, quæ 6. milliarium spacio Viteberga distat.
Obierunt:
I. IOHANNES Cuspinianus, Medicus Maximiliani Imp. Orator & Historicus clarissimus, C.S.E. hoc anno Viennæ obijt. Henr. Pantal.
II. ADOLPHVS Clarenbach ob Lutheranismum Coloniæ exustus est 28. Septembris.

5499 IIII. LVDOVICVS *Berquinus Atrebas, ob religionem Lutetiæ combustus 22. Aprilis. Vide Erasmum lib. 24. Epist. 4. Beza in iconibus habet 11. Nouembris.* 1529

IIII. PAVLVS *Æmylius Veronensis, historicus Gallicus, 5. Iulij.*

5500 IVBILÆVS MVNDI 110. *Mosis 60. Christi prædicationis 30.* 1530

Hic annus est medium sexti & vltimi millenarij Mundi, cuius altera pars annorum 500. si Eliæ cuiusdam dicto credimus, non complebitur.

ARGENTINENSES, TIGVRINI, BERNATES, & BASILIENSES, die 5. Ianuarij fœdus inter se fecerunt, ad mutuam defensionē contra vim iniustam, quæ propter Euangelium inferretur.

CAROLVS. V. *Imp. Bononiæ coronatur* REX LONGOBARDORVM, *22. Februarij. Die verò suo natali, hoc est, 24. Febr. (quo Carolus complebat annum ætatis 30.) coronatur Imperiali Corona, maximo cum apparatu & splendore, à Pontifice Clemente VII. cum iurasset, Pontificiæ dignitatis perpetuum se fore defensorem. Estque hic annus à Coronatione Caroli Magni 730. à priore Coronatione Caroli V. per Electores 10.*

CAROLVS *V. ingressus est Augustam 15. Iunij. Postridie, Corporis Christi festo, Missæ interfuerunt Cæsar & alij Principes maximo numero, præter Saxonem, Lantgrauium, Luneburgicos fratres, Georgium Brandeburgicum & Anhaltinum. His Cæsar nuntiauerat, vt & interessent, & suos abrogarent Concionatores: Illi autem non venerunt, & quia conuentus hic eò sit indictus, vt omnium audiantur sententiæ, dicebant se non posse suis imponere silentium, ante cognitionem causæ. Biduo post fuit edictum, vt vtriusque partis Concionatores desistant, donec de religione decidatur: Cæsar tamen aliquos constitueret, qui sine cuiusquam contumelia doceant. Fuit hoc voce præconis denuntiatum, constituta pœna. Die 20. Iunij factum est initium Comitiorum, & Archiepisco-*

5500 *piscopus Moguntinus Missam de Spiritu sancto cantauit, cui etiam Elector Saxoniæ interfuit officij ratione ensem Cæsari præferens, cùm antea, quid de Missa sentiret, testatus fuisset.* 1530

COMITIA AVGVSTANA CELEBERRIMA.

CONFESSIO AVGVSTANA, scripta à PHILIPPO Melanchthone exhibita est CAROLO V. Imp. à Protestantibus, postridie Iohannis Baptistæ 25. Iunij: fuit dies Sabbati, præcedens Dominicam 2. Trinitatis. Cõfessioni subscripserunt: IOHANNES Elector Saxoniæ, GEORGIVS Marchio Brandeburgensis, IOHANNES FRIDERICVS Dux Saxoniæ, ERNESTVS Dux Brunsuicensis, PHILIPPVS Lantgrauius Hassiæ, FRANCISCVS Dux Lunebuigensis, WOLFGANGVS Princeps Anhaltinus, NORIBERGA & REVTLINGA. Interfuerunt his Comitijs multi Theologi: pręcipui fuerunt ex Catholicis: CAMPEGIVS Cardinalis Legatus Pontificis, ECCIVS, FABER, COCHLÆVS, &c. Ex Euangelicis: PHILIPPVS Melanchthon, IVSTVS Ionas, GEORGIVS Spalatinus, ANDREAS Osiander, IOHANNES Agricola Islebius, & alij. Hæc confessio publicè prælecta est, vt diximus, 25. Iunij à prandio, in Palatio Cæsaris, in loco (vt scripsit Iustus Ionas) qui capiebat circiter 200. homines. Consederant Cæsar & Electores, *inquit*, & absentium Electorum Legati vtrinque. Deinde ex vtroque latere alij Principes & Ordines Imperij. Recitabat Confessionem D. Christianus Beyer, articulatè, distinctè & clarè, vt ab omnibus exaudiretur. Absoluit totam duabus horis. Satis attentus erat Cæsar, qui sibi curauit nostram Confessionem reddi Italica & Gallica lingua per Alphonsum Valdesium Hispanum, & Alexandrum Schuueis, &c.

APO-

5500 Apologia Cõfessionis Augustanæ, scripta à Philippo Melanchtone, oblata est Carolo V. die 22. Septembris: sed non recepta. Lutherus huius Cõuentus tempore fuit in arce Coburgensi, qui locus etiam Lutheri Pathmus & Eremus dicitur. 1530

Catholicorum Confutatio opposita Euangelicis prælecta est in Consessu Imperij, 3. Augusti. Elector Saxoniæ cum duobus Principibus Luneburgensibus & Theologis suis. Augusta discessit 23. Septembr. Legatos aliquot ibi relinquens, qui finem Comitiorum expectarent.

Hic est annus à partitione terræ promissæ sub Iosua 3000. Baptismo Christi 1500. ætatis Lutheri 47. Conditæ Academiæ Viteb. 28. Sicut autem Lutherus mutationem religionis instituit ætatis 34. Ita Philippus confessionem hanc scripsit ætatis 34.

Quatuor vrbes: Argentoratum, Constantia, Meminga & Lindavium, peculiarem suæ fidei Cõfessionem exhibuerunt Cæsari per Casparum Hedionem, Ecclesiæ Argentinensis Doctorem, quæ publicè audita non fuit. Circa finem Comitiorum Imperator recitari iussit huius Confessionis Confutationem ab Eccio & Fabro conscriptam. Finitis Comitijs, Confessio Augustana vtraque lingua typis est edita Witebergæ.

Mens. Decembri, Principes & Ciuitates Protestantes in Conuentu Smalcaldiæ, fœderis formulã concipiunt, cui statim quidam subscripserunt: sed quarundam Ciuitatum Legati dicebant, se omnia ad suos relaturos, vt intra sextam hebdomadam nunciarent, quid facere constituissent. Sapiens Princeps Fridericus Dux Saxoniæ olim dicere solitus est de fœderibus: *Bonum est facere fœdera: sed væ ei qui seruat.* Id verum fuisse experti sunt aliquantò post confœderati Principes.

Franciscus Rex Galliæ instituit trilingue Collegium

5500 *Parisiis, mense Septembri. Ebraicam linguam professus est FRANCISCVS Vatablus: Græcam PETRVS Danesius: quibus duobus additus fuit IACOBVS Tusanus Græcarum literarum Doctor.* 1530

Hoc anno magna nominis celebritate in Italia floruit MARCVS HIERON. Vida Cremonensis Episcopus Albæ, quem proximè ad Virgilianam excellentiam peruenisse multi eruditorum iudicant, cuius rei euidens testimoniū præbet insigne illud opus Christiados & alia scripta, quæ hodie non sine autoris admiratione & æterna laude ab omnibus leguntur. Boissard. lib. 1. Iconum.

De Episcopo Eboracensi in Anglia hæc scribit Erasmus: *Cardinalis Eboracensis, inquit, sic offendit animum regium, vt spoliatus bonis & omni dignitate, teneatur non in carcere, sed in quodam ipsius prædio, adhibitis triginta duntaxat seu famulis seu custodibus. Proferuntur in illum querelæ innumeræ, vt vix existiment effugere posse capitis supplicium. Hic est fortunæ ludus, ex ludi magistro subuectus ad regnum. Nam planè regnabat verius quàm ipse Rex, metuebatur ab omnibus, amabatur à paucis, ne dicam à nemine. Paucis antè diebus quàm caperetur, curauerat Richardum Paceum conijciendum in carcerem, ac minitabatur etiam meo Archiepiscopo Cantuariensi. Ante ruinam exaltatur Spiritus, ait Salomon. Archiepiscopus Cantuariensis vocatus imò reuocatus est ad Cancellarij munus, quo non aliud in Anglia maius: sed is excusauit ætatem, iam imparem tanto negocio. Itaque prouincia delegata est Thomæ Moro, magno omnium applausu, nec minore bonorum omnium lætitia subuectus, quàm deiectus Cardinalis.*

De hoc Episcopo Eboracensi lege Guicciardinum, qui & de huius hominis superbia quædam refert, &c.

In Scotia solum cæde martyrum cœpit subigi, vt semen verbi diuini seri posset: Patritio Hamiltone martyrij coronā nobilitato.

ROMÆ *die 8. Octobris, circa noctis horam vndecimam* Tybe-

5500 *Tyberis subita exundatione excurrens, ingenti damno vrbem adfecit.* 1530

Hoc ipso anno Prouincia CVLIACANA in America, quæ nunc regni NOVÆ GALICIÆ pars est, Caroli V. auspiciis inuenta: in cuius tractu vna tantùm Colonia Hispanica, quæ S. Michaëlis nomen gerit, reperitur. Regio hæc vtcunque rerum necessariarum fertilis est. Ex montibus argentum magna copia effoditur. Incolæ nudi incedunt, verendis tantùm panniculo, ex gossipio conflato, coopertis. Bella & latrocinia exercent: qui maritima tenent, piscationibus vt plurimùm operam nauant: qui interiora habitant, venationibus vitæ præsidia quærunt: gens alioqui est pauperrima. Abrah. Ortelius in Theatr. Orb. Ter.

Nati sunt:

I. IOHANNES VVILHELMVS, *filius Iohannis Friderici Elect. Saxoniæ, 11. Martij.*

II. FRIDERICVS *Marchio Brandebur. & Episcopus Magdebur. Ioach. II. Elect. Brandeb. filius, 12. Decembris Berlini.*

III. IOACHIMVS *Comes de Ortenburg, ex illustri & antiqua Comitum Ortenburgicorum familia in Bauaria, die 6. Septembris.*

IIII. SIGEFRIDVS *Ribischius, Consiliarius aliquot Impp. vir sapientia, doctrina & virtute ornatißimus, Vratislauiæ, 13. Septemb. Hunc virum ego Bibliothecam meam historicam appellare soleo, cui acceptum refero quòd Golzium & similes egregios Scriptores noui.*

V. IOSIAS *Simlerus Theolog. Tigurinus, C.S.E. 6. Nouembris.*

VI. HENRICVS *Mollerus, Ioach. fil. Theologus celebris, die 12. Aprilis, Hamburgi.*

VII. DAVID *Chytræus, Theologus & Historicus, cuius inter alia scripta plurima eruditi extant Chronicorum Sax. libri, 26. Februarij, Mentzingæ Sueuiæ oppido.*

5500 *VIII. GVILIELMVS Xylander, vir doctiss. & clariss. Augustæ Vindelicorum.* 1530

Obierunt:

I. MARGARETHA filia Maximiliani Imp. soror Philippi Regis Hispaniæ, Mechliniæ, mense Decembri, ætat. 51: cui in Belgici gubernatione successit soror MARIA, Ludouici Vngariæ Regis vidua.

II. NICOLAVS II. Senior, Salmæ Comes, heros & bellator fortissimus, postquã FRIDERICO III. MAXIMILIANO I. CAROLO V. & FERDINANDO, Romanis Imp. an. 46. fortem & strenuã operam domi militiæque nauasset, Anno Christi 1529. SOLYMANO Turcarum Imp. Viennam obsessam grauiter oppugnante, dum muro pulueris subiecti vi labefactato & diruto, hostib. se inuicto animi robore opponit, saxo percussus, lethale vulnus accepit, ex quo demum hoc ipso anno, die 4. Maij, æt. 72. in Austriæ Castello Marcheck obiit.

III. HIERONYMVS Mercurinus Cattinaria, Caroli V. Imp. Procancellarius & consiliorum intimorum conscius, vir sapientissimus, & plerorumque, quæ postea acciderunt in Gubernatione, vates non falsus, die 4. Iunij.

IIII. ACTIVS SINCERVS Sannazarius Equestris ordinis Poëta Neapolitanus, ætat. 72. m. 1. d. 29. Neapoli.

V. FRANCISCVS Lambertus Auenionensis Theolog. eximius, die 18. Aprilis, Marpurgi.

VI. THOMAS Volsæus ex sacerdote Eborac. Episcopus, Cardinalis, ad omnes honorum gradus creatus, tandem fortunis omnibus spoliatus, Londinum versus in carcerem ducendus, ad oppidum Leicestrium exanimatus.

5501 *FERDINANDVS Archidux Austriæ, Vngariæ & Boëmiæ Rex, die 5. Ianu. Coloniæ renunciatur Rex Romanorum: & 11. Ianuarij coronatur Aquisgrani.* 1531

IOHAN-

5501 *IOHANNES Comes Tarnouius Rußiæ Palatinus, PETRUM Moldauiæ Principem, quòd neglecto fœdere & iuramento, fide & honore posthabito, & nulla hostilitatis denunciatione præmissa, POKVZIAM regni Poloniæ prouinciam occuparat, ad Obertinum cum exercitu cæcidit, & victoriam memorabilem obtinuit, 22. Augusti. Gaguinus.* 1531

FRANCISCVS Pizarrus, Peruauæ Meridionalis Americæ partis Prætor à Carolo V. Imp. designatus, Regiones Æquatori & Tropico Capricorni in America subiectas, sequenti sexennio occupauit: & Hispanorum Colonias, Tumbesiam, Limam, Arequipam, Neapolim, Argyropolim, Trugillium, Guanacum, & Quito aliasque condidit.

SERVETVS edidit 7. libros de erroribus Antitrinitariis.

Hoc anno Iulius Pflug scripsit Epistolam ad Erasmum, cui ille respondit. Vide Ep. lib. 27. ep. 1. 2.

GEORGIVS Wicelius à Lutheranis defecit ad Catholicos, vt ipse scribit. Ab eo tempore ampliùs 36. annis oppugnauit Euãgelicos publicis scriptis.

FRANCISCINVS Curtius Papiensis IC. hoc anno floruit Patauij.

Nati sunt:

I. MATTHÆVS Wesenbecius Iurisconsultus, qui præclara ingenij doctrinæque documenta scriptis suis impressit, die 25. Octobris, Antuerpiæ.

II. IOHANNES Sambucus Med. & Historicus, Tirnauiæ Pannoniæ oppido, die Iohannis Baptistę.

Obierunt:

I. HVLDRICHVS Zuinglius Theologus Tigurinus, in prælio cæsus ac mortuus crematus est 11. Octob. ætatis 48. cum docuisset Tiguri an. 12. Ei successit HENRICVS Bullingerus. Vltima Zuinglij lethaliter in pugnâ vulnerati vox fuit: *Ecquid hoc infortunij? Age, corpus quidem occidere possunt, animam non possunt.* Myconius.

5501 II. IOHANNES Oecolampadius Theologus Basil. anthrace correptus sancto obiit Basileæ æt. 49. Calend. Decembris. De huius obitu vide præfationem Grynæi in Ezechielem Oecolamp. Vltima morientis vox fuit: Salua me CHRISTE IESV. 1531

III. IOHANNES Stoflerus Iustingensis Sueuus, Mathematicus excellens & vir integerrimus, C.S.E. Tubingæ 16. Februarij, ætatis 79. alij 80.

IIII. BILIBALDVS Pirkhamerus Patricius Noribergensis, vir doctissimus, & editis scriptis clariss. Noribergæ ætat. 61. Huius Encomium habet Erasmus in Epistolis, lib. 26. Epist. 33.

5502 PRIMA PAX IN RELIGIONE. 1532

Pax inter Cæsarem & Protestantes facta, quam impetrârunt à Cæsare ALBERTVS Moguntinus, & LVDOVICVS Palatinus. Huius pacificæ transactionis verba edita sic habent: Dei gratia nos Albertus Moguntinus, &c. Et Ludouicus Palatinus, &c. impetrauimus, vt Cæsarea Maiestas clementer consenserit, vt communis & publica pax constituatur, vsque ad generale, liberum, Christianum Concilium, &c. Datæ Noribergæ, feria 3. post Mariæ Magdalenæ, id est 23. Iulij, 1532.

GVNSIVM Vngariæ oppidum, defendente forti & claro viro NICOLAO Iurizio cum ducentis armatorum millibus SOLYMANVS ter decies oppugnauit, non captum tamen vi, sed deditione traditum. Solymanus Imp. audito Caroli Cæsaris aduentu, qui octoginta peditum millia habuit, & triginta ferè galeatorum equitũ ex Germanis, Italis, Hispanis collectorũ, exceptis Vngaricis equitibus, nõ expectandũ sibi ratus, per Noricorũ mõtana fugit, multa præda onustus domũ rediẽs. Drechsl.

IOHANNES Cadurcus Occitanus professor iuris

Tho-

5502 Tholosę, veritatem quam sanguine suo sanciebat, 1532
sic asseruit, vt non modo Tholosæ, sed propter celebrem illam Academiam, in vniuersa Gallia semen purum verbi Dei sparsisse meritò videatur. Beza in Iconib.

CAZANES Michaloglius Vaiuoda, duodecim Turcarum millib. à Solymano Turcarum Imp. altera contra Germanos expeditione in Austriæ fines emissus, dum incendiis & rapinis omnia depopulatur, & incolas seruituti mancipatos abigit, opimâ potitus prædâ, in reditu in Christianorum copias incidit: à quibus, licet fortiter resisteret, FRIDERICO II. Principe Palatino Rheni exercitus Ordinum Rom. Imp. contra Turcas Duce supremo, tandem ad internecionem vnà cum suis copiis cęsus occubuit, intra oppidum Altenmarckt & Neostadium Austriæ, mense Septembri. Leonclau. in Annal. Turc.

Eodem anno HARIADENVS Mitylenæus Barbarossa dictus, Vrbem ALGIERAM in Africa occupauit. Leoncl.

Nati sunt:

I. GVILIELMVS, Philippi Lantgrauij Hassiæ primogenitus, 24. Iunij, hora 5. ante merid.

II. IOACHIMVS Curæus, artis Medicæ Doctor & Philosopus excellens, C.S.E. 23. Octobris, Freistadij Silesiorum.

III. LEONHARTVS Kranzheim Theologus & Chronologus clarissimus, olim Superintendens Ecclesiarum Ducatus Lignicensis, cuius insigne opus Chronologicum extat: 16. Septembris, in Franconiæ oppido Iphofen.

IIII. IOACHIMVS Maisterus, Philosophus, Orator & Poëta præstantissimus, cuius poëmata antiquam Poëtarum grauitatem ac sublimitatem spirant, Rector Augusti gymnasij Gorlicensis, 1. Nouembris, Gorlicij: à nato Virgilio 1600.

V. FRIDERICVS Widebramus, Theologus &

5502 & Poëta celebris, 4. Iulij, Pelneccij Voitlandiæ oppido. 1532

VI. M. IOHANNES Rosa, Professor Acad. Ienensis, vir pius & doctus, C. S. E. die 13. Ianuarij. Eber.

VII. NICOLAVS Selneccerus Theologus Lipsensis, die 6. Decembris, hora 1. noctis, in oppido Herspruck. Eber.

Obierunt:

I. *IOHANNES Dux Saxoniæ Elector, Friderici frater & successor, in oppidulo Saxoniæ Schuueinitz, 13. Augusti, ætatis 63. Sepultus VVitebergæ in templo arcis: anno 30. à condita Academia VVitebergensi.*

II. *GVILIELMVS VVaramus Episcopus Cantuariensis in Anglia, cui successit THOMAS Cranmerus. VVarami huius insignia encomia lege apud Erasmum in Adagijs Chiliad. 4. cent. 7. adagio 58. Item in Epistolis lib. 27. Ep. 7. 17. vbi ait, in Comitatu Cæsaris hoc anno obijsse Viennæ ALPHONSVM Valdesium, iam magnum, sed futurum, si vixisset, maximum: Item in Polonia CHRISTOPHORVM à Schidlouitz, eius regni supremum Cancellarium, cui Erasmus dicauit libellum, qui inscribitur Lingua.*

III. *LAZARVS Spenglerus, vir pietate & vsu rerum clarus Reipublicæ Noricæ à Secretis, cuius extant Odæ aliquot sacræ vernaculæ, calculo extinctus, 7. Septembris.*

IV. *GREGORIVS Haloander Zuiccauiensis Iurisprudentiæ illustrator, Venetijs.*

5503 Vitebergæ 18. Iunij promoti sunt tres Doctores Theologiæ, præsente Elect. Saxoniæ Iohanne Friderico: CASPAR Cruciger Acad. Rector: IOHANNES Bugenhagius Pomeranus, Vitebergensis Ecclesiæ Pastor: & IOHANNES Æpinus Pastor Ecclesiæ Hamburgensis: Decano & promotore Iusto Iona, cuius oratio extat in declamat. Melanchthonis, tomo 1. 1533

ALE-

5503 ALEXANDER *Alesius Scotus patria sua excedens venit Vitebergam. Ex eo tempore vixit & docuit in Germania.* 1533

ERASMVS edidit librum de amabili Ecclesiæ concordia, enarrans Psalmum 84. vbi formulam Concordiæ præscribit Lutheranis & Pontificiis, & non dissimulat, se in vtrisque requirere multum, &c. Vtrosque certè ad officium reuocat. Et Cal. Decemb. edidit libellum de pręparatione ad mortem. Idem in Epist. lib. 27. Ep. 20. recitat hanc historiam: *Oppidum, de quo tibi narratum est, Germanis dicitur Schiltach: abest à Friburgo octo miliaribus, de quo an omnia vera sint, quæ vulgò iactantur, non ausim affirmare. Illud nimis verum est, totum subitò conflagrasse, mulierem confessam supplicio affectam. Conflagratio accidit 10. Aprilis, qui dies erat Iouis ante Pascha anno 1533. Quidam eius oppidi ciues apud huius vrbis Magistratum rem ita gestam pro comperto narrarunt, quemadmodum mihi retulit Henricus Glareanus, quantum meminisse possum. Dæmon sibilo signum dedit è quadam ædium parte: Caupo suspicans esse furem, ascendit, neminem reperit. Sed idem signum rursus ex altiore cœnaculo redditum est. Et huc conscendit Caupo, furem persequens. Cùm nec illic quisquam appareret, sibilus auditus est è fastigio fumarij. Ilico tetigit Cauponis animum, esse Dæmoniacum quiddam: iubet suos esse præsenti animo: acciti sunt Sacerdotes duo, adhibitus exorcismus: respondit se esse Dæmonem. Rogatus quid illic ageret, ait se velle exurere oppidum: minitantibus Sacrificis, respondit, se pro nihilo ducere minas illorum, quòd alter esset scortator, vterque fur. Aliquantò pòst muliercùlam, qua cum habuerat consuetudinem annis 14. cùm interim illa quotannis & confiteretur & acciperet Eucharistiam, sustulit in aerem, imposuitque fumarij fastigio. Tradidit ollam, iussit vt inuerteret: Inuertit, & intra horam totum oppidum exustum est. An dæmon indignatus ob inductum riualem Cau-*

ponis

5503 *ponis filium, & oppidum perdiderit, & mulierem, certum non audiui: non est tamen veri dissimile. Huius facti vicini tam constans est fama, vt fictum videri non queat.* 1533

HARIADENVS Mitylenæus Barbarossa à Solymano Turcarum Imp. Rex Algieræ factus, & Beglerbegus maris supremus constitutus, classe centum triremium armatus, MOREAM, anno præcedenti ab Andrea Doria Hispanicæ classis præfecto occupatam, adijt, & Christianis regionem & arces desertas relinquentibus, CORONAM & alia loca recepit. Leonclau.

Hoc anno quidam ineptè vaticinatus est de extremi iudicij die, qui venturus esset mense Octobri, idque supputauit ex his verbis: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Item: VIDEBVNT IN QVEM TRANSFIXERVNT: quorum prius, si literas colligas, continet numerum anni 1532. posterius verò an. 1533.

Historia IOHANNIS Auentini terminatur.

Nati sunt:

I. ELIZABETHA Regina Angliæ, filia Henrici VIII. ex Anna Bolenia, die 8. Septembris, circa vesperam, Groneuiciæ.

II. WILHELMVS, Wilhelmi senioris filius, Comes Nassouiæ, Princeps Auraicus, Dillenbergæ, 14. April. manè paulò ante horam 3. Eber.

III. STEPHANVS Bathoreus, Stephani filius ex Bathoreorum de Somlio familia oriundus, Princeps Transyluaniæ, postea Rex Poloniæ, 27. Septembris, in Transyluania.

IIII. HENRICVS, Ernesti filius, Dux Luneburg. in Tannenberg, die 5. Iunij, manè hora 4. circa Solis exortum, Cellæ.

V. IOHANNES Maior Ioachimus, Theologus & Poëta excellens. ac Virgilij felix imitator, cuius multa extant poëmata, die 1. Februarij, hora 23. scrup. 14. post meridiem, in valle Ioachimica.

VI.

5503 VI. THOMAS Hubnerus, vir doctissimus & integerrimus, & amicus meus intimus, Cal. Maij, in oppido Bernavv. In hoc viro Ingenium pietas artemque modestia vincit. 1533

VII. THEODORVS Zuuingerus, Med. & Philophus præstantissimus, C. S. E. die 2. Augusti, Basileæ.

VIII. IOHANNES Caselius, vir in Græcis & Latinis literis doctissimus, nunc earundem Professor in inclyta Acad. Iulia clarissimus, C. S. E. 18. Maij, Gottingæ.

Obierunt:

I. LVDOVICVS, Alexandri filius, Palatinus Rheni, Comes Veldentianus & Bipontinus, Princeps Marte togaque insignis.

II. LEONICVS Thomeus Venetus, Philosophus præstantißimus, qui libros Aristotelicos Græco sermone primus Patauij omnium mortalium publicè docuit, Platonis maiestatem propè abolitam restituit, & multa præterea scripsit, &c. Patauij, cum vixisset annos 75. m. 1. d. 27. Schraderus in monum. Ital.

5504 In ANGLIA facta est ingens rerum mutatio ob diuortium Regis Henrici, qui Catharina ante annũ repudiata duxerat Annam Boleniam. Cùm itaque 23. Martij CLEMENS Papa sententiam contra Regem tulisset, Rex continuò decretum fecit, quo se per Angliam Ecclesiæ Caput, proximum à Christo pronunciauit, & capitis pœnam constituit, si quis Episcopo Romano supremam potestatem asscriberet: tributum etiam annuum (Petri nummum vocarunt) Romani Pontificis quæstori dari solitum, denegauit. 1534

ALEXANDER Canus Ebroicensis Lugduni ad pios aliquot fratres concionatur, & mox in vincula coniectus Lutetiamque abductus palmam martyrii gloriosissimi tulit. Beza in Iconib.

HVL-

5504 *HVLDERICVS Dux VVirtebergensis ditioni suæ 13. Maij restitutus est à PHILIPPO Lantgrauio Hassiæ, abolita veteri religione, & Ferdinandi Regis copiis ad oppidum Lauffam profligatis.* 1534

Primum Bellum à SOLYMANO Turcarum Imp. contra TECHMASEN Ismaëlis filium, Persarum Regem, instinctu & consilio Vlumæ Begi Regis sororio, qui ad Solymanum defectionem fecerat, falsæ & diuersæ religionis prætextu geri cœptum.

BIBLIA GERMANICA à Luthero translata, & in vnũ corpus redacta, excudi cœperunt typis Witebergæ, quod docet priuilegium vetus, ab Electore Bibliopolis datum Torgæ, 6. Augusti.

Inter Lutherum & Erasmum recruduerunt certamina publicis scriptis prodita: sed duo illi minore hominum expectatione quàm ante decennium concurrerunt.

IOHANNES à Leiden Sartor, in vrbe Monasteriensi renunciatur Rex Anabaptistarum, 24. Iunij.

HARIADENVS Mitylæneus Barbarossa cum classe in Africam profectus, TVNETVM Vrbem, quæ à Mauris incolebatur, occupauit, & MVLEASSEM regis Mahometis filium regno eiecit. Leonclau.

CATHARINA Medicæa HENRICO II. Galliarum Regi nupsit 20. Septembris.

Nati sunt:

I. FRIDERICVS II. Rex Daniæ, Christiani III. filius, Friderici I. nepos, 1. Iulij, Haderslebij.

II. ZACHARIAS Vrsinus Theologus, 29. Iunij, die Petri & Pauli, horis 8. post meridiem, Vratislauiæ.

III. IOACHIMVS, Ioach. filius, Camerarius, inclytæ Norimbergensium Reipublicæ Medicus, vir doctissimus & scriptis editis clarissimus, die 6. Nouembris, Norimbergæ.

IIII. IOHANNES Ferinarius, Historiarum & Poëseos Professor in inclyta Academia Marpurgensi, Neofori Silesiorum oppido, 24. Iulij, horis 5. post meridiem.

Obie-

5504 Obierunt: 1534

I. CLEMENS VII. PP. 25. Septembris, ætat. 56. successit PAVLVS III. qui sedit an. 15.

II. FRIDERICVS I. Rex Daniæ, cui successit CHRISTIANVS III. Rex, qui regnauit in Dania post patrem an. 24.

III. MAGDALENA, filia Georgij Ducis Saxoniæ, vxor IOACHIMI II. & mater IOHANNIS GEORGII Marchionis Brandeburgensis Electoris, 28 Decembris, ineunte an. 1534.

IIII. THOMAS Caietanus Cardinalis 9. Septembris, alij 10. Augusti, ætat. 66.

V. IOHANNES Auentinus, historicus diligentissimus & rerum antiquarum indagator sagacissimus, 9. Ianuarij, ætat. 68. Ratisbonæ.

VI. OTHO Brunfelsius Medicus & Theologus, 23. Nouembris, Bernæ.

VII. IOHANNES Velcurio, cuius extat libellus Physicus, Witebergæ, 6. Februarij.

VIII. HENRICVS CORNEL. Agrippa à Nettesheim, Iuris vtriusque & Med. Doctor, & armatæ militiæ Eques auratus, C.S.E. ætat. 48. Gratianopoli in Gallia.

5505 CAROLVS V. Imp. mense Aprili cum exercitu traiecit in Africam, & capta vrbe TVNETO, atque arce GOLETA Hariadenum Mitylenæum Barbarossam cum suis copiis profligauit, & regem eius loci MVLEASSEM (quem Leonclauius Muleassanem rectiùs dici vult) Mahumetanæ religionis, quem Turcæ anno superiori regno expulerant, restituit, sibique vectigalem fecit, 21. Iulij (alij 29. Augusti.) Regnum Tunetanum Muleasses vsque ad an. 1544. obtinuit. Leonclau. 1535

SOLYMANVS Turcarū Imp. MESOPOTAMIAM, ASSYRIAM & BABYLONIAM, Techmasis Persarum Regis prouincias, occupauit, & Taurisium diripuit.

MONASTERIVM vrbs VVestphaliæ, quæ ab Anabaptistis

5505 *ptistis tenebatur, vi capta est 24. Iunij, media nocte, & Anabaptista trucidati.* 1535

Mense Decembri Conuentui Schmalcaldensi interfuerunt legati Gallici & Britannici, qui cum Protestantib. egerunt de fœdere cum illis iungendo, & moderandis controuersiis religionis. Sleid.

Hoc anno BIBLIA GERMANICA Lutheri, & EBRAICA Sebastiani Munsteri, in publicum prodierunt.

LVTHERVS cœpit enarrare GENESIN, quem laborem vna cum vita finijt, exacto decennio.

GENEVA vrbs Sabaudiæ ad Lacum Lemanum percelebris, relicta Pontificiorum doctrina, reformatam religionem amplexa, & pulsis fugatisque hostibus suis in libertatem hoc anno restituta est. Nathan. Chytr. in delitijs itiner.

IOHANNES Bugenhagius Ecclesias Pomeraniæ ad normam Confessionis Augustanæ reformauit, & edidit ordinationem Ceremoniarum in illis Ecclesijs, in quibus antiqua religio abrogata fuerat anno 1532.

CONFESSIO fratrum Bohemicorum exhibita Ferdinando Imp. 14. Nouembr. Viennæ.

IESVITARVM Societas initium sumpsit, autore potissimùm IGNATIO Loiola nobili Hispano. Hi præterquam quòd in Ecclesiis docent pueros etiam in scholis gratis erudiunt, maximeque Romanæ sedis autoritatem suffulciunt. Multas terras Indorum ignotas peruaserunt, ijsque Christum prædicarunt. Horum genium Canonici & Monachi quoque metuunt: quòd illos de ponte (quod prouerbio dicitur) deijciant: eorumque nidis aut exuuiis sese vestiant. Eruditione superant & mirificè obscurarunt ordines Monachorum. Surius. Hæc Societas approbata est à Paulo III. PP. anno 1540.

FRIDERICVS Staphylus venit VVitebergam, ætatis 21.

THOMAS Morus eruditione præstantissimus, autor

1505 Vtopiæ, Regni Angliæ Cancellarius, Henrici VIII. iussu, ob improbatum eius diuortium, securi percussus est Londini, 2. Iulij. De quo lege Erasmi Ep. lib. 27. ep. 8. 9. 10. 26. 1535

IOHANNES Fischerus Episcopus Roffensis Anglus, qui multis libris editis Lutherum impugnauit, post diuturnum carcerem, in quo à Pontifice Cardinalis creatus fuerat, iussu Henrici VIII. Regis capite mulctatur, 22. Iulij (alii 17. Iunij) quòd Catharinæ Reginæ repudium, & Annæ Boleniæ nuptias, Romanique Pontificis dignitatem abrogatam probare nollet.

IOHANNES Scheniz strangulatur mandato Archiepiscopi Moguntini Alberti in Salinis, 21. Iunij, qua de re postea Lutherus publicis scriptis expostulauit cum Moguntino.

Nati sunt:

I. VVILHELMVS, Ernesti filius, Dux Brunsuic. & Luneburg. 4. Iulij, Cellæ.

II. IOHANNES, VVilhelmi Senioris filius, Comes Nassouiæ & Cattimelibocorum, doctorum & Musarum Mecœnas singularis, die 22. Nouembris.

III. LAMBERTVS Ludolphus Helmius Pithopæus, vir & Poëta doctissimus, C.S.E. die 21. Martij, hora 11. noctis, Dauentriæ.

Obierunt præterea:

I. IOACHIMVS I. Elector Brandeburg. 11. Iulij, Berlini, ætat. 51. Ei successit in gubernatione filius IOACHIMVS II. qui hoc ipso anno celebrauit nuptias in Polonia cum Hedvvige Sigismundi Regis Poloniæ filia.

II. FRANCISCVS Sfortia Dux Mediolanensis, obiit sine filiis, ideoque Cæsar Ducatum Mediolanensem occupauit.

III. PHILIPPVS Decius, patria Mediolanensis, IC. celebri fama notissimus, in vtroque iure tàm Pontificio quàm ciuili exercitatiss. & excellentiss.

5505 cuius extant consilia, die 12. Octobris, Senis: & Pisas mortuus ad suum monumentum translatus: cùm professionem Iuris vtriusque Pisis, Senis, Florentiæ, Patauij, Papiæ, & in Gallia ad annos 65. sustinuisset. Forster. in hist. Iuris C. Rom. 1535

IIII. HVLDRICHVS Zasius Constantiensis Iurisconsultus, vir priscorum morum (vt de eo loquitur Erasmus) & antiquæ virtutis exemplar, qui primas inter Iurisconsultos Germaniæ obtinuit, & ius ciuile commentariis doctissimis illustrauit, Friburgi Brisgoiæ, 24. Nouembr. ætat. 74.

V. EVRICIVS Cordus Medicus & Poeta, 24. Decemb. Bremæ.

5506 FORMVLA CONCORDIÆ inter Lutherum & Bucerum, aliosque Ecclesiarum quarundam Doctores de Cœna Domini conscripta à Philippo Melanchthone 29. Maij, die Lunæ post Exaudi, Witebergæ. Post hanc transactionem Bucerus quædam retractauit in sententia sua de Cœna Domini, in enarratione quatuor Euangelistarum: scripsitque, se non satis intellexisse sententiam Martini Lutheri, neque satis Lutheri autoritatem suspexisse. 1536

IOHANNES à Leiden Hollandus Rex Anabaptistarum, Knipperdollingus, & alij eius factionis principes candentibus forcipibus in foro Monasteriensi necantur 22. Ian. (anno 10. compl. à nece Thomæ Munzeri) Rex in locum editiorem productus alligatur palo: aderant bini carnifices ac forcipes igniti: ad tres primos morsus conticuit: deinde misericordiam Dei implorans cùm horam & amplius ad hunc modum laceratus esset, transacto demum per pectus mucrone, decessit. Idem supplicium & socios eius perculit. Extincti caueis ferreis alligantur singuli, & ad summitatem turris in vrbe exponuntur pensiles, Rex quidem medius, & quanta est hominis statura sublimius illis.

Mense

5506 *Mense Ianuario obiit* CATHARINA, *quam Henricus Rex Angliæ, ante triennium repudiauerat. Idem Rex mense Iunio* ANNAM *Boleniam matrem Elisabethæ, capite plectit.* 1536

CHRISTIANVS *Rex Daniæ expugnauit Vrbem* COPPENHAGEN, *& toto regno Daniæ potitus est.* FRIDERICVS *Palatinus frustrà duxit exercitum in Belgicum, traiecturus in Coppenhagen, vt occuparet regnum.*

Huius anni æstate Francofurti ad Oderam puella quædam Dæmoniaca & furore correpta, numismata vndiquaque ex vestibus aut mensis arrepta, deuorauit cum multo dentium strepitu, & nummuli illi ex manibus eius subitò sæpè extorti sunt, qui adhuc ab aliquibus asseruantur: qua de re Andreas Ebertus Ecclesiastes Francofordianus ad Lutherum scripsit, petens eius consilium, quod ille ei impertiuit, adhortans eum ad precum pro puella assiduitatem. Historia vera & certa est, & mandata literis à Doctore Iodoco Willichio, Doctore Christophoro Stymmelio, Georgio Sabino & aliis, qui tum Francofurti vixerunt: & nominare possum, qui tàm puellam, quàm monetã viderunt.

Illustriß. Princeps PHILIPPVS *Dux Pomeraniæ, nuptias celebrauit Torgæ cum Maria Iohannis Friderici Elect. Saxonici sorore, 27 Februarij.*

Nati sunt:

I. *Illustriß. D.* IOACHIMVS ERNESTVS, *Princeps Anhaltinus, 20. Oct. h. 20. m. 30. Seruestæ.*

II. CAROLVS VTENHOVIVS *Nieulandiæ Dominus, genere, ingenio, doctrina & scriptis vir nobilissimus, hoc anno in Belgico natus est.*

III. FELIX PLATERVS, *Thomæ fil. Medicus celeberrimus, Poliater & praxeos professor in inclyta Basil. Acad. cuius Anatome & liber de febribus publicè extant, circa finem mensis Octobris, cùm mense Iulio antè Eras. Roterod. obiisset, Basileæ Rauracorum.*

5506 IIII. *CASPAR Olevianus Theologus, die S. Laurentij, Augustæ Treuirorum.* 1536

V. LAVRENTIVS Ludouicus, Rector augusti Gorlicensium Gymnasii, vir optimus & doctißimus in agro Leobergensium Sibelonio, die 8. Augusti.

VI. MATTHÆVS Dresserus, Historiarum & Oratoriæ facultatis in Academ. Lipsensi professor, C. S. E. die 24. Augusti, memoriæ S. Bartholomæi consecrato, Erfurdiæ.

Obierunt:

I. FRIDERICVS Marchio Brandeb. filius ALBERTI Achillis Germanici, Casimiri pater, ætat. 76. die 2. Maij, Onolsbachij.

II. CAROLVS Dux Monsterberg. Olsnensis, & Oppau. GEORGII Podiebracii Regis Bohemiæ nepos, HENRICI filius, Princeps heroica animi & corporis magnitudine præditus. Silesiæ ac Bohemiæ salutaris gubernator, die 31. Maij, ætat. 60.

III. ERASMVS ROTERODAMVS ætate confectus, cùm mensem ferme integrum dysenteria laborasset, vita defunctus est Basileæ apud Hieronymum Frobenium, die 11. Iulii, anno ætat. vt putatur 70. Hic quantus vir fuerit, ingenii ipsius monumenta testantur: de re literaria est optimè meritus, quòd barbariem expugnauit, Sophisticas ranas è scholis profligauit & linguarum studia atq; ingenia scriptis suis excitauit ac illustrauit, etsi in religionis negocio visus sit ἀμφίβιος, quòd se non satis explicare voluerit. Admirãdum omnino fuit in eo ingeniũ, ideoq; de eo aliquãdo sic cecinim⁹.

Quantus ERASMVS erat? taceo: cùm scripta loquantur:
Mente & dente potens aurea lingua fuit.
Barbariem contra felicia prælia mouit,
Perculit hanc tanti Musa diserta viri.
Illius est scriptis primùm via strata LVTHERO,
Traditur & lampas, docte PHILIPPE, tibi.

III.

5506 III. SANCTES PAGNINVS, cuius extat Lexicon Ebraicum æt. 70. Lugduni. Fuit Theolog. Ordinis Prædicatorum, & Latinè, Græcè, Ebraicè, Chaldaicè & Arabicè doctissimus, vt Testamenti vtriusque versio ex Græco & Ebræo abunde testatur. Item eius Isagoge, ad mysticos scripturæ sensus: Grammatica item Ebraica & Græca. Alii eius obitum referunt ad an. 41. 1536

V. LVDOVICVS Gozadinus Bononiensis, insignis legum interpres, æt. 57. Bononiæ. Schrad.

VI. BERTHOLDVS Hallerus Theologus Bernensis, ætat. 44.

VII. IOANNES Manardus Ferrariensis, Medicus & Philosophus doctissimus, qui anno plus minus 60. medicinam tàm dicendo quàm scribendo in antiquum statum ac nitorem restituit, die 8. Martij, æt. 74. Ferrariæ, Schrader.

5507 Conuentus præcipuorum Theologorum Augustanæ Confessionis fuit SMALCALDIÆ mense Februario, vbi deliberatum est de Concilio Mantuæ indicto, & articuli Smalcaldici futuro Concilio exhibendi, cōditi & comprobati sunt. Ibidem scriptum quoddam composuerunt Theologi, quo dogmata Suuenckfeldii & Sebastiani Francken improbārunt. 1537

NVGNAS Acugnanus Orientalis Indiæ prorex, quem prouinciis illis IOHANNES III. Rex Lusitaniæ præfecerat, vrbem DIVM ad fl. Indi ostium sitam, metropolim ac præcipuam munitionem regni Zambri (quod Cambaiam nostri vocant) expugnauit, & in suam potestatē redegit. Leon. Iouius.

Copiæ FERDINANDI Regis Vngariæ & Bohemiæ, perfidia, vel certè incuria IOANNIS Catzianeri summi earundem Ducis & Imperatoris, die 10. Octobris in Sauia prope EZEKHVM ad Drauum magna clade affectæ & profligatæ sunt. CatZianerus cum suis turpiter profugit. Ex Christianis præsertim Germanis, fugæ qui-

5507 *ga quidem turpitudinem detestantibus, & hostibus forti-* 1537
ter resistentibus, sed multitudine superatis, aliquot mil-
lia occubuerunt, multi è ducibus capti, & Constantino-
polim in tristißimam seruitutem abducti sunt. Sleidan.
Drechsler.

IOHANNES Bugenhagius Pomeranus, Ecclesias in Dania ad normam Augustanæ Confessionis reformauit.

Die 18.Decembr. Lutherus disputare cœpit contra Antinomos, qui negabant Legem esse docendã.

FRIDERICVS III. Elector Palatinus Rheni nuptias primas celebrauit cum Maria Casimiri Marchionis Brandeburgici filia, die 12.Iunij.

Nati sunt:

I. EDVARDVS VI. Angliæ Rex, HENRICI VIII. ex Ioanna Semeria Anglicana filius γαστρότμητος, 12.Octobris, Londini.

II. IOHANNES III. Gustaui filius, Suecorum & Gothorum Rex, Steckburgi apud Ostrogothos, die 20.Decembris, hora 9.post meridiem.

III. LVDOVICVS, Philippi fil. Hassiæ Landgrauius, die 27.Iunij.

IIII. LVDOVICVS, Wilhelmi Senioris fil. Comes Nassouiæ, vir Mauortius, bellisq; in Belgico gestis clarus, die 22.Ianuar. minutis 40. post primam pomerid. Dillenbergæ.

V. IOHANNES Posthius, Medicus & Poëta clariss. Electoris Palatini Archiater, die 15. Octobris, Germershemij.

VI. PHILIPPVS Ioach. filius, Camerarius, IC.& inclytæ Norimb. Reipub. Consiliarius, C.S.E. feriis secundis Pentecostes, Tubingæ.

VII. HENRICVS Smetius, Med. Doctor & Professor in Acad. Heydelberg. ordinarius, cuius iucundissima extant Poëmata, nobili familia natus est Alosti in Flandria, die 29.Iunij.

VIII. GREGORIVS Bersmanus vir & Poëta doctis-

5507 doctissimus, Rector illustris Gymnasii Seruestani, die 11. Martij, scrup. 34. post horam 5. matutinam, Annæbergæ in Misnia. 1537

SOPHIA, Friderici March. Brandebur. Onolzbac. filia, FRIDERICI II. Ducis Lignic. & Breg. coniunx, FRIDERICI III. & GEORGII II. Ducum Lig. & Breg. mater, die 16. Maij, ex hac vita decessit.

5508 SCHOLA ARGENTINENSIS instituitur, autore potissimùm IACOBO Sturmio Senatore primario. Ea breui temporis spacio sic effloruit diligentia & labore virorum doctorum: vt non solùm extremi Germani, sed exteræ quoque nationes eò confluerent. Instituendæ iuuentutis rationem IOHANNES STVRMIVS Senatui primus ostendit, & edito libro accuratè explicauit. 1538

SOLYMANVS Ægypti & Alcairi Beglerbegus, collecto iusto exercitu, Portugalensibus in India Orientali pro defensione Regis Cambaiæ bellum illaturus, circa initium mensis Augusti, ad primariam & regiam ARABIÆ Felicis vrbem ADENVM, ad littus Maris rubri, & situ & opere munitam peruenit, quam dolo & fraude, ciuibus oppressis occupauit, & Rege ipso ad malum prætoriæ nauis in sublimi suspenso, in seruitutem redegit: DIVM verò 40. dierum interuallo frustrà obsedit & oppugnauit. Leonclau. in Pand. Turc.

Nati sunt:

I. GEORGIVS FRIDERICVS, Georgii filius, Marchio Brandeburgensis, die 5. Aprilis, hora secunda post meridiem, Onolzbachij in Franconia.

II. BONAVENTVRA VVLCANIVS, Philologus & Polyhistor scriptis editis celebris, nunc temporis professor Græcarum literarum in Academia Lugdunensi Batauorum, die 10. mensis Iulij sub meridiem, Brugis Flandrorum.

III. LAVRENTIVS Widemanus, Theologus & Poëta optimus, pridie Laurentii, die 9. Augusti, Sagani.

5508 IIII. FRANCISCVS Virlingus, vir opt. & Theologus sincerè probus, Minister Ecclesiæ Vratislau. ad D. Mariam Magdal. die 2. Maij, Nissæ Silesiorum. 1538

Obierunt:

I. IOHANNES *Mezlerus I.V.D. & Senator in Repub. Vratislau. primarius, sic amans scholæ, vt non rarò etiam lectiones in ea habere solitus fuerit die 2. Octob. Vratislauiæ.*

II. IOANNES *Carion Mathematicus, C.S.E. ætat. 39. Berlini in Marchia. Pantal.*

5509 ZEBETHVM *Arabiæ Felicis oppidum in littore sinus Arabici situm, à Turcis in reditu expeditionis Indicæ expugnatum. Leonclau.* 1539

Academia Hafniensis in Dania, à Iohanne III. Rege Daniæ aperta & constituta.

MARTINVS Lutherus edidit librum de Conciliis & Ecclesia, quæ & vbi sit.

Nati sunt:

I. LVDOVICVS, Friderici III. Elect. filius, Elector Palat. Rheni, die 4. Iulii.

II. CHRISTOPHORVS Pezelius Theologus, C.S.E. die 5 Martij, Plauiæ in Nariscis.

III. PAVLVS Melissus Schedius, Francus, Germanus, Comes Palatinus & Eques, Poëta Laureatus, Ciuis Romanus, Melrichstati, quæ est Alphipolis ad Stræona fluuium in Ducatu Franciæ Orientalis, die 20. Dec. sesquihorâ ante merid. sub eleuatione poli 50 graduum.

IIII. SAMVEL Gynæus, Simon. fil. IC. Collegii Iurisc. in Acad. Basil. antecessor ac pfessor, & Reipubl. ibid. Syndicus, frequentissimis Doctorum in vtroque Iure promotionibus clarus, die 7. Iunij, intra h. 4. & 5. matutinam Basileæ.

Obierunt:

I. GEORGIVS *Dux Saxoniæ, 17. April. cui successit in gubernatione Dux HENRICVS pater Mauritij & Augu-*

5509 *Augusti, ac in Misnia facta est tanta religionis mutatio, vt cùm Lipsiæ in festo Paschatis docuissent Catholici, festo Pentecostes ibidem in suggestis starent ac docerent Lutherus ætat. 56. & eius discipuli.* 1539

In MARCHIA etiam BRANDEBVRGENSI hoc & superiori anno instituta fuit religionis reformatio & prima visitatio Ecclesiarum, mandato IOACHIMI II. Electoris, per Iacobum Stratnerũ, quem Georgius Marchio Onolzbacensis Berlinum ad docendum Euangelium miserat. Eodem anno Matthias Episcopus Brandeburgensis primus administrauit Cœnam Domini sub vtraque specie Berlini in templo Cathedrali.

II. ISABELLA vxor Caroli V. extincta in partu, 1. Maij, æt. 40.

5510 De conuentu FRANCOFVRTENSI & HAGANOENSI: Item de colloquio VVORMATIENSI vide Sleidanum. 1540

ROBERTVS Barnus, Londini propter religionem Lutheranam combustus est, 30. Iulij. Sleid.

Magna fuit siccitas, & nata sunt vina generosissima, quorum vsu immodico multi extincti sunt.

Hoc anno vagati sunt qui incendia excitarunt, ex quibus multi comprehensi fumo suffocabantur & lento igni torrebantur.

Nati sunt:

I. CAROLVS Archidux Austriæ, FERDINANDI Imp. filius, 3. Iunij, hora sesquiquinta matutina, Viennæ.

II. IOANNES, Iohannis Vaiuodæ filius, 7. Iulij, Budæ.

III. ADOLPHVS, VVilhelmi senioris filius, Comes Nassouiæ, die 15. Iulij, quadrante horæ ante tertiam matutinam, Dillenbergæ.

IIII. IOSEPHVS, Iulij Cæs. filius, SCALIGER, vir summè admirabili tùm eruditione, tùm iudicio præditus, & magni illius de temporum emen-

5510 dationc Operis autor, die 4. Augusti, horis 14. post meridiem, Aginni Nitiobrigum. 1540

V. BARTHOLOMÆVS SCVLTETVS. Mathematicus celeb is, C.S.E. die 13. Maij, 12. horis, 41. minutis post meridiem, Gorlicij.

VI. IOHANNES IACOBVS Grynæus, primarius Basiliensium Theologus, C.S.E. Calend. Augusti, Bernæ Auendicorum, patre Thoma, Simonis Grynæi (amicissimi Erasmo Roterodamo & Philippo Mel.) ex fratre nepote.

VII. SIMON Stenius, Græcæ linguæ & historiarum in Academia Heydelbergensi Professor C.S.E. Lomaci in Misnia.

Obierunt:

I. ERICVS Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, ætatis 70. relicto hærede ERICO Iuniore.

II. IOHANNES Vaivoda in Vngaria extinctus, cùm accepisset nuncium de nato sibi filio, æt. 50.

III. GVILIELMVS Budæus Parisiensis IC. vir in Græco Latinoq; sermone cum veteribus Græcis Latinisq; conferendus, cuius inter alia scripta extant Commentarij ad Pandectas & liber de Asse, extinctus febri, die 4. Augusti: alij 20. Augusti: Beza in Iconibus habet 22. Augusti, æt. 73 Lutetiæ.

IIII. FRANCISCVS Guicciardinus sapiens historicus, Florentiæ.

V. HELIVS EOBANVS Hessus Poëta, 4. (alij 5.) Octobris, ætatis 53. Marpurgi.

5511 ECCIVS & MELANCHTHON, aliiq; Theologi Wormatiæ per triduum mense Ianuario colloquuntur de peccato Originis post Baptismum remanente, sed colloquium illud interrumpitur mandato Cæsaris, & Ratisbonam reiicitur. 1541

CONVENTVS RATISBONENSIS, in quo Eccius & Melanchthon continuauerunt colloquium de religione. Consule acta ea de re edita.

BVDA vnà cum PESTO occupatur à SOLYMANO

5511 NO *Imper. Turcico, qui 2. Septembris ingressus summum templum, Deo suo gratias egit pro beneficio captæ vrbis.* 1541

CAROLVS *Cæsar in* AFRICAM *expeditionem infelicem suscepit, & 23. Octob. Algieram vrbem Africæ maritimam appulit: vbi cùm exposuisset exercitum habentem vltra viginti duo millia peditum, equitum verò supra mille, tertiò die pòst, fœda tempestate coorta, sæuissimis ventorum flatibus naues aliquot ex collisione fractæ, aut fluctibus submersæ sunt Cæsar hanc Dei iram animaduertens, sumpta sacra Christi Cœna, se cum Deo reconciliauit, idemque toti exercitui imperauit. Cùm verò loco accliui ac salebroso, cum Mauris, Turcisque asperrimè manus semel atque iterum cõseruisset, non quiescentibus ventorum iris, milites ad naues progredi iussit:* Malo, *inquit,* vnum Christianum seruare quàm mille Mauros, Turcas, Pœnosque occidere. *Postquam igitur & contra hostes, & contra ventorum, maris, pluuiarumque sæuitiam dimicauerat, & amissa exercitus, machinarum & commeatus bona parte, ingentia detrimenta acceperat., in Hispaniam mense Nouembri ægrè reuersus est.*

Nati sunt:

I. HENRICVS, *VVilhelmi senioris filius, Comes Nassouiæ, die* 15. *Octobris, hora* 5 *matutina, Dillenbergæ.*

II. DANIEL *Tossanus Theologus & Professor Heydelbergensis, C.S.E.* 15. *Iulij, Mompelgardi.*

III. IOHANNES *Bauhinus Iunior, Medicus celeberrimus, & Illustrißimi Principis Friderici Ducis VVirtembergici & Comitis Mompelgardensis Archiater, C.S.E.*

IV. MENSO *Alting prope Gröningam in Frisia, vir de Ecclesia Embdana optimè meritus, 9. Nouembris.*

Obierunt:

I. HENRICVS Dux Saxoniæ, 19. Augusti, cui in gubernatione successerunt filij, MAVRITIVS & AVGVSTVS.

5511 II. IOHANNES Faber Leukirchensis Algouius, Episcopus Viennensis, die 21. Maij, æt. 63. Viennæ. 1541

III. VRBANVS Rhegius, Cellæ Saxonum, 23. Maij.

IIII. WOLFGANGVS Frabricius Capito, Theologus & Ecclesiastes Argentinensis, correptus peste, Argentinæ, ætat. 60.

V. SIMON Grynæus Calen. Augusti extinctus peste Basileæ: ætat. 48. *Fuit hic vir Latinè & Græcè excellenter doctus, in Philosophia & Mathematicis disciplinis diligenter versatus, nullo supercilio, pudore penè immodico, & prouehendis liberalib. studijs natus, magni illius Erasmi Roterodami testimonio.*

VI. PHILIPPVS THEOPHRASTVS Paracelsus Hohenheimensis, nouæ Medicorum Scholæ autor, 24. Septemb. ætat. 47. Salisburgi.

5512 *Expeditio in Vngariam hoc anno ad recuperandam BVDAM, anno superiore à Turcis captam, Duce supremo IOACHIMO II. Elect. Brandeb. exercitu circiter 62000. equitum & peditum instructo suscepta. PESTVM irrito conatu oppugnatum est, & plures milites contagione quàm armis sublati periêre. In hac expeditione MAVRITII Saxoniæ Ducis virtus & animi magnitudo potissimum enituit. Sleid.* 1542

Tumultus MISNICVS ortus est, cùm propter VVurzenam oppidum arma sumerent Iohan. Fridericus & Dux Mauritius, in ipsis ferijs Paschalibus. Mauritius consilia pacis, suadente socero Lantgrauio, libenter admisit.

Arx LYCAONIA (Wolffenbüttel) *dedita est Duci Saxon. Electori 12. Augusti.*

Circa finem mensis Augusti magna agmina locustarum in SILESIAM inuolarunt, quæ vagata sunt tanto numero, vt cœli conspectum hominibus adimerent, & res terra natas depascerent.

NICOLAVS Ambsdorfius ordinatur Episcopus Naumburgensis, repudiato Iulio Pflugk: Lutherus

5512 rus eum de mandato Electoris Saxonici, in Episcopalem sedem introduxit, 20. Ianuarij. Ea res motibus alijs occasionem præbuit, præsertim bello Saxonico, vt nonnulli putant. 1542

FRANCISCVS Rex Galliæ CAROLO Cæsari bellum denunciat. Sunt & in medio libelli editi, criminationum pleni, quibus potentißimi illi principes inter se decertarunt.

Nati sunt:

I. IOHANNES FRIDERICVS, Philippi fil. Dux Pomeraniæ, 26. Nouembris.

II. IOHANNES GVILIELMVS Stuckius, nobil. Theologus Tigurinus, & ibidem diuinarum literarum professor: cuius doctissima extant scripta, die 21. Maij (qui fuit dies Solis) circa merid. Tiguri.

III. WOLGFANGVS Amlingus, Theologus, Ecclesiarum Anhaldinæ ditionis inspector & gubernator, & Seruestanæ Ecclesiæ Pastor, C. S. E. Munerstadij oppido Franciæ Orientalis, sub ditione Episcopi Wirzeburgici peruetusto, 7. Martij, h. 4. ante meridiem.

IIII. SEBASTIANVS Gerstmannus I. V. D. Academiæ Francofordianæ professor Cæs. & Brandeburgicus Consiliarius, Boleslauiæ Silesiorum.

V. IOANNES NICOLAVS Stupanus Doctor Medic. & professor Med. Theoricæ clariss. in inclyta Basil. Acad. apud Rhætos ad S. Thomæ natus est.

VI. M. PETRVS Titus, Theolog. doctissimus, & autoris Indicis huius amicus intimus, die 21. Februarij hora 2. post meridiem, Freistadij Silesiorũ.

VII. IOHANNES à Corenput Tribunus & architectus nobilissimus in Belgio, Bredæ 15. Aprilis.

Obierunt:

I. HIERONYMVS Aleander Mottensis, Cardinalis Brundusinus, vir doctißimus & plurimarum linguarum peritia clarißimus, diuersis legationibus pro summis Pon-

5512 *Pontificibus ad Principes Christianos perfunctus, tabe extinctus, ætat. 62. Romæ. Schrad.* 1542

II. LEO Iudæ, Ecclesiæ Tigurinæ Pastor, Tiguri, die 19. Iun. ætatis 60. Huius opera Tigurinorum Bibliorum bona pars ex Ebraico in Latinum sermonem translata est.

III. PETRVS Cholinus πενταγλωττ⊕ *Patricius Tugiensis, & bonarum literarum in Ecclesia Tigurina Professor, qui libros quos vocant Apocryphos, ex Græco sermone in Latinum summa fide transtulit, die 2. Decemb. Tiguri.*

IIII. GERARDVS Nouiomagus Theolog. Marpurg. die 10 Ianuarij, Marpurgi.

V. IOHANNES Zvvickius Ecclesiæ Constantiensis Doctor.

5513 HERMANNVS Archiepiscopus Coloniensis molitur reformationem religionis, ad quam adhibet Bucerum & Melanchthonem: sed Clerus illam mutationem non admisit. 1543

PETRVS Lotichius Abbas Solitariensis religionem Pontificiam mutat in Lutheranam, seque commendat patrocinio Comitis Hanouiæ.

TIGVRINA versio Bibliorum Latinè edita opera Leonis Iudę, Pellicani, Biblianchi: Hãc Robertus Stephanus biennio post in sua editione ad veterẽ adiecit, suppressa eorum, qui in illa laborarunt, mentione: & Hispani Theologi diu post recognitam denuo Lugduni excudendam curauerunt: insigne certè documentum, quid vtilitatis ex aduersariorum libris, semotis odijs & induta caritate, capi possit. Thuanus.

PHILIPPVS Caroli V. filius à patre adhuc viuo REX HISPANIÆ designatur 17. Maij.

CAROLVS V. ex Hispania reuersus gessit bellũ Geldricũ. Oppidum Cliuiæ DVRA die Bartholomæi, obsidionis die 3. ab exercitu CAROLI expugnatur & direptum incenditur, trucidatis militibus præsidiarijs ac multis ciuibus. Gulielmus Geldriæ Dux Carolo supplex factus, Princi-

5513 *Principum quorundam intercessione recipitur in gratiam: sed Geldria ei eripitur: reliquum Ducatum Iuliacensem, Cleuensem & Bergensem retinet certis conditionibus. Deinde Carolus translato in Galliam bello, mense Octobri occupat oppidum* LANDERSI, *interfectis militibus Italicis & Gallicis.* 1543

STRIGONIVM *à Turcis proditione cuiusdam Salamancæ captum est die* 11. *Augusti:* ALBA *itidem* REGALIS, *vbi vetustorum Regum Vngariæ sepulcra fuerant, expugnata:* QVINQVE ECCLESIÆ *euersæ: &* VALPOVIA *vltra fl. Drauum sita, aliaque insignia Regni Vngariæ loca occupata sunt.*

Tres LVDI ILLVSTRES in Misnia aperti & instituti sunt à MAVRICIO Duce Saxoniæ: apud Misnam, Portam, & Mersburgum.

Hoc ipso anno STETINI in POMERANIA fundatum est PÆDAGOGIVM, cuius primus Rector fuit Antonius VValtherus.

Nati sunt:

I. IOHANNES CASIMIRVS Comes Palat. Rheni, FRIDERICI III. Electoris Palatini filius, 7. Martij.

II. CAROLVS Comes à Mansfeld, Petri Ernesti Administratoris Ducatus Lutzenburgici fil. Regis Hisp. Consiliarius, heros & bellator celebris.

IOHANNES GEORGIVS à VVerdenstain, Canonicus Ecclesiarum Augustanæ & Aichstetensis, summus literarum & literatorum (ipse quoque vir doctissimus & omnis antiquitatis peritissimus) amator, die 8. Ianuarij, in pago Eberspach, miliari vno ab vrbe Cauffbyrensi.

IIII. HARTMANNVS Pistoris IC. clarissimus, & Illustriss. Elect. Saxoniæ Consiliarius dignissimus, cuius eruditissimum & vtilissimum quæstionum Iuridicarum extat opus, die 22. Ianuarij, vesperi ante horam decimam.

V. IOHANNES Iezlerus Theologus doctiss.

5513 cuius inter alia potissimum de diuturnitate belli Eucharistici & de fructu mortis Dominicæ extant scripta, die 25 Nouembris, sub vesperam, Scaphusij in Heluetia. 1543

VI NATHAN Chytræus vir doctissimus, & Poëta elegantissimus, die 15. Martij, manè inter horam 5. & 6. Mencingæ.

Obierunt:

I. *GEORGIVS Marchio Brandeburgensis, FRIDERICI filius, Alberti Achillis nepos, Casimiri frater & successor, Onolsbachij, 27. Decembris, ætatis 59. Hic post Saxoniæ Electorem primus subscripsit Augustanæ Confessioni.*

II. *CASPAR Contarenus Cardinal. Patricij Ordinis Venetus, Orator & historicus, nondum sexagenarius.*

III. *IOHANNES Eccius, Theologiæ Doctor, & acutissimi vir ingenij, Ingolstadij, 10, Februarij, ætatis 57.*

IIII. *ALBERTVS Pigius, qui contra Melanchthonem scripsit.*

V. *MATTHÆVS Aurogallus, Ebraicæ linguæ peritia clarus: die Martini, VVitebergæ.*

VI. *NICOLAVS Copernicus, Mathematicorum nostro seculo Præceptor: ætatis 70.*

VII. *IOHANNES LVDOVICVS Viues Hispanus, vir longè eruditissimus, C. S. E. Brugis Flandrorum.*

VIII. *ANDREAS Carolostadius, 24. Decembris, Basileæ. De huius viri obitu cum varia in vulgus sparsa sint, libet ascribere, quæ sanctus vir Iohannes Iacob. Grynæus, Ecclesiæ Basiliensis Antistes ad Bartholomæum Pitiscum aulæ Electoralis Palatinæ Concionatorem Anno 1601. 18. Martij scripsit. Sic autem ille: De Carolostadiano processu, an ex Lutheri præiudicio boni sit aliquid statuendum, non est obscurum. Illud significare visum est, postquam à Luthero, quem natu maior, & dignitate superior doctorem creârat, è Saxoniâ pulsus esset,*

5513 *esset, per annos decem, Ecclesiæ Petrinæ, (quæ apud nos inter quatuor à primariâ parœciâ secundas obtinet) fideliter præfuisse: Rectoris in Academiâ nostrâ munere functum cum laude: εὐταξίας & disciplinæ amantem fuisse: inculpatè vixisse: obdormiuisse piè, eo ipso tempore quo D. Petrus Boquinus Basileæ vixit. Monstrosum mendacium de Diabolico spectro, quo ante obitum turbatus sit, auctori Satanæ relinquimus. Qualis vir visus sit Carolostadius Oecolampadio, in huius dialogo videre est, &c.* 1543

IX. IOHANNES *Cæsarius Medic. Doctor & Professor in Acad. Colon. C.S.E. ætat. 83. Coloniæ. Henric. Pantal.*

5514 In conuentu SPIRENSI Ordines imperii auxilia Cæsari decernunt aduersus Gallum, & Ferdinando aduersus Turcam. 1544

Cæsar in Galliam bellum & arma importat, nulloq; resistente fermè Lutetiam vsque progreditur: Gallo pacem dat 24. Septembris.

ALBERTVS Dux Prussiæ Academiam REGIOMONTANAM instituit, quæ ritu solenni introducta est 17. Augusti, primo Rectore Georgio Sabino.

LVTHERVS primam partem suorum Commentariorum in Genesin, & mense Septembri breuem vltimamq; suam Confessionem de Cœna Domini edidit, vbi disertè exponit, quid à dignis & indignis in Cœna sumatur, tum per fidem, tum præter fidem. De quo scripto Tigurini Theologi sub anni sequentis initium suam sententiam publicarunt: fuitque hic annus 20. à primo Tigurinorum cum Luthero certamine.

Nati sunt:

I. FRANCISCVS II. Henrici II. filius primogenitus, Rex Galliæ, 19. Febr. Aquis Bellis.

II. BVGISLAVS Philippi fil. Dux Pomeraniæ, die 9. Augusti.

III. IOHANNES Reymanus Senior IC. & Orator, olim Episcop. Vratis. postea verò Illustrissimi

5514 Principis IOACHIMI FRIDERICI Ducis Lignic.& Breg. Cancellarius, die Catharinæ (25. Nouembris) inter hor. 17.& 18. Leobergæ Silesiorum. 1544

IIII. SIMEON THEOPHILVS Matthiæ filius, Turnouius, Ecclesiarum Euangelicarum Confessionis Bohemicæ in Maiori Polonia Superattendens & Præpositus Ostrorogensis, nobili stēmate natus est, die 15. Septembris, hora 4. post occasum Solis, Horoscopante vltima facie Geminorum, Turnouiæ Bohemorum.

Obierunt:

I. LVDOVICVS cognom. pacificus, Philippi fil. Elector Palatinus Rheni, die 15. Martij, ætat. 66. sine liberis decessit.

II. IOHANNES ANTONIVS Rubeus Patricius Alexandrinus, supremi Senatus Sabaud. Senator, Eques Comesq; Cæsar. IC. opt. & Professor Patau. C.S.E. die 17. Martij, æt. 55. m. 3. die 16. Patauij. Schrader.

III. VALERIVS Cordus Simesusius, Euricij Medici & Poëtæ fil. Medicus insignis, & solertißimus herbarum his regionibus ignotarum indagator, cuius in Dioscoridem eruditißimæ extant annotationes, febri extinctus Romæ, die 25. Septembris, hora noctis 5. æt. 29. Schrad.

5515 *FRANCISCVS Rex Galliæ duce Iohanne Miniero Senatus Aquensis præside, VVALDENSES Christianos in aliquot Galliæ Narbonensis, prouinciæq; vicis & oppidis, quòd reformatam potiùs quàm Pontificiam religionem amplecterentur, mense Aprili bello petiit, & cum oppidorum ac vicorum vastatione, magnam eorundem multitudinem, nulla sexus aut ætatis ratione habita, trucidari iußit.* 1545

HENRICVS Dux Brunsuicensis collecto firmißimo equitatu, vt amissam ditionem suam recuperaret, PHILIPPO Lantgrauio Haßiæ cum exercitu confœderatorum Smalcaldensium ei occurrenti, sese dedidit 21. Octob. Eber.

LVTHE-

5515 LVTHERVS absoluit enarrationem Geneseos 17. Nou. & hæc fuit postrema eius lectio publica in Academia. Idem mense Decembri scripsit vltimũ librum suum aduersus Brunsuicensem captiuum. 1545

IOHANNES GEORGIVS Marchio Brandeburg. cum SOPHIA filia Friderici II. Ducis Lignicensis nuptias primas celebrauit: Item GEORGIVS Dux Lignic. & Bregen. coniugem duxit BARBARAM, Ioach. II. Marchionis Brandeb. Elect. filiam, Berlini, Dominica Esto mihi.

VVOLFGANGVS Palatinus Rheni, Comes Bipontinus, matrimonio sibi iunxit ANNAM Philippi Hassiæ Lantgrauij filiam.

Nati sunt:

I. CAROLVS, Philippi Regis Hispaniæ filius ex MARIA Iohannis Lusitaniæ Regis filia, die 8. Iul. hora 11. min. 30. antemerid. in Valle Oletana.

II. Illustriss. ac laudatiss. Princeps ac Dn. Dn. CAROLVS Dux SILESIÆ OLSNENSIS & MVNSTERBERGENSIS, Comes Glacensis, &c. Princeps sapiens, pius & pacificus, & magnus Indicis huius Chronologici patronus, patre HENRICO, Duce Olsnensi & Munsterbergensi, matre verò MARGARETHA, Henrici Ducis Megapolensis filia, felici sydere natus est, die 15. Aprilis inter hor. 19. & 20.

III. IOHANNES Iunior, Dux Holsatiæ, hæres Noruegiæ, Christiani III. Daniæ Regis filius die 25. Martij, Coldingæ.

IIII. ERNESTVS LVDOVICVS, Philippi fil. Dux Pomeraniæ, die 3. Nou. h. 3. antemerid. Wolgasti.

OTTO à Grynrade nobilis Misnicus, Consiliarius Friderici IV. Elect. Palatini, 10. Sept. Delitschii.

V. FRANCISCVS Iunius Theologus, linguæ Sanctæ cognitione & scriptis de re Theologica editis clarus, nobili genere natus est die 1. Maij, in vrbe Biturigum.

5515 VI. NICOLAVS Reusnerus IC. Comes Palatinus Cæsareus, Consiliarius Ducum Saxoniæ, Orator, Philosophus & Poëta præstantissimus, & in Acad. Ihenensi Professor, C.S.E. die 2. Februarii, Leobergæ Silesiorum. 1545

VII. MELCHIOR Iunius Witebergensis, Eloquentiæ in Acad. Argentinensi professor celebris, qui scriptis suis discentium studia vt plurimùm promouit, die 27. Octob. Witebergæ.

VIII. CHRISTOPHORVS Winerus, vir doctissimus & Poëta optimus, C.S.E. die 20. Aprilis Megaloapnicij in Tyrigetis, sub præfectura municipii Issennacensis.

Obierunt:

I. ALBERTVS Cardinalis Archiepiscopus Moguntinus Elector, 24. Septembris, ætatis 56. sepultus Moguntiæ.

II. GEORGIVS Spalatinus Theologus, 16. Ianuarij, ætatis 63. Aldenburgi.

5516 CONCILIVM TRIDENTINVM inchoatur, cuius prima sessio in 7. Ianuar. incidit. 1546

COLLOQVIVM Ratisbonæ institutũ inter Theolog. Petrum Maluendam, & Georgium Maiorem atque Bucerum. Abruptum est mense Martio. Lector consulat Acta edita.

FRIDERICVS II. Palatinus in sua ditione religionem mutauit ad normam Cõfessionis Augustanę.

BELLVM SMALCALDICVM siue Saxonicum Primum.

Hoc anno cœpit bellum inter CAROLVM Imp. & GERMANIÆ Principes, fœderis SMALCALDICI socios. Cæsar Saxonem & Lantgrauium 20. die Iulii publicè proscripsit. Saxo & Lantgrauius eorumq; socii Cæsari bellum denunciant 11. Augusti. Quæ deinceps ad INGOLSTADIVM gesta sint, vsq; ad huius anni finem, lector petat ex Sleidano

5516 dano & Ludouico ab Auila, qui huius belli historiam peculiari libro complexus est. Propter bellum ingruens dimissa ac dissipata est Schola Witebergensis 6. Nouembris. 1546

MECHLINIA, pulueris tormentarij in porta quadam magna copia asseruati & fulmine tacti flammis & fragoribus tota fermè vnà cum ingenti incolarum ædium ruinis oppressorum numero, nocte ea quæ antecessit diem 7. Augusti, destructa, periit.

Nati sunt:

I. Illustrissimus Princeps IOACHIMVS FRIDERICVS Marchio Brandeb. IOH. GEORGII Electoris Brandeb. filius primogenitus, olim Administrator Episcopatus Magdeburgensis, nunc tẽporis ELECTOR BRANDEB. die 27. Ian. hora 5. pomeridiana, Berlini. Eius mater SOPHIA filia Friderici II. Ducis Lignicensis, obiit die 9. post partum.

II. IOHANNES WOLFGANGVS FREYMONIVS ab Oberhausen, vir nobilissimus & IC. clarissimus, SACRÆ CÆS. MAIEST. Consiliarius intimus, & Rom. Imperii PROCANCELLARIVS, cuius doctissima extant scripta, Dominica Inuocauit (die 14. Martij) circiter horam 6. matutinam, Ingolstadij.

III. IANVS DOVSA, Nordouici Dominus, supremi HOLLANDIÆ Consistorii Senator grauissimus, genere, ingenio & literis vir verè nobilis in profesto Nicolai, die 5. Decembris, in Belgio.

IIII. NICOLAVS à ROTENBVRGK, Eques Silesius, genere, animo, doctrina & virtute nobilissimus, & patronus meus obseruandus, die 5. Febr. in Netka prope Crosnam. Hunc virum magnis Principibus alioqui commendatissimum, non est quòd nostra prolixiùs commendet oratio.

V. TYCHO BRAHE, Eques Danus, Mathematicus nobilissimus, Astronomiæ solertissimus in-

ſtaurator & ſeculi noſtri Atlas, C. S. E. die 14. Decemb. h. 10. cum quinq; 6. ante meridiem, Knudſtorpii prope Lundum in Scania.

VI. IACOBVS MONAVVS Vratiſlauienſis, vir apud multarum gentium homines eruditos magni & celeberrimi nominis, & nullorum odio dignus, niſi eorum, qui omnium odio ſunt digniſſimi, die 6. Decembris, Vratiſlauiæ. Huius Viri erga literatos verè benefici, beneficio & opera, operæ Indicis noſtri plurimùm ſunt auctæ & illuſtratæ.

VII. PETRVS Weſenbecius IC. & in inclyta Acad. Altorfiana Noricorum Iuris profeſſor primarius, eruditionis, pietatis & humanitatis laude clarus, die 5. Maij, circiter noctis horam 11. Antuerpiæ.

VIII. IOHANNES Piſcator, Scholæ Sigenenſis Naſſouiorum profeſſor Theologicus, cuius ſuper Nouum Teſtamentum methodici extant Commentarii, die 27. Martij, circa horam ſecundam pomeridianam, Argentinæ.

IX. JOHANNES Piſtorius Nidanus, Theologus, cuius plurima aduerſus Euangelicos ſcripta edita extant, die 4. Febr. Nidæ Haſſorum.

Obierunt;

I. ERNESTVS, Henrici Iunioris fil. Dux Luneburgenſis, 11. Ianuar æt. 48.

II. MARTINVS LVTHERVS Theologiæ Doctor, obiit Islebiæ in patria, 18. Februarij, die Iouis manè hora 3. à morte Huſſi 131. die Concordiæ, ætatis 63 Vixit in Academia VVitebergenſi annos 38 De hoc viro, vt antè Lectori ſum pollicitus, in neutram partem quidquam dicturus ſum, ſed tamen id citra inuidiam credo me dicturum: Fuit omnino vir magnanimus, qui talia auſus eſt, quæ totus miratur orbis, & qui tot gentibus aduerſus ipſum conſpirantibus vnum ſe oppoſuit. Magnum item eſt, quòd quidam hoſtes etiam rediuiuum expetunt: quemadmodum & MELANCHTHONEM mor-

5516 *mortuum pluris ferè fecerunt hostes, quàm quidam eius discipuli. Postremam concionem VVitebergæ habuit, 17. Ianuarij, Dominica II. post festum Epiphanias Domini Et VViteberga profectus est Islebiam 23. Ianuarij, vt compositioni controuersiæ Mansfeldensium Comitum interesset, &c. Vltimam suam concionem habuit Islebiæ 14. Febr. quatriduo ante obitum. Corpus VVitebergæ sepultum est in templo arcis, die Cathedræ Petri, 22. Februarij. Huius mortem consecuta sunt duo, 1. bella Theologica, 2. bella ciuilia Euangelicorum inter se.* 1546

III. FRIDERICVS *Myconius Ecclesiæ Gothanæ Pastor, 7. Aprilis, cùm fuisset Luthero superstes 49. dies, id quod precibus se à Deo impetrasse, & scire ita futurum Lutherus in Epistola consolatoria scripserat, Dominica post Epiphania anni eiusdem incohati.*

HARIADENVS *Mitylenæus Barbarossa, vir rerum apud Turcas strenuè gestarum memoria clarus, obiit Constantinopoli, die 4. Iulij, cùm Bassæ officium sustinuisset an. 13. Leonclau.*

Historiam de nece IOH. DIAZII Hispani, vide apud Sleid. initio lib. 17.

5517 Cùm Dux Saxoniæ MAVRITIVS ante superioris anni finem oppida quædam Saxonis, Zuiccauiam, Schnebergam, & Aldenburgum occupasset, eaq; in fidẽ suam adegisset, Saxo iniuriam hanc vlturus, exercitum in Misniam traducit, LIPSIAM obsidet, & oppugnare incipit 13. Ian. Sed oppidanis fortissimè sese defendentibus re infecta discedit sub eius mensis exitum, cùm crebris tormentorum globis velut grandine quadam, Lipsiam obruisset, lacerasset ac deformasset. 1547

Marchio ALBERTVS à Saxonicis capitur Rochlicij Cal. Martij.

CAROLVS Paschatis festo in vrbe Egra peracto, exercitũ ducit in Saxoniam. Interim SAXO Misnã vrbem deditione ceperat 5. Apr. Cumq; 19. Apr. de Cæsaris aduentu cognouisset, exercitum vltra

5517 Albim transtulit, & Misnæ pontem sublicium incendit, ne Hispani transeuntes ipsum assequerentur. In itinere cùm Mulbergo relicto Vitebergam contenderet, Cæsarianis vadum in Albi flumine monstratur, per quod equitatus transit: pedestres verò copiæ ponte ex nauigiis constructo transportantur. Cæsar in Saxonem incidit ad Syluam Lochanam, tribus trans Albim milliarib. ibiq; prælij fit initium, in quo ELECTOR pulso equitatu & peditatu dum acriter pro salute sua pugnat, & per sinistram maxillam aduersum vulnus accipit, capitur (ætatis 44.) die Dominico Misericordię Domini, 24. April. Non verò vlli Hispanorum aut Hussarorum se dedere voluit; sed Germano homini, Tiloni à Trot. Ad Albanum adductus antequam Cæsari sisteretur, inter eundum oculis in cœlum sublatis, & ex imo corde ductis suspiriis voce miserabili sic Deum alloquitur: *Miserere mei Domine, Nos sumus iam hîc.* Postea cùm in Cæsaris aspectum venisset, *Clementissime Cæsar*, inquit, *me tibi captiuum statuo, & supplex oro, vt Cæs. V. Maiestas me dignetur custodia digna Principe.* Respondit Cæsar: *Tractaberis pro merito: scio quid me deceat.* Deinde Albano redditus, frequenti custodia in castra ducitur. Captus cum eo fuit ERNESTVS Dux Brunsuicensis, Dynasta Grubenhagensis, Philippi filius. Ante hunc conflictum diebus aliquot Solis aspectus valde tristis fuit, quòd radios quasi sanguinolentos spargeret, & magni aliquid portẽdere iudicaretur. Cæsar nũciata primùm hac victoria dixisse fertur: *Domine Deus, quàm mirabiliter hæc gubernasti.* 1547

CAROLVS Vitebergam obsedit 5. Maij, positis castris suis in pago Academiæ Vitebergensis Bistricia, vbi commoratus est vsq; ad 7. Iunij, diebus 34. Elector captiuus, vt vitam redimeret, Electoratu se abdicauit, 18. Maij.

LVCAS Cranach pictor celebris, & vrbis Witebergensis

5517 gensis Senator, vocatus in castra Cæsaris, & iussus petere aliquid à Cæsare propter artem, tantùm intercessit pro suo Principe captiuo. 1547

ERICVS Iunior Dux Brunsuic. & Luneburg. ad Draconis arcem ab Hamburgensibus & Bremensibus die 22. Maij, acerrimo prælio victus, ac in Visurgim flumen compulsus, & tormentis omnibus, multisq; suorum amissis, ipse vix incolumis euasit.

Die 23. Maij VITEBERGA, voluntate & iussu Ducis Iohannis Friderici Electoris captiui Carolo V. Cæsari se dedidit, eductoq; præsidio receptæ sunt intra vrbem tres cohortes militum Cæsareanorum.

Die 25. Maij CAROLVS Imp. Vitebergam ingressus est cum paucis Comitibus, cumque eam perlustrasset, eodem die regressus est in castra.

Die 7. Iunij CAROLVS Imp. incensis castris ex Bistricia pago transfert exercitum versus Salinas. Ciues verò Vitebergenses Duci MAVRITIO, cui Electoratus dignitas & ditio à Cæsare tradita fuerat, homagium iuramento confirmant.

Die 19. Iunij PHILIPPVS Lantgrauius Hassiæ Carolo Imp. supplex factus Halæ Saxonum, detinetur in custodia præter opinionem.

Die 16. Octobris restituta est Academia WITEBERGENSIS, idq; publico programmate (vt vocant) significatum est, quod extat.

Die 27. Aprilis Basilica MISNÆ de cœlo tacta hora quinta pomeridiana, & turres tres, tectum, campana, organum, consumpta incendio: cùm eodem die mane circa 7. essent acta gratiæ de capto Iohanne Friderico. Nullum aliud fulmen aut præcessit antea, aut secutum est postea. Fabric.

HERMANNVS Archiepiscopus Coloniensis Elector, 25. Ianuarij loco mouetur, iussu Pontificis & Caroli. Surrogatur ei ADOLPHVS Comes Schauuenburgensis, quem coadiutorem Her-

5517 mannus asciuerat. Rursum igitur fit religionis immutatio in tota illa ditione, & quidquid vnà cum Melāchthone Bucerus instituerat, aboletur. 1547

BOEMI à Rege FERDINANDO ob fœdus cum Iohanne Friderico ictum mulctantur: securi percutitur Cos. Pragensis: frequentes etiam mulctæ indictæ sunt Ciuitatibus Imperij, quarum multæ pacem pecunia redemerunt.

AVGVSTÆ celebrauit Cæsar CAROLVS Comitia, sed armata: vt terrorem incuteret Ordinibus Imperij. Præcipuum Cæsaris postulatum fuit (18. Octob.) vt Principes omnes Concilio Tridentino sese submitterent. Augustæ templum primarium expiatur, quòd fuisset Lutheranismo pollutum: in eo Michaël Sidonius Episcopus habuit 15. conciones de missa, quæ postea sunt typis euulgata.

IOHANNES GEORGIVS Marchio Brandeb. coniugem secundam duxit SABINAM, filiam Georgij Marchionis Brandeb. Onolzbachij in Franconia.

Nati sunt:

I. IOHANNES Austriacus, CAROLI V. Imp. fil. Princeps bellicosus, die 25. Februarij, hora 12. post merid. Ratisbonæ.

II. PHILIPPVS LVDOVICVS, VVolfgāgi filius primogenitus, Comes Palatinus Rheni Bipontinus, die 1. Octobris.

III. GEORGIVS, Philippi filius, Hassiæ Landgrauius, die 10. Septembris.

IIII. RICHARDVS, Ioachimi fil. Richardi nepos, à Schulenburg, in quem genus, virtus, doctrina & fortuna omnia ornamenta congesserūt: quorum testimonium Germania, Gallia, Italia, Anglica & Belgium ferre possunt, die 16. Iunij, ex nobilissima & vetustissima familia gentis Schulenburgicæ, in Imperio Germanico inter primarias non minima, natus est.

V. IVSTVS LIPSIVS, Philologus seculi nostri cla-

5517 clarus, die 19. Octobris, Bruxellis celebri Brabantiæ vrbe. Boissard. l. 2. Iconum. Alij in prædio Iscanio natum volunt. 1547

VI. GEORGIVS Obrechtus IC. excellens, & inclytæ Argentinensis Acad. Antecessor primarius, die 25. Martij, Argentinæ.

VII. MELCHIOR Angerus, Illustriss. Electori Palatino ad Rhenum FRIDERICO IIII. à Consilijs Ecclesiasticis, & Visitator generalis Ecclesiarum inferioris Palatinus, die 22. Maij, Hirsbergæ Silesiorum.

VIII. RVDOLPHVS Goclenius Philosophus clarissimus, & in inclyta Acad. Marpurgẽsi Professor: qui scriptorum optimorum elucubratione veræ Philosophiæ studia plurimum exornauit & illustrauit, di 1. Martij, sub Solis exortum, Corbachij in Comitatu VValdeccensi.

IX. NICOLAVS Taurellus, Medicus & Philosophus celebris, & professor facultatis Medicæ in inclyta Altorfiana Acad. Noricorum, C.S.E. die 26. Nouembris, Mompelgardi.

X. BALDASSAR Brunnerus Medicus Halæ Saxonum, 6. Ianuarij.

Obierunt:

I. FRANCISCVS I. Rex Galliæ, 31. Martij, ætat. 53. successit HENRICVS II.

II. HENRICVS Rex Angliæ, 3. Ianuarij, æt. 56 successit filius EDVARDVS natus annos 9.

III. ANNA Regina Vngariæ, Regis FERDINANDI coniunx, extinguitur in partu filiæ, quæ fuit 15. proles, 27. Ianua. æt. 44.

IIII. FRIDERICVS II. Dux Lignicensis & Breg. Silesiæ inferioris præses, princeps opt. & Ecclesiarum pius nutricius, 18. Septemb. æt. 68.

V. PETRVS Bembus Cardinalis 18. Ianu. æt. 76. m. 7. d. 29. lenta febri extinctus, Romæ.

VI. IACOBVS Sadoletus Cardinalis, Romæ, mense Oct.

VII. CON-

5517 *VII. CONRADVS Peutingerus IC. Patricius Augustanus, Maximilianj I. & Caroli V. Impp. Consiliarius, 28 Decembris, ætat. 82. completo.* 1547

VIII. FERDINANDVS Cortesius, Nouæ Hispaniæ fundator, die 2. Decembris, ætatis 63. Castiliæ de Costa.

IX. BEATVS Rhenanus Selestadiensis, qui bonos autores Commentarijs vtilissimis illustrauit, eoque de bonis literis benè meritus est, die 20. Maij, ætatis 62. mens. 4. Argentinæ, dum rediret ex thermis Martijs.

X. IOHANNES Hessus, Theologiæ Doctor & Pastor Ecclesiæ Vratislauiensis, 6. Ianuarij, ætatis 60.

XI. VVENCESLAVS Link, Pastor Ecclesiæ Noribergensis, 11. Martij.

XII. FRANCISCVS Vatablus, trium linguarum peritissimus, & regius Professor linguæ Ebrææ in Academia Parisiensi, 16. Martij.

XIII. IACOBVS Tussanus Gallus, publicus Græcæ linguæ in Acad. Parisiensi Professor, eodem cum Vatablo die obijt.

XIIII. IOHANNES Schonerus Mathematicus, C.S.E. 16. Ianuarij (alij postridie) ætat. 70. Norimbergæ.

5518 *Dignitas ELECTORIS SAXONICI publico & solenni ritu collata est Duci Saxoniæ MAVRITIO à Carolo V. Imp. 24. Februar. die Matthiæ, cùm Carolus eo die inchoaret annum ætat. 49. Mauritius verò mense sequenti ætat. 28.* 1548

Liber INTERIM siue Formula religionis vsque ad Concilij finem seruanda, nascitur Augustæ in Comitijs, & promulgatur 15. Maij. (A prima mutatione doctrinæ per Lutherum 31. à Confessione Augustana exhibita 18.) Ejus sententiam refutarunt scriptis publicis Philippus Melanchthon, & Doctores Ecclesiarum Saxoniæ inferioris ac maritimæ, multique alij.

Bellum ADIAPHORISTICVM inter Theologos natum

5518 natum ex deliberationibus, an & quomodo liber 1548
INTERIM recipiendus vel repudiandus sit. Hoc fuit primum schisma post Lutheri mortem inter Theologos Euangelicos exortum, Matthia Flacio eiusque socijs litem mouentibus Melanchthoni & alijs, qui de Adiaphoris, id est, Ceremonijs ac ritibus externis ex præscripto Interimisticæ formulæ admittendis aut recipiendis, minùs acriter pugnauisse illis videbantur.

RELIGIO mutari cœpit in Anglia sub EDVARDO VI. Rege: profligata antiqua religione. Abrogata est Missa: item institutæ Ecclesiæ peregrinorum.

CONSTANTIA oppugnatur ab Hispanis 6. Augusti, & Doctores Euangelici vrbe excedunt, quorum primarius fuit Ambrosius Blaurerus. Constantienses tandem sese dedunt Austriacæ domui.

Propter Imperatorium INTERIM multi Doctores solum verterũt: MVSCVLVS Dusanus relicta Augusta Bernam venit: BRENTIVS Hala Sueuorum pulsus, Basileæ aliquandiu substitit: OSIANDER Noriberga profectus in Borussiam.

FRANCISCVS Spiera Italus, abiurato Venetijs Lutheri dogmate, incidit in consternationem horrendam, cuius descriptio extat. Sleid.

PETRVS PAVLVS Vergerius, dum confutationem Euangelicorum meditatur fit Euangelicus, fortassis permotus exemplo Spieræ, cuius tentationum ipse Patauij spectator fuerat.

SOLYMANVS Turcarum Imp. expeditionem alteram aduersus TECHMASEN, Regem Persarum, instinctu Ercasis Imirsæ Siruanæ (olim Mediæ) supremo cum imperio Principis, qui amicitia fratris sui Techmasis discesserat, & Solymano se contra eundem iunxerat, suscepit: VVANVM Mediæ finitimum obsedit, & vnà cum arce expugnauit. ac regionem totam rapinis & ferro vastauit: quæ expeditio annum integrum & 9. menses durauit. Leonclau. in Annal.

Aca-

5518 Academia IHENENSIS initium sumpsit 25. Ianuarij. 1548

AGRIAM Vngariæ arcem fortissimam FERDINANDVS Rex Vngariæ, Caroli V. Imperat. frater, sui iuris fecit.

SEBASTIANVS Vogelsperger Capitaneus celebris, iussu Caroli V. Imp. die 7. Februarij Augustæ Vindel. capite truncatus est. Eber.

AVGVSTVS Elector Saxoniæ (ætat. 23.) nuptias Torgæ celebrat, cum ANNA CHRISTIANI III. Daniæ Regis filia, 14. Octob.

Eodem mense IOANNA, HENRICI Albretani Nauarræ Regis & MARGARETHÆ Valesiæ filia, & reliquiarum regni hæres vnica, ANTONIO Caroli filio, Borbonio, in matrimonium collocatur, ex qua postea HENRICVS IIII. Nauarrogalliæ Rex natus est.

Nati sunt:

I. AMVRATES III. Selymi filius, Turcarum Imp. hoc anno natus est. Hieron Henninges in opere Genealogico.

II. GVILIELMVS, Alberti filius, Dux Bauariæ, 29 Septembris.

III. DAVID Pareus, Theologus Heydelbergensis, C.S.E. 30. Decembris, Francostenij Silesiorum.

IIII. IOHANNES LVDOVICVS Hauenreuterus Medicus & Philosophus ingenio & arte clarissimus, C.S.E. die 2. Augusti, Argentorati.

Obierunt:

I. SIGISMVNDVS Rex Poloniæ, 1. Aprilis ipso die Paschatis, ætatis 81. regni 42.

II. PHILIPPVS Ruperti fil. Othonis Henrici Elect. frater, Comes Palatinus Rheni, Princeps bellicosus, qui VIENNAM à Turcis obsessam fortiter & strenuè defenderat, die 4. Iulij, ætat. 44. sine liberis decessit Heydelbergæ.

III. CA-

5518 *III. CASPAR Cruciger Theologus, 16. Nouembris, ætatis 45. VVitebergæ.* 1548

IIII. HIERONYMVS Fracastorius Veronensis, Medicus & Philosophus insignis, Pataui.

V. IOHANNES Langus, Theologiæ Doctor, Erfurti.

VI. HERMANNVS Bonus, primarius Ecclesiæ Lubecensis Superintendens, 12. Februarij, ætatis 44. Lubecæ.

VII. MATTHIAS Zellius Theologus Argentinensis, cùm ibidem docuisset Euangelium an. 26. ætatis 71.

VIII. IOHANNES ANTONIVS Blancus, IC. Patauinus, cuius extant Criminalia. die 8. Octobris, æt. 50. Pataui. Forsterus.

5519 PETRVS Martyr Oxoniæ in Anglia disputat de Cœna Domini, Mense Maio. 1549

MARTINVS Bucerus & PAVLVS Fagius Argentorato discedunt Cal. Aprilis, & in Angliam proficiscuntur, vt ibi doctrinæ suæ sementem faciant.

CONSENSIO mutua Doctorum Ecclesiæ TIGVRINÆ & GENEVENSIS in re Sacramentaria constituta menso Augusto.

MAGDEBVRGENSES proscribuntur à Carolo V. Imp.

MATTHIAS Flacius Illyricus mense Aprili Witteberga discedens se recepit Magdeburgum, vbi multa in VVitebergenses scribere cœpit. Hæc fuit prima inclinatio aciei Euangelicæ, & ianua patefacta est malis multis, quorum hodie nondum finem cernimus.

PHILIPPVS Caroli V. filius, Rex Hispaniæ, ingressus est vrbem Brabantiæ, Bruxellam, 1. Aprilis, à Cæsare parente euocatus ex Hispanijs, in cuius fidem adiguntur ditiones Germaniæ inferioris.

FERDINANDVS Rex Vngariæ, duce supremo NICOLAO III. Comite à Salmis, summa in vtraque sorte præ-

5519 *præstantia conspicuo viro, Zabragium, Leuam, Zythnam & Muranum expugnauit. Leonclau. Backschius.* 1549

Nati sunt:

I. BARNIMVS, Phil. fil. Dux Pomeraniæ, 15. Februarij.

II. DIONYSIVS Gothofredus IC. celeberrimus, & in inclyta Argentinensium Acad. Professor ordinarius, C.S.E. die 17. mensis Octob. hora 4. post meridiem, Parisijs.

III. ABRAHAMVS Colbingerus, FRIDERICO IIII. Electori Palatino à Secretis, Philologus & Polyhistor, C.S.E. Augustæ Vindelicorum, die Iohanni Baptistæ sacrato.

IIII. HENRICVS Strobandus, Burggrabius, Consul & Scholarcha Toruniensis, literarũ & literatorum Mecœnas egregius, cuius etiam impensis tres Tomi de literata institutione editi sunt, 14. Nouemb. hor. 4. matut. Torunij, Borussorum.

Obierunt.

I. PAVLVS III. PP. 10. Nouembris, ætatis 82. successit IVLIVS III. Sedit annis 5. mense vno, diebus 16.

II. OTHO Dux Luneburg. in Harburg. die 11. Augusti, ætat. 54.

III. FRANCISCVS Dux Luneburg. qui vnà cum auunculo IOHANNE Saxone & Othone ac Ernesto fratribus. Confeßioni fidei Augustanæ anno 1530. subscripserat, 23. Nouemb. æt. 29.

IIII. MARGARETA Valesia, NAVARRÆORVM Regina, Francisci I. Galliæ Regis soror, pietate heroina, virtute & literis laudatißima, 21. Decembris, in Gallia. Hæc est illa Regina, quæ Iacobum Fabrum Stapulensem Gallum, Sorbonicum Theologum, noui testamenti vulgatæ versionis emendationem & purioris religionis instaurationem fortiter aggressum, exsulem tutata est. De quo Fabro memorabilis historia apud Hubertum Thomã Leodium extat. Quadam die misit ad eum Regina & se

5519 *se velle cum eo prandere dixit, conuocatis aliquot doctis, quorum confabulationibus mirè obiectabatur. Inter prandendum autem cœpit Faber vehementer contristari, & subinde lachrymari: Eorum causam dicere cum rogaretur, accusareturque à Regina, quod pransum apud se venisset, vt læta fieret; ipse verò tristaretur. Tandem, inquit, & quî pössem, ô Regina Sereniss. esse lætus, aut alios exhilarare, omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus? Et quod tantum admisisse potuisti scelus, inquit illa, Iacobe, qui visus es semper ab ineunte ætate sanctissimè vixisse? Ego, inquit, sum ætatis centum & vnius anni, purus ab omni contagione muliebri, & nihil recordor me admisisse, quo graui conscientia discedere ex hoc sæculo reformidarem, nisi vnum quod expiari posse non confido. Cumque illa vrgeret ad aperiendum, vix præ lachrymis tandem inquit: Quomodo ante summum Dei tribunal consistere potero, qui sanctum filij sui Iesu Christi Euangelium purè & sincerè multos docui; qui doctrinam meam secuti sunt, mille tormenta & mortem ipsam constanter pertulerunt: Ego verò malè constans Doctor effugi, & cum tantæ & tam prouectæ ætatis iam vixissem satis superque, neque mortem vllam reformidare, imò percupijsse debuissem, clanculum me subduxi, & Dei mei præceptum turpiter deserui. Ad quæ cum Regina, vt erat eloquentissima & plena diuinorum sermonum, multa disseruisset, & rationibus ac exemplis docuisset, multis bonis & sanctis viris, qui cum Deo regnarent, idem obtigisse: neque desperandum de Dei misericordia & bonitate vnquam, & pleraque in hanc sententiam, qui assidebant, adderent: Confortatus tandem inquit: Ergò nihil restat, nisi vt hinc ad Deum migrem, si libet, condito meo testamento: neque vltra differendum sentio, quia à Deo me vocari intelligo. Deinde intentis in Reginam oculis: Ego, inquit, te hæredem meam instituo: Concionatori tuo Magist. Gerardo libros omnes meos do, lego: Vestes & quicquid insuper habeo, paupe-* 1549

5519 *ribus relinquo, cætera Deo commendo. Ad quæ subridens Regina, Iacobe, inquit, quid ad me de tua hæreditate redibit? Negotium, inquit, distribuendi bona inter pauperes. Esto, inquit illa, iuro, hanc hæreditatem mihi gratiorem fore quàm si frater Francorum Rex me suam hæredem nominâsset. Lætior deinde visus Iacobus ait: Opus habeo, ô Regina, aliquâ quiete: Estote læti interim & valete; Declinauitque in proximum lectum. Et cum putarent illum dormire, obdormierat in Domino, nullis signis malæ valetudinis editis, quod volentes ipsum excitare, vehementer admirati, iam tum exspirâsse. Hunc exitum habuisse sanctum procul dubio virum recitabat Regina, quem honorificè tumulari fecit, & marmore, quod pro se exscindi fecerat, contegi voluit.* 1549

V. MAXIMILIANVS Egmondanus Buræ Comes ex angina parato prius amicis conuiuio Bruxellis mense Decembri.

VI. VITVS Theodorus, Pastor Ecclesiæ Noribergensis, 25. Martij.

VII. IACOBVS Ziglerus, qui terræ sanctæ descriptionem edidit, in Bauaria.

5520 *MAGDEBVRGÆ vrbis obsidio cœpit 4. Octob. quæ durauit anno vno, mense vno. Historia petatur ex libellis editis.* 1550

Bellum OSIANDRICVM in Prussia ortum autore ANDREA Osiandro, qui propter librum INTERIM Noriberga excedens, isthuc venerat, & de iustificatione moto certamine asseuerabat, hominem iustum esse iustitia essentiali, quæ est ipse Deus, &c. quod dogma multorum scriptis improbatum est. Vir ille fuit αὐτοδίδακτος, nulliusque Academiæ discipulus.

AFRICAM vel APHRODISIVM Africæ vrbem Mauris Mahadian dictam, quam DRAGVTES Raisus celebris pirata Turcicus anno præcedenti die 30. Ianuarij occupauerat, ANDREAS Doria, Caroli V. Imp. classis præfectus, coniunctis cum Ferdinando Gonzaga Prorege

rege

5520 *rege Siciliæ copiis, obsedit: plurimisque barbarorum cæsis & captis, die 10. Septembr. expugnauit & funditus euertit. Leonclau. in Annalib. Turcicis.*

IAPONIA, amplissima ORIENTIS Insula, longè vltra Indiam & Sinarum regiones sita (quam olim Zipangri appellarunt) hoc anno inuenta est: in qua postea Anno 1552. IESVITÆ plurimos ad religionem Christianam adduxerunt: & inter alios etiam tres Reges, qui filios & cognatos suos ineunte Anno 1582. ad GREGORIVM XIII. Pontificem Rom. amandarunt, & anno 87. rursus in Indiam reuersi sunt. Osor. lib. 1.

AVGVSTINVS Berous Bononiensis, Iuris Pontificij (quod in patria dum vixit professus est) nostra ætate peritissimus, C S. E. hoc anno floruit.

WILHELMVS Princeps Auraicus & Comes Nassouiæ, coniugem primam duxit ANNAM, Maximiliani Egmondani Comitis Burani filiam vnicam, 8. Iunij.

Nati sunt:

I. CAROLVS IX. Henrici II. filius, Rex Galliarum die 27. Iunij.

II. Reuerendiss. Illustriss. ac laudatiss. Princeps ac Dn. Dn. IOACHIMVS FRIDERICVS, Dux SILESIÆ, LIGNIC. & BREGENSIS, ac Præpositus MAGDEBVRGENSIS, Princeps pius, sapiens & literatus, & magnus Indicis huius Chronologici patronus, patre GEORGIO Duce Lignic. & Breg. matre verò BARBARA Marchionissa Brandeb. IOACHIMI II. Elect. Brandeb. filia, ipso die Michaëlis, bono publico natus est.

III. CAROLVS, Gustaui, Sueciæ Regis fil. Iohan. frater, regnorum Sueciæ & Gothiæ hæres, Dux Finlandiæ & Sudermaniæ, die 4. Octob.

IIII. IOHANNES, Wolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni Bipontinus, pietatis & eruditionis laude clarus, die 18. Maii.

5520 V. FERDINANDVS, Alberti fil. Dux Bauariæ, 30. Ianuarij. 1550

VI. FABIANVS Burggrauius & Baro à DONA, Illustriss. Elect. Palat. FRIDERICO IIII. à Consilijs secretioribus, heros & bellator insignis, feria secunda Pentecostes (die 26. Maij) in Borussia.

VII. MELCHIOR à Rechenberg, RVDOLPHO II. Imp. August. à Consiliis, & hoc tempore Præfectus Comitatus Glacensis, stirpe auita, prudentia laudata & virtute literata vir nobilissimus, die 8. Maij, in Grossen Borauu, prope Freistadium Silesiorum.

IX. ÆMILIVS Portus, Francisci Porti Creten. filius, Græcæ linguæ in Acad. Heydelberg. Professor, die 13. Augusti, circa primam noctis horam, in Gallia.

Obierunt:

I. NICOLAVS PERENOTVS Granuellanus Vesuntinus, CAROLI V. Imp. Consiliarius intimus, die 28. Mensis Augusti, Augustæ Vind. quo tempore Carolus ibi Comitia celebrabat. In cuius locum suffectus est ANTONIVS PERENOTVS Granuellanus filius, Episcopus Atrebatensis.

II. NICOLAVS III. Salmæ & Neoburgi Comes, Nicolai II. Senioris filius, bellis aduersus Turcas celebris, die 17. Augusti, Agriæ.

III. ANDREAS Alciatus Mediolanensis, Iurisconsultus & Eques Cæs. Ducalisque Senator, solus inter Iuris interpretes doctissimus, & inter doctissimos Iurisconsultissimus, qui LL. studia antiquo decori restituit, die 12. Ianuarij, cùm vixisset an. 58. m. 8. d. 4. Papiæ in Italia. Forster. Schrad.

IIII. EGVINARIVS Baro Leonensis, ex Britannia Galliæ, IC. clarißimus, Doctor Iuris Ciuilis in schola Biturigum, & Iurisprudentiæ veteris instaurator, die 22. Augusti, ætat. 55. Biturigib. Forster.

5520 *V. PAVLVS Fagius, de literis Ebraicis præclarè meritus, die 13. Nouembris, ætat. 45. Londini in Anglia.* 1550

VI. IOHANNES Spangenbergius Northusianus, Theologus, die 13. Iunij, Islebiæ.

5521 CONFESSIO Saxonicarum Ecclesiarum scripta à Philippo Melanchthone, vt offerretur Synodo TRIDENTINÆ, cui multorum Principum & vrbium Theologi subscripserunt. Dux quoque Wirtebergicus peculiarem Confessionem scribi iussit, quã per Brentium Concilio Tridentino exhibuit. 1551

BELLVM THEOLOGICVM, de necessitate bonorum operum ad salutem, cœpit: quam propositionem Georgius Maior defendẽdam susceperat. Ambsdorfius ad contrariam delapsus partem scripsit, bona opera esse ad salutem noxia & perniciosa. Quæ propositio explosa est à quibusdam Euangelicis, vt scandalorum & Epicureismi mater: eò quòd abusus doctrinæ de bonis operibus noxius esset saluti hominum, non per se (vt Dialectici loquuntur) sed per accidens. Vt si dicam: Vinum est noxium febricitanti: Ergo est malum.

BELLVM THEOLOGICVM à Francisco Stancaro Mantuano motum, qui contendebat, Christum esse Mediatorem tantùm secundum naturam humanam, de quo extant eruditæ Melanchthonis responsiones.

MAGDEBVRGÆ obsidio soluta est 7. Nouembris, cùm Mauritius occultè bellum coqueret contra Cæsarem.

Recruduit bellum inter Carolum V. & Regem Galliæ.

TRIPOLIS Africæ arx & oppidum ditionis Equitum Melitensium, à DRAGVTE Raiso occupatum 15. Augusti. Leonclau.

CAZANVM regni Cazanensis metropolis, à IOHANNE BASILIO magno Moscorum Duce septem anno rum interuallo, bello acerrimo, vario tamen Marte

 pressa,

1552 *pressa, tandem ab eodem tormentorum bellicorum vi, & obstinato militum suorum impetu vnà cum arce expugnatur: & magna Tatarorum Cazanensium multitudine I. Basilij Principis impulsu baptisata, totum illud regnum eidem subigitur. Gaguin. Chron. Moscou.* 1552

Nati sunt:

I. WENCESLAVS à Credlitz in Eicholtz, Ducatus Lignicensis præfectus, 26. Iunii.

II. IOANNES Reupricht à Büdingen, Eques Francus, aulę Pal. Elect. Mareschallus; genere, pietate, literis, virtute nobilis 11. Iunij.

III. DIONYSIVS Lebeus Batillius, præses Regius apud Mediomatricos, Iurisconsultus & Poëta doctissimus, cuius extat elegantissimus Emblematum liber, die 27. Nouemb. ex nobili familia, Tricassibus, Vrbe Campaniæ. Boissardus lib. 7. Iconum.

IIII. SEBASTIANVS Hoffman in Hennersdorff, genere, eruditione, sapientia, autoritate, & rerum politicarum vsu vir verè nobilis, die 14. Octobris, 3. horis cum dimid. post merid. Gorlicij. *Huius optimi viri cum plurima eaq; insignia in me meosque semper extiterint beneficia: testimonio hoc publico idipsum declarare & grato animo prædicare volui.*

V. GEORGIVS Sohnius Theologus celebris, 31. Decembris, Marpurgi Hassorum.

VI. IACOBVS Fabritius, Theologus Dantiscanus, 27. Iulij, Dantisci.

Obierunt:

I. *IOHANNES, Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 4. Februarij, ætatis 46. completo, Seruestæ.*

II. *MARTINVS Bucerus Theologus, 27. Februarij, ætatis 61. Cantabrigiæ in Anglia.*

III. *IOACHIMVS Vadianus Heluetius, Consul Sangallensis, Medicus, Poëta & Geographus celebris, qui scriptis suis doctissimis vtilem Reipublicæ literariæ operam*

5521 *ram nauauit, die 6. April. qui fuit dies Lunæ post Dominicam Quasimodogeniti, intra horam 12. & 1. meridianam, ætat. 66. m. 4. d. 6. postquam consulatum decies in patria gessisset.* 1551

IIII. IOHANNES BAPTISTA Montanus Veronensis, Philosophus & Medicus sui temporis summus, die 6. Maij, ætat. 63. Veronæ.

V. HIERONYMVS Cagnolus Vercellensis IC. Eques & Sabaudiæ Ducis Senator, in Iuris ciuilis scientia inter nostræ ætatis Doctores eminentissimus, C.S.E. 1. Februarij, ætatis 59 Patauij.

VI. M. ANTONIVS Flaminius Poëta Italus Bononiæ.

5522 *Bellum à MAVRITIO aduersus CAROLVM V. geritur, propter religionem & socerum Lantgrauium, in quo Concilium Tridentinum dissipatur, pax in religione constituitur, & captiuis Principibus libertas redditur.* 1552

MAVRITIVS Elector Augustam triduo obsessam occupat 4. Aprilis. Postea Senatores à Carolo V. depositos in pristinum locum dignitatis restituit, & tribubus reddidit ius suffragiorum. Oenipontem venit 23. Maij. Iohannes Fridericus post quinquennij captiuitatem dimittitur à Carolo V. 19. Maij. Lantgrauius verò 4. Septembris.

TEMESVARVM arcem Vngariæ nobilissimam, ad fluuium Temes inter Lippam & Belgradum ad Transyluaniæ fines interiectam, SOLYMANVS Turc. Imp. per Achmetem Bassam Vezirem suum numerosis copijs adductis obsessam, post longam grauissimamque oppugnationem Mense Iulio deditione cepit: Stephanum Losonczium virum fortissimum arcis præfectum cum præsidiarijs per fidei violatæ scelus trucidauit: & paulò post Lippam, Solimosum, Chianadum, & alia quædam castella occupauit. Leoncl. Backichius. Sambuc. in Appendice Decad. Bonfin.

SECVNDA PAX IN RELIGIONE.

In transactione PASSAVIENSI promitttitur pax amplectentib. Confessionem Augustanam, 2. Augusti, atque ita liber INTERIM exacto 4. annorum spacio expirauit. Atque hæc est secunda pax in religione, anno 20. à priori pace.

Zolnockum. Seczienum, Dregella & Giarmatum, aliaque circumiecta propugnacula, Regis Ferdinandi exercitu ad Palastum miserè cæso, ab ALE Bassa Budensi Vngaris ineunte mense Septembri adempta: Agria verò ab eodem & ACHMETE Romaniæ Beglerbego numerosissimo exercitu vndique circumsessa, & magno impetu frustra oppugnata, Turcis, STEPHANI Dobonis, Præfecti, aliorumque procerum industria & vigilantia, ac præsidiariorum virtute & armis, acerrimis aliquot prælijs (Deo iuante) magna clade affectis, & die 13. Octobris cum dedecore pulsis, feliciter & gloriosè defensa est. Sambucus in Appendice Decad. Bonfinij. Leonclau. Backschius.

NORIBERGA *obsidetur ab Alberto Marchione 12. Maij.*

Vrbs METENSIS *auspicijs Henrici II. Regis Galliarum ab Anna Mommorencio, regni Galliæ Conestabili, capta, eripitur Imperio, 10. April.*

Hoc anno multa scripta prodierunt in causa Osiandri, Stancari & Maioris. Causa etiam Sacramentaria ventilari cœpit.

Pestis multis in locis grassata est.

Nati sunt:

I. *RVDOLPHVS II. Imp. Archidux Austriæ, MAXIMILIANI II. Imp. filius Viennæ 18. Iulij, primo quadrante ante 7. post meridiem: à nato Iulio Cæs. 1650. id est, 33. annis Iubilæis: ab imperio RVDOLPHI I. Imp. (incluso 1273.) anno 280. quater 70.*

II. HEN-

5522 *II. HENRICVS III. Valesius, Henrici II. filius, Dux Andegauensis, postea Rex Galliæ, 19. Septembris, hora 5. post meridiem.* 1552

III. FRIDERICVS IIII. Friderici III. filius, Dux Silesiæ, Lignicensis & Bregensis, die 20 Aprilis.

IIII. CHRISTIANVS Distelmeyer, Lamperti Cancellarij Elect. Brandeb. filius, IC. post Patrem Iohan. Georgij Electoris Brandeburgici Cancellarius: Berlini, 23. Maij.

V. IVLIVS Pacius à Beriga, IC. clarissimus, C.S.E. 9. Aprilis, circiter horam 8. matutinam, Vicentiæ.

VI. ANTONIVS Fayus Dunensis, Theologus Geneuensis die 16. Ianuarij, in Gallia.

VII. LAVRENTIVS Scholtzius Vratislauiensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctor eximius, die 20. Septembris, intra 10. & 11. pomeridianam, Vratislauiæ.

VIII. IOANNES Salmuth Theologiæ Licentiatus & Ecclesiæ Ambergensis pastor nascitur Lipsiæ 29. Iulij, quadrante post 3. matutinam.

Obierunt:

I. HERMANNVS Comes Widensis, Archiepiscopus Coloniensis, 15. Augusti, ætat. 80. Biuerni ditionis suæ oppido.

II. HENRICVS Dux Megapolitanus, 6. Februarij, ætatis 73. Suerini.

III. FRIDERICVS Archiepiscopus Magdeburg. Marchio Brandeburgensis, 3. Octob. æt. 22.

IIII. GEORGIVS Dux Megapolitanus, Francofurtum ad Mœnum obsidens, globo tormentario ictus 13. Iulij, ætat. 23.

V. ERNESTVS OBERNBVRGERVS intimus Consiliarius Caroli V. ex lapsu, Villaci.

VI. PAVLVS Iouius Nouocomensis, Episcopus Nucerinus, historiarum scriptor celeberrimus, 11. Decemb. ætat. 68. m. 7 d. 23. Florentiæ.

VII. FRIDERICVS Nausea Theolog. C.S.E.

VIII. IOHANNES Cochlæus, qui plurima scri-

5522 psit contra Lutherum, 10.Ian.æt.73.Vratislauiæ. 1552

IX. AMBROSIVS Catharinus, Lutheri Antagonista.

X. SEBASTIANVS Munsterus Ingelheimensis, Theologus & Cosmographus præstantissimus, & Ebraicæ linguæ in Acad.Basil. Professor, ex peste, die 23.Maij,ætatis 63.Basileæ.

XI. BERNHARDVS Ziglerus Theologus nobilis & Ebraicæ linguæ peritissimus,2. Ianuarij, ætatis 56.climacterico,Lipsiæ.

XII. OSVALDVS Myconius Lucernas, Theologus Basiliensis, die 15.Octobris,ætat.64. Successit Simon Sulcerus Lutheranus.

XIII. ANDREAS Osiander,17. Octob.æt.54. Regiomonti.

XIIII. CASPAR Hedio Theologus & Chronographus 17. Octobris, cùm Ecclesiam Argentinẽsem gubernasset & docuisset.an 23. Huic in docẽdi munere successit HIERONYMVS Zanchius Italus, Theologiæ professor in Gymnasio Argẽtinẽsi.

XV. IODOCVS Willichus Philosophus & Medicus præstantissimus,12.Nouembris,ætat.51.Libusii ad Viadrum prope Francofurtum.

XVI. FRANCISCVS Dryander Hispanus, 21.Decembris, Argentinæ.

XVII. IOHANNES Marcellus, Professor artium in Academia Witebergensi, die natali Domini inchoante annum 1552.

XVIII. PETRVS Apianus Beneuizius Leisnicensis, Astronomus & Cosmographus celeberrimus, C.S E.21. Aprilis, Ingolstadij nephritide extinctus, magno rei literariæ dispendio.

XIX. LAZARVS Bonamicus Bassanensis, Philologus doctissimus, 11. Februarij, ætat.73.cùm in Academia Patauina magna cum admiratione docuisset an.21.

XX. IOHANNES Sichardus I.C. & Professor in Acad.

5522 Acad. Tubingensi, die 9. Septembris, Tubingæ Forsterus. 1552

XXI. LILIVS Gregorius Giraldus, Ferrariæ, ætatis 74. podagricus & chiragricus.

XXII. FERDINANDVS Nonius Salmanticę, Complutensis editionis librorum socius, cœlebs & abstemius, octogenario maior: cuius tumulo ipsius iussu hæc inscripta verba: Maximum vitæ bonum MORS. Thuanus.

XXIII. OTTO Werdmüller Theologus & Philosophus 25. Martij.

5523 MAVRITIVS Elect. Sax. & ALBERTVS Marchio Brandeb. in mutua odia incensi belligerantur. Die 9. Iulij pugnatum est in Saxonia, non procul ab vrbe Brunsuiga, ad pagum Peina, in qua pugna etsi victor fuit Mauritius, tamen præter Electorem ipsum occubuerunt Carolus Victor & Philippus Magnus, Duces Brunsuicenses, & Fridericus Princeps Luneburgensis, multique Comites. MAVRITIVS Elector accepto vulnere obijt 11. Iulij, ætat. 32. mens. 3. d. 21. In gubernatione successit AVGVSTVS Elector. 1553

Estque hic annus à bello ciuili Iulij & Pompeij 1600. à tertio bello Punico 1700. à capta Constantinopoli 100.

Die 9. Ianuarij exorto sæuißimo vento, à statua lapidea Ducis Mauritij in arce Berlinensi, violentia turbinis caput deiectum est, illæsis Imperatoris & reliquorum Electorum statuis. Sexto deinde mense post. Mauritius Dux interijt. Paulò ante mortem Mauritij tentorium, in quo cibum capere solebat, & alterum apparatus culinæ, turbine diuulsum fuit, illabefactis cæteris vniuersis.

EDVARDVS VI. Rex Angliæ 6. Iulij, ætat. 16. regni 7. non absque veneni suspicione obijt. MARIA salutatur Regina Angliæ à populo 19. Iulij, per quã reducta est in Angliam vetus religio, & mota atrox persecutio in Euangelicos.

Habi-

5523 Habita est etiam Londini disputatio de religione inter Catholicos & Euangelicos 18. Octob. quæ in superiorem persecutionem exiit. Ecclesia peregrinorum ex Anglia fugiens venit in Daniam, & inde in Germaniam. 1553

MVSTAPHA filius maior Solymani Imp. Turcici, cùm fractis Persarum opibus ad patrem rediisset, magno exercitus fauore & clamore exceptus est, qua re offensus pater filium strangulatum in cubiculo, mox in exercitus conspectum proÿci, & per præconem hoc proclamari iubet: Vnus est Deus in cœlo, vnum etiam Solymanum in terris Imperatorem esse oportet: *quo audito exercitus attonitus conticuit. Iunior natu biduo pòst veneno sublatus est, quòd de fratris interitu ingemuisset. Tertius metu patris ad Regem Persarum confugerat, is statim per legatos reuocatus, securi percussus est. Restabat Selymus, cui pater minas intentabat, nisi solus restaret. Aliÿ ad præced. 1552.*

De obsidione & deditione PLASSENBVRGI, totoque bello vide Sleidanum.

MICHAEL Seruetus Arago Hispanus, qui Artÿ dogmata ab inferis reuocauit, crematur Geneuæ in Sabaudia, 27. Octobris.

FRIDERICVS Staphylus ad Pontificios defecit.

SIGISMVNDVS Augustus Rex Poloniæ nuptias celebrauit cum Catharina, filia Ferdinandi Imp. 5. Iulij.

Nati sunt:

I. HENRICVS III. Borbonius, Antonÿ Borbonÿ Regis Nauarræ filius, nunc temporis Rex NAVARROGALLIÆ, in amplissima & munitissima Bearniæ regionis arce Pauu, die 13. Iulÿ Aliÿ 12. Decembris.

II. ERNESTVS Archidux Austriæ, Maximil. Imp. filius, 15. Iunÿ, primo quadrante post 2. pomeridianam, Viennæ

III. ALBERTVS FRIDERICVS Dux Prußiæ, Alberti filius, 29. April.

IV. HIE-

5523 *IV. HIERONYMVS Arconatus, vir doctiss. & Poëta excellentiss. D. Rudolpho II. Rom. Imperatori à Secretis Bellicis aulæ, die 27. mensis Aprilis, Leobergæ Silesiorum.* 1553

V. IACOBVS Augustus Thuanus, Historicus Gallicus, mense Octobri.

Obierunt præterea:

I. GEORGIVS, Ernesti fil. Princeps Anhaltinus, cuius scripta Theologica extant, & qui Ecclesiam suam Mersburgi ipse docuit, 17. Octobris, cùm incoasset annum ætatis 47. Dessauiæ. Hunc mirificis laudibus extollunt Melanchthon & Camerarius, ob insignem pietatem & mentis bonitatem.

II. IOHANNES ERNESTVS Dux Saxoniæ, Iohannis Friderici Elect. frater, 19. Februarij.

III. IOHANNES BAPTISTA Egnatius, C.S.E. Venetiis, 2. Iulij, ætat. 80.

IIII. IACOBVS Sturmius prætor Argentinensis, Nobilitatis Germanicæ ornamentum, cuius honorificam mentionem facit Sleidanus in libri sui præfatione, 30. Octob. æt. 63. Argentinæ.

V. IOHANNES Æpinus Theolog. & Pastor Ecclesiæ Hamburgensis, 13. Maij, ætat. 54.

VI. ERASMVS Reinholdus Salfeldensis, Mathematicus excellens, & tabularum Prutenicarum autor, 19. Febr. tabe extinctus in patria, mane hora 1. ætat. 42.

VII. HIERONYMVS Fracastorius Medicus, apoplexiâ septuagenario maior.

VIII. LVDOVICVS Fachsius IC. Lipsensis, C.S.E. 6. Aprilis.

IX. IOHANNES Riuius Attendoriensis, 1. Ianuarij.

X. LVCAS Cranach Senior, pictor excellens, & vir sapiens, 16. Octobris, æt. 81. Vinariæ.

5524 Cardinalis POLVS missus à Pontifice Rom. in Anglia excitat atr[illegible] persecutionē Euangelicorū. 1554

IOAN-

5524 IOANNA Graia, Henrici Ducis Suffolciæ filia, annorum 17. adolescentula, Latinis & Græcis literis egregiè exculta, ob non repudiatos Angliæ regni honores, vnà cum marito Gilberto Dudleio, Iohan. Ducis Northumbr. superioris anni men. Augusto decollati, filio, die 12. Febr. & Henricus Ioannæ pater, die 21. eiusdem mensis, iussu MARIÆ Reginæ Angliæ, Londini capite truncati sunt. 1554

Bassa Budensis Capos, Vhiuarum, & Babotzam arces Vngariæ circa autumnum occupauit. Leonc.

ASTRAGANVM regni Astracanensis vrbem opulentissimam, in qua celebre est emporium, ad ostia fluuij Volgæ, vbi in mare Caspium exoneratur, sitam IOHANNES Basilius Moscorum Princeps bello petitam, hoc anno potestati suæ subiecit, & regnum illud Tattarorum Astracanensium totum occupauit. Gaguin. Chron. Moscou.

PHILIPPVS Hispaniæ Rex Caroli V. filius ingressus vrbem Angliæ Vintoniam, MARIAM filiam Henrici VIII. Regis in vxorem ducit die Iacobi, & regno Angliæ potitur: Sororque Reginæ ELISABETHA in custodiam datur.

Nati sunt:

I. ERNESTVS, Alberti filius, Dux Bauariæ, Archiepiscopus Coloniensis, Episcopus Leod. Hildes. & Frising. 17. Decembris.

II. CAROLVS Francisci fil. Henrici frater, Dux Mayniæ, vir Mauortius, bellis in Gallia contra Henricum IIII. Nauarrogalliæ Regem gestis notissimus, die 24. Maij.

III. GEORGIVS à Dybern, Eques Silesius genere, eruditione, autoritate & virtutum optimarum laude vir nobilissimus, & Autoris Indicis huius amicus præcipuus, die 11. Aprilis, in Silesia.

IV. IACOBVS Bongarsius literis & legationibus obitis clarus in Gallia, 16. Nouembr.

V. IACOBVS Christmannus, Professor Philosophicus in Acad. Heydelbergensi, plurimarum linguarum co-

1554 *cognitione instructißimus, C.S.E. mense Nouembri, Ioannisberga.* 1554

Obierunt:

I. IOHANNES FRIDERICVS Elector Saxoniæ, 3. Martij, ætat. 51. Hic cùm captiuus esset, & ei (an 1548.) offerretur restitutio dignitatis amissæ, si assentiretur doctrinæ Interimisticæ, spreta conditione, suam religionem abiicere noluit. Ob hanc constantissimam recusationem inter suos CONSTANTIS nomen ac laudem meruit.

II. SIBYLLA, Coniunx Iohannis Friderici Electoris, 21. Febru. diebus 11. ante mortem mariti.

III. IOHANNES Ferus, aliàs Wild / Franciscanus & Concionator Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinensis, die Natiuitatis Mariæ, 8. Septembris. Fuit vir doctissimus, eiusque scripta non solùm apud Catholicos, sed etiam apud Euangelicos quosdam in summo habentur precio.

IIII. AMBROSIVS Moibanus Theologiæ Doctor, & Pastor Ecclesiæ Vratislauiensis, 16. Ianuarij.

V. HIERONYMVS Schurff, Iurisconsul. celeberrimus, 6. Iunij, ætatis 74. Francofurti ad Viadrum.

VI. SIGISMVNDVS Gelenius Boëmus, Basileæ, ætatis 57. Hic vir egregia ingenij sui documenta dedit, vertendis in linguam Latinam Scriptoribus Græcis, Iosepho, Iustino Martyre, Dionysio Halicarnassensi, Philone & Appiano Alexandrino. De hoc Eras. lib. 27. Epist. 39. ita: Gelenius pro sua doctrina non vulgari, proque morum sinceritate, dignus est lautiore fortuna, diuitias vix ausim illi optare. Henr. Pantal. refert ad annum sequentem.

VII. PAVLVS Speratus à Rutilis, Theolog. celebris, Pomezaniensis in Borussia Episcopus, 17. Septemb. ætat. 70.

VIII. XYSTVS Betuleius, Scholæ Augustanæ Rector, vir in vtraque lingua doctissimus, 19. Iunij. ætat.

5524 ætat.53. m.3. die 26. cùm Gymnasio præfuisset an. 1554
16. Augustæ Vindelicorum.
IX. Simo Portius Neapolitanus.
X. Angelus Caninius Anglarensis, Andreæ Dudithij præceptor.

5525 Conuentus AVGVSTANVS initio anni incoatus durauit vsque ad Septemb. in quo tandem decretum factum est, ne vili Principi, Comiti, aut Ciuitati Imperiali bellum inferretur, propter doctrinam religionis. Estque hic annus 35. ab anno 1521. quo primum edictum à Carolo V. editum fuit contra doctrinam Lutheri, mense Maio. 1555

SOLYMANVS Turcarum Imp. Zigetum per Alim Bassam trium mensium spacio, Christianis vim hostilem, magna cum Turcarum strage, intrepidè repellentibus, frustrà oppugnauit, & obsidionem soluit, sub finem mensis Iulij. Leonclau. Backschius.

IOHANNES Masso Gallus Andegauensis, primus Ecclesię reformatę Parisiensis pastor creatur. Huic eidem Andegauenses & Trecenses constabilitum apud se Christi regnum debent. Interfectus est in hortulo suo obambulans 1572. mense Septemb. ætatis 39.

In ANGLIA his duobus annis propter religionem supra 800. hominum capita interierunt variis suppliciorum generibus. Sunt qui referunt, defuisse carceres tot hominum capaces, & templa captiuis inclusis fuisse pro carceribus. Exusti sunt multi Theologi, inter quos præcipuè fuerunt: NICOLAVS Ridleus Episcopus Londinensis: & HVGO Latimerus, octuagenarius, Episcopus Wolcestrēsis 16. Octobris: IOHANNES Hopperus Episcopus Glocestrensis, 14. Februarij: & ROBERTVS Ferrorus S. Dauidis apud Vuallos Episcopus, 26. Februarij, Cormardis Diœcesis suæ ciuitate. Item MARTINVS Bucerus & PAVLVS Fagius ante quadriennium mortui effodiuntur, & com-

5525 comburuntur, 16. Febr. his euentib. alii alios annos assignant. 1555

NICOLAVS Durantius Eques Melitensis, cognomento Villagagno, eam, AMERICÆ partem, quæ BRASILIA dicitur, adiit, & mense Nouemb. obtinuit. Barbari regionis huius incolæ, qui Tououpinambaultii appellantur, cognitionis & cultus veri Dei prorsus sunt expertes: carnibus humanis & præsertim hostium & captiuorum suorum frequenter vescuntur: & corpore præditi sunt robusto, sano, longæuo, & propter Solis vehementiam nigrescente. Nudi præterea omnes promiscuè incedunt, nec vllas corporis partes tegunt. Capillos ad sinciput abradunt: frontalia ex plumis contexta capiti imponunt, labia & genas perforant, ossa præaccuta aut virides lapillos iis inserunt: deniq; corpus compluribus pigmentis & coloribus variegant, &c. Ioh. Lerius in Hist. Nouig. in Brasil.

SLEIDANI historia, qua hoc anno terminatur, prodiit in lucem.

IOHANNES FRIDERICVS II. Dux Saxoniæ, nuptias primas celebrauit Vinariæ, die 26. Maii, cum AGNETE, Philippi Hassiæ Landgrauii filia, Mauritii Elect. Sax. relicta vidua. qua sexto coniugii mense, nempe 4. Nouemb. obiit.

Nati sunt.

I. *FRANCISCVS Andegauensis, Dux Alenconius, Henrili II. Regis Gall. filius (primùm Hercules Andegau. appellatus) die 18. Martii.*

II. *OTHO HENRICVS, Othonis fil. Dux Brunsuic. & Luneburg. die 16. Iunii.*

III. *MELCHIOR à REDERN, Liber Baro in Friedland, Reichenberg & Seydenberg, rebus in Moscouia, Polonia, Vngaria, fortiter gestis clarus, die Trium Regum, in aula Cæsarea Vratislauia Silesiorum.*

IV. *CASPARVS à Metzrad in Doberschitz, S. Cæs.*

1525 Maiest. Consiliarius, & superioris Lusatiae praefectus prouincialis, eruditus, pius & sapiens, die 19. Septemb. hora 5. matutina, in praedio Baudissin prope Budissinam. 1555

V. NICOLAVS Rhedigerus in Strisa & Sponsberg, Nicolai Fil. Nicolai nepos, vir ingenio, literis, pietate & virtute vera nobilissimus, die 14. Iulii, Augustae Vindelicorum.

VI. HERMANNVS Vulteius I C. celeber. Hassiae Principum Consiliarius, & Academiae Marpurgensis antecessor primarius, C.S.E. die 16. Decemb. mane infra 7. & 8. horam, VVetteris oppido Hassorum.

VII. IOANNES Goeddaeus I C. doctissimus, & Professor Acad. Marpurg. C.S.E. die 8. Decembris, Suertae oppido VVestphaliae.

VIII. ELIAS, Nicolai I C. frater, Reusnerus, Medicinae Licentiatus, Historiarum & Poeseos in Academia Ihenensi Professor, cuius insigne opus Genealogicū extat, die 8. Septemb. Leobergae Silesiorum.

IX. HENRICVS Meibomius, Historicus Academiae Iuliae, 4. decemb. Lemgouiae.

Obierunt.

I. IVLIVS III. PP. 23. Martii Successit MARCELLVS II. qui mox obiit, Huic successit PAVLVS IV. creatus PP. 23. Iulii, Sedit an. 4. mens. 2. dies 27.

II. HENRICVS Labretanus Nauatrae Rex, Podii in agro Bearnensi, relicta filia vnica Ioanna.

III. ELISABETHA mater Ioachimi II. Electoris Brandeburgici 10. Iunii, aetat. 72. Berlini.

IV. VVOLFGANGVS Lazius, rerum Romanarum & Germanicarum scriptor scelеberr. & totius antiquitatis indagator fidelissimus, Viennae Austriae, anno aetat. 50.

V. RVARDVS Tapper, Theologus & Inquisitor haereticae prauitatis, Louanii, aetatis 80.

Digitized by Google

5525 VI. IVSTVS Ionas Senior, Theologus, C.S.E. 9. 1555
Octob. post Lutherum 10. ætat. 63.

VII. GEORGIVS Agricola, excellens Philosophus & Med. cuius eruditissima de rebus metallicis extant scripta, 21. Nouemb. ætat 61. Chemnitii.

VIII. OLYMPIA Fuluia Morata, Fuluii Morati Ferrariensis Philosophi filia, Andreæ Grunthleri Medici Suinfordiensis coniunx, Græcarum & Latinarum literarum cognitione egregiè exulta, cuius extant Carminum & Epistolarum libelli, die 26. Octob. ætatis 28. Heidelbergæ

IV. GEMMA Frisius, Louanii ex calculo, ætatis 47. 8. Kalend. Iunias.

X. EDVARDVS Vottonus Medicus clarus, C.S. E. Londini, 3. Non. Octob.

XI. ISIDORVS Clarius Professor Benedictinus, doctus & pius, ætatis 60. febre, Fulginii, 5. Kalen. Iunii.

VII. M. ANTONIVS Maioragius, Ciceronis & Aristotelis illustrator, Mediolani, pridie Non. April.

XIII. ORONTIVS Fineus Mathematicus, Lutetiæ, pridie Non Octob. ætatis 60.

XIV. PETRVS Gillius Albiensis, Romæ.

5526 CAROLVS V. cum imperasset annis 36 (scilicet à coronatione) valedicens Germaniæ die 15. Septembris nauigat in Hispaniam, commendata gubernatione Imperii FERDINANDO fratri. In Hispania in monasterio D. Iusti se continuit, Deo vacaturus. 1556

TVGII Heluetiorum S. Bibliorum exemplaria publicè cõbusta sunt ex S.C. opera carnificis Lucernani.

OTHO HENRICVS Palatinus elector, & CAROLVS Marchio Badensis, Confessionem Augustanam in suis ditionibus propagari curarunt, veteri religione profligata.

5526 *Controuersia super Cœna Domini* BREMAE *inter Albertum Hardenbergium & Iacobum Probstum orta Philippo Melanchthoni & cæteris Theologis à Senatu Bremensi diiudicanda proponitur. VVitebergenses ambigue respondent. Hinc malum non curatum, sed exulceratum fuit.* 1556

Cometa apparuit sub initum Martii.

Nati sunt.

I. OTHO HENRICVS, *VVolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni, Sultzbacensis 22. Iulii, Ambergæ.*

II. IOANNES *Mylnerus à Mylhausen, Sac. Cæs. & Reg. Maiest. Consiliarius, & supremus in regno Bohemiæ Secretarius, eruditione, sapientia, & politicarum rerum vsu vir verè magnus & nobilis, Dominica Inuocauit, die 23. Frbr. manè circa diluculum, Pragæ.*

III. HEINRICVS *Porsius I C. Sac. Cæs. Maiest. à Secretis in Consilio Cameræ aulicæ, Vir & Poeta doctiss. die 23. Augusti, Frideberga Veterauiorum.*

IV. DAVID HÆSCHELIVS Augustanus, C. S E. 14. April.

Obierunt:

I. ADOLPHVS Comes Schauuenburgensis, Archiepiscopus & Elector Coloniensis, die 20. Septemb.

II. IOANNES Comes Isenburgius, Archiepiscopus & Elector Treuirensis, mense Februario.

III. FRIDERICVS II. Philippi filius Elector Palatinus Rheni, qui in Palatinatu religionem mutauit, 26. Februarii, ætatis 74. Alzeæ, nullis post se relictis liberis. Successit OTHO HENRICVS Ruperti filius.

IV. FRIDERICVS, Christani III. Regis Daniæ frater, Coadiutor Bremensis, Episcopus Hildeshemensis & Schleswicensis, die 27. Octobris.

V. HERMANNVS LVDOVICVS, Friderici III. Electoris Palatini filius, qui cum præceptore suo Ni-

Digitized by Google

suo Nicolao Iudice, Hieronymo Rechlingero, 1556
Patritio Augustano, Ioanne Bellouæo, & ipsomet nauta in traiectu Auarici Biturigum (cum in illa Academia bonis literis operam nauaret) inuersa nauicula est submersus, Cal. Iul. an ætat. 15. post horam 6. vespertinam.

VI. THOMAS Craumerus Archiepiscopus Cantuariensis, exustus Londini in Anglia, ætat. 68. die 21. Martii Balæus. Beza in Iconibus.

VII. IOANNES Forsterus Theologus, autor Lexici Ebraici, 8. Decemb. VVitebergæ.

VIII. IOANNES Schleidanus morbo Epidemio, 13. Octob. ætat. 50. Argentinæ.

IX. CONRADVS Pellicanus Rubeaquensis, Græcarum literarũ in schola Tigurina professor per 30. an. feriis Paschatis, Tiguri, ætat. 78. cui successit Petrus Martyr. Beza in Iconib. ad annũ præcedẽtem refert: Christoph. Vrstisius vero in Epitome historiæ Basiliensis ad annum 1558.

X. VALENTINVS Friedlandt Trozendorffius, apoplexia extinctus 26. April. Dominica Iubilate, cum in enarratione Euangelii versaretur, ætat. 67. Hic cum natus esset in pago Trozẽdorff prope Gorlicium, quodammodò inter pecora didicit literas. Ipse narrauerat, se cortice betularum pro papyro vsum esse. Cumq; matre in Scholam Gorlicensem deduceretur, matrem edidisse hãc fatalem vocem: Rogo te, fili, maneas in schola: Mansi igitur, inquit, & hæreo nunc in ea senex multos annos, obediens mandato matris. Audiuit Melanchthonem iuuenem, & ab eo didicit Dialecticam, atque ex eo semper imitator Melanchthonis. Huius viri postrema vox fuit: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hic desiit in lectione & vox, & paulò post vita eius. Gubernauit scholã Goltbergensem amplius 30. annos, fuit seuerus custos disciplinæ. Confluxit

5526 ad eũ adoleſcenſcẽtia ex Sileſia, Polonia, Pãnonia, Morauia, multiſq; aliis locis, ac rari fuerunt docti homines in Sileſia, qui nõ ipſo Præceptore vſi eſſent. Trozẽdorfio defuncto, in gubernatione ſcholaſtica MARTINVS Taburnus Glogovienſis Sileſius, ſucceſſit, & Rectoris munere functus eſt. 1556

XI. FRANCISCVS Xauerius Cantaber, Ignatii Laiolæ ſocius, qui in penitiſſimas Iaponiorum terras Verbi Dei lumen, primus intuliſſe dicitur, in ipſo Sinarum aditu diſceſſit.

XII. IGNATIVS Laiola, nobilis Hiſpanus, Princeps & autor Societatis Ieſu, die 31. Iulii, ætat 65. ab inſtituta Societate an. 21.

XIII. MARIANVS Socinus Iunior I C. clariſſi. qui multa in Iure edidit ſcripta, die 19. Auguſt. ætat. 74. m. 4. d. 25. Bononiæ. Schraderus.

XIV. HVGO Babelus Hyppolitanus, Philoſophus, & linguarum olim in Collegio trilingui Buslidiano Louanii Profeſſor, Cal. Septemb. ætat. 92. m. 3. d. 5. Louanii. Boiſſardus in Iconibus.

XV. DAVID Georgius periit Baſileæ, 23. Auguſt. qui ſe immortalem eſſe mentitus fuerat, ſpẽ moribundus fecit, reuicturum poſt triennium.

5527 *VVORMATIAE inchoatum eſt colloquium inter Theologos menſe Septembri de cõtrouerſiis Eccleſiaſticis, fuitque Præſes IVLIVS Pflug Epiſcopus Naumburgenſis, cui additi erant aſſeſſores partim Pontificii, partim amplexi Confeſſionem Auguſtanam. Collocutores erant Pontificii MICHAEL Epiſcopus Merſpurgenſis, DELPHIVS Suffraganeus Argẽtinenſis, CANISIVS, STAPHYLVS, & duo Theologi Louanienſes. Reſponſuri de confeſſione Auguſtana illis oppoſiti fuerũt: PHILIPPVS Melanchthon, ERHARVS Snepfius lector Ibenenſis, IOANNES Brentius Stutgardianus, IACOBVS Rungius Paſtor Gripſualdenſis, GEORGIVS Cargius Paſtor Onolsbacenſis, & IOANNES Piſtorius Nidanus. Notarii ex Euangelicis fuerunt: PAVLVS Eberus & IA* 1557

5527 *COBVS Andreæ Pastor Göppingensis. Estq; initio eruditè disputatum de norma iudicii in Ecclesia. Constituebant Catholici normam perpetuũ consensum: Euangelici iudicii normam affirmarunt esse prophetica & Apostolica scripta & Symbola. Dixerunt etiã Scriptorum Ecclesiæ veterum testimonia de dogmatib. se adiungere, sed discernendos esse scriptores, alios magis, alios minus puros esse. Qua autem occasione colloquium abruptum sit, discatur ex aliis scriptis.* 1557

PAVLVS IV. Papa, publico edicto prohibet lectionem Adagiorum Erasmi.

SELYMVS & BAIAZETES, filii SOLYMANI Turcarũ Imp. patre superstite, ad Amasiam de legitima in imperio paterno successione, prælio inter se dimicarũt. Baiazetes à Selymo fratre victus ex Caramania vnà cũ 4. filiis & reliqis exercitus ad Techmasen Regẽ Persarum profugit, apud quem paulò post cum filiis suis, rogatu Solymani, neruo adhibito suffocatus est. Leonclauius.

Bellum inter Reges GALLIÆ & HISPANIÆ gestum: in quo PHILIPPVS Rex Hispaniarũ Gallos ad S. Quintinũ in ipsis regni sui auspiciis ducum suorũ virtute memorabili prælio superauit, & victoriam insignem, ac nobilitate cæsorum & captorum illustrem, adeptus est die 10. Augusti.

Grauißima persecutio Lutetiæ excitata aduersus Euangelicos, expugnato vico Iacobæo, 4. Septemb.

Nati sunt.

I. *MATTHIAS Archidux Austriæ, filius maximiliani II. Imp. 24. Febr. in ipso fere puncto mediæ noctis Eberus habet 23. à nato Matthia Coruino 114. Viennæ.*

II. *FRIDERICVS VVolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni, die 10. Augusti.*

III. *FRIDERICVS Dux VVirtembergicus, Comes Mompelgardensis, 2. Iulii, Hochburgi.*

IV. *IOANNES FRIDERICVS, Ducis Ottonis in Harburg filius, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, die 23. Febr.*

5527 V. GEORGIVS Michael Lingelsheimius, Consiliaribus Palat. Elect. vir literatissimus. Argentinæ 9. Decembris. 1557

Obierunt.

I. IOANNES III. Emanuelis filius, Rex Portugalliæ, ætat. 51. regni sui 36. Rex declaratus est nepos eius Sebastianus, cum esset trium annorum.

II. ALBERTVS Marchio Brandeb. Casimiri filius, exul, in oppido Marchionum Badensium, quod dicitur porta Hercinia, 8. Ianuar. post Mauritium Electorem Sax. an. 3. m. 6. ætat. 35.

III. IOANNES II. Ioannis I. filius, Palatinus Rheni, Comes Simerius & Spanh. princeps literatorũ patronus, Imperiali Cameræ an. aliquot summa cum laude Iudex præfuit. die 18. Maii. ætat. 71.

IV. GREGORIVS Pontanus Iurisconsultus, 20 Feb, cum vixisset vltra 70. annos, Ihenæ.

V. VITVS Amerbachius VVemdingensis. Philosophus, C.S.E. primum Lutheri & Melanchthonis auditor, postea Pontificius & Professor Ingolstadii, ætat. 70.

5528 FERDINANDI CÆS. IMPERium. 1558

CAROLVS V. Imp. Francofurti ad Mœnum per Legatos resignauit imperium in manus Electorum 24. Febr. ita translatum est in FERDINANDVM, qui creatus est Imperator 18. Martii.

HENRICVS II. Rex Galliæ consilio Petri Strozæ, & virtute ac felicitate Francisci Ducis Guisii Legati sui, CALETVM Picardiæ Vrbem & portum celeberrimum ac munitissimum, die 8. Ianuarii expugnauit & recuperauit.

MOSCOVITÆ Liuoniã ingressi occuparunt Neruã & Derbatum. Hoc fuit initum irruptionũ Moscouitarum in Liuoniam: quæ demum post annos 22. tristi seruitute Moscouitica & liberata Regi Poloniæ restituta est.

NI-

5528 *Nicolaus Villagagno crudeliter sæuit in Gallos Orthodoxos, qui ipsum in Brasiliam sequuti fuerant.* 1558

DIETENNOVIVM ad Mosam, 3. miliarib. ab vrbe Metensi distans, à Gallis deditione captum 22. Iunii: in qua obsidione PETRVS Stroza Gallicus Dux, globo traiectus occubuit.

FRANCISCVS Henrici II. Galliæ Regis filius primogenitus, vix adolescentiæ annos ingressus, cõiugio sibi iunxit MARIAM Scoticam, Iacobi V. Scotorum Regis relictam filiam, die 24. Aprilis, Lutetiæ.

GEORGIVS FRIDERICVS Marchio Brandeb. nuptias celebrauit Custrini cum ELISABETHA filia Ioannis Marchionis Brandeb. 26. Decemb.

IOANNES FRIDERICVS II. Ioh. Friderici I. filius, Dux. Sax. coniugem secundam duxit ELISABETHAM, filiam Friderici III. Elect. Palatini ad Rhenum, die 12. Iunii, Vinariæ.

Nati sunt:

I. *MAXIMILIANVS Archidux Austriæ, Maximiliani II. Imp. filius, 12. Octobr. ipso die Maximiliani, intra horam noctis 9. & 10. Neostadii in Austria.*

II. *IACOBVS Lectius IC. Scholæ & Reipub. Geneuensis lumen ac decus, Senatoria domo natus die Lunæ, 7. Nouemb. Geneuæ Allobrogum.*

III. *Quirinus Reuterus Theologus Heidelbergensis, 27. Septemb. Mosbaci.*

Obierunt:

I. CAROLVS V. moritur in Hispania, die Matthæi, in Cœnobio D. Iusti, 21. Septemb. ætat. 59. à nato Maximiliano auo suo ann. 100. à morte Iulii Cæsaris 1600. Constantini Magni 1021. Caroli Magni 744. Alexandri Magni 1080. à nato Rudolpho Habspurgio 340. à morte Maximiliani I. aui sui 40.

ZENOCARVS de postremo anno vitæ eius hæ-

528 commemorat: In Eremo Iusti CAROLVS, ita se con- 1558
tinebat, vt diuinis cogitationibus in solitudine optimè
vacaret: magna continentia vitæ, magna morum tempe-
rantia, magna cibi viniq; abstinentia: duodecim tantum
homines intra domesticos parietes habebat: equum v-
num, ad colloquium admittebat ferè nullos. Ipse non ali-
ter se quam Carolum appellabat, non Imperatorem. Di-
cebat se inutilem mundo, inutilem Deo esse in hac vita:
itaq; rogare & optare se, vt in vita æterna Dei laudibus
inseruire posset. Sæpe pro concordia Ecclesiæ Deum roga-
bat: In manus tuas Domine, inquit, tradidi Ecclesiam
tuam. Sæpe errores suos publicè ingemiscens lamentaba-
tur: ac ex tot annis, quos vixisset, nunquam vnum diem
DEO (prout decebat) seruiuisse. Crucifixi Christi demum
imaginem per multos dies vlnis, oculis, oreq; complexus:
septimo post translationem Imperii mense, præsente Ar-
chiepiscopo Toletano, omnibus sacris charismatibus &
Sacramentis Ecclesiæ imbutus, maximam lacrimarum
vim effundens, expirauit, ac ad cœlites (vnde illam sui ve-
nisse dicebant) animam remisit, mense Septemb. hoc est,
imperii sui anno 40. ac quadragesimi anni die, post-
quam suscepit imperium, quadragesimo. vitæ autem suæ
58. Antequam autem expiraret post sacram vnctionem,
etsi antea corpus Domini acceperat, iterum illud gustare
voluit, inquiens: In me manes, Ego in te maneam. Idem
Zenocarus hæc eius apophtegmata recitat;
I. Quemadmodum Saturnus, qui ex septem Planetis al-
tissimum insedit culmen, tardissimè circumducitur: Ita
Monarchas Austriacos. qui summa apud mortalium ge-
nus functione vtuntur, quam minimè præcipites esse opor-
tet. II. Vt Sol non alius est inopi alius locupleti, sed o-
mnibus æquus & communis: ita Reges personam spectare
haud debent, sed rem: Iustitiaq; & beneuolentia eorum
omnibus ciuibus suis patere debet. III. Sicut Solis defe-
ctio magnorum motuum plerunq; argumentum trahit:
ita Regum errores etiam mediocres magnam rebus hu-
manis perturbationem afferunt. IV. Et vt idem Sol ce-
ram

1528 *ram liquefacit, & lutum indurat: ita eadem Regis liberalitas alios reddit meliores, alios ingratiores & nequiores. V. Quemadmodum Luna, quo propior est Soli, hoc minus habet luminis, minusq; irradiatur: ita quidam quo propius sunt ad latus Regum, minus irradiantur, minusq; ditescunt & inaurantur. VI. Et vt Luna præcipuè mouet inferiora, non quod efficacior, sed quod vicinior: ita multum habet momenti ad motus belli paciq; sedandos vicinitas Regis. VII. Ac veluti quædam fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem confusa: ita diuina vis ac regia potestas in obsistentes sæuit, mollibus parcit & cedentibus.* 1558

II. ELEONORA Regina Galliæ, Caroli V. soror, die 1. Februarii, in Hispania, ante fratrem.

III. MARIA Regina Vngariæ, Caroli V. soror, die 18. Octobr. in Hispania, post fratrem. Em. Moteranus.

IV. MARIA Regina Angliæ, 17. Nouemb. & post illam horis 16. REGINALDVS Polus Cardinalis, ætat. 59. Mariæ successit ELISABETHA, filia Henrici VIII. Virgo 25. annorum, literis politioribus exculta, & exoticarum aliquot linguarum apprimè docta, quæ 26. Nouembris, sapienter & feliciter regnare cœpit.

V. ANTONIVS Comes Schauuenburgensis Archiepiscopus & Elector Coloniensis, die 18. Iunii.

VI. GEORGIVS Comes VVirtembergensis & Mompelgardensis, Biponti 19. Iunii.

VII. IVLIVS CÆSAR SCALIGER, Eques Auratus, Criticus Grammaticus acerrimus, Poeta excellens, Philosophus eruditissimus, & alter in medicina Aesculapius, cuius nomen scripta ab eodem edita ad omnem posteritatem immortale reddiderunt, 21. Octobr. æt. 74. m. 6. d. 26. Aginni Nitiobrigum. Huic viro non Aginni modo ciuitas, sed Aquitania penè ipsa (piis ipsius domo

tam

5528 tanquam hospitio vtentibus) veræ pietatis instaurationem magna ex parte debent. Beza in Iconibus. 1558

VIII. AVGVSTINVS Cacalla Hispanus, Theologus & Caroli V. Concionator aulicus, ab Inquisitione Hispanica propter veritatis agnitionem damnatus, & combustus est die 21. Maii, Valledoleti in Hispania.

IX. IOANNES Bugenhagius Pomeranus, Pastor Ecclesiæ Witebergensis, 20. Aprilis, ætat. 73. gubernauit Ecclesiam VVitebergensem an. 36. Successit Paulus Eberus.

X. IOANNES Fernelius Ambianus, Medicus excellens, C.S.E. 26. Aprilis, ætat, 52. Lutetiæ Parisiorum.

XI. IVSTVS Menius Theologus, 2. Augusti, Lipsiæ.

XII. IACOBVS Micyllus, Græcæ Linguæ in Acad. Heidelberg. Professor, C.S.E. 28. Ianuarii, ætat. 55. Heidelbergæ.

XIII. ERARDVS Snepfius Hailbrunnensis, Acad. Ihenensis Professor, die 1. Nouemb. ætat. 63. Ihenæ.

XIV. IANVS Cornarius, Med. & Philosophus, qui scriptis suis optimè de studio Medico est promeritus, die 16. Martii, an. ætat. 58. Ihenæ.

XV. ANDREAS Aurifaber Vratislauiensis, Medicus Ducum Borussiæ, die 12. Decemb. æt. 46. Regiomonti Borussorum.

XVI. IOANNES Ferrarius Montanus IC. cuius in feuda eruditi extant Commentarii, 25. Iunii, Marpurgi.

XVII. IOACHIMVS Mollerus Senior, Senator Hamburgensis, & nomine Reipub. Præfectus arcis Ritzebuttel, doctorum virorum, dum vixit, amantissimus, & Religionis promotor apud suos sin-

singularis, die 7. Octobr. ætat. 58. in arce Ritzebuttel. 1558

XVIII. ANDREAS Tiraquellus Iurisconsultus, Lutetiæ, sub exitum anni. Hic vir singulis annis singulos libros & liberos Reipub. dedit. Thuanus.

CONVENTUS ordinum Imperii fuit Augustæ, in quo sancita est pax religionis, & facta sunt exequiæ CAROLO V. Legatus Electoris Palatini, nomine sui Principis astitit Missæ, noluit tamen figere osculum in patinam sacram, oblatam à Cardinali Augustano, qui Missam celebrabat. Cardinalis iratus, magna voce dixit: *Si non vis benedictionem, habeas tibi maledictionem in æternum.* Reliqui Legati Sociorum Augustanæ Confessionis non sunt ingressi templum. 1559

ELISABETHA Angliæ Regina, Pontificia religione abolita, religionem reformatam in totum regnum introducit, & exulibus ob eandem omnibus liberam ad suos redeundi facultatem præbet.

Prodiit Paradoxon, quod bona opera sint perniciosa ad salutem.

IOHANNES Coxus Scotus, cum domi hæreseos damnatus in Angliam se recepisset, & mortuo Eduardo Genæuam fugisset, hoc anno in patriam reuersus Euangelium annuntiarit.

DIETMARSI victi dedunt se Friderico II. Regi Daniæ, 30. Iunii. Estq; annus 35. à morte Henrici Sudphaniensis, quem ipsi occiderunt.

DAVID Georgius hæresiarcha effossus crematur Basileæ, 13. Maii.

PHILIPPVS II. Rex Hispaniarum nuptias celebrauit cum ELISABETHA, filia Henrici II. Regis Galliæ 5. Iulii.

CAROLVS Dux Lotharingiæ coniugem duxit CLAVDIAM Valesiam, Henrici II. Regis Galliæ filiam, 22. Ianuarii, Parisiis.

Nati

5529 Nati sunt: 1559

I. *ALBERTVS Archidux Austriæ, MAXIMIL. II. filius, 13. Nouemb. inter 9. & 10. antemeridianam, Neostadii Austriæ.*

II. *ANDREAS Leszinsky de Leszno, Palatinus Brezensis & Cuiauiensis, vir illustris, literarum & literatorum patronus, fautor & promotor egregius, in vigilia D. Andreæ, siue 29. Nouemb. hora 9. min. 54. post meridiem, Astronomico more: Seu iuxta maius horologium Polon. hora 6. min. 5. noctis sequentis d. 29. Nouemb. in Polonia.*

III. ISAACVS Casaubonus Græcæ & Latinæ linguæ felix propagator, 8. Febr.

IV. *IOANNES GEORGIVS Godelmanus IC. & Consiliarius Elect. Sax. qui de Lamiis eruditè scripsit, die 12. Martii, Tubingæ in agro VVirtembergico. Crusius.*

V. *ARNOLDVS de Reyger IC. C. S. E. die 17. Ianuarii, in Belgico.*

VI. *HVLDERICVS Schoberus, Poeta elegans, cuius eruditi & iucundi editi extant Poematum libelli, 4. Nouembris, Lubenæ Silesiorum.*

Obierunt:

I. PAVLVS IV. PP. 18. Augusti, ætat. 84. successit PIVS IV. qui sedit an. 3. m. 11. d. 14.

II. CHRISTIANVS Rex Daniæ, 1. Ianuarii, ætat. 56.

III. CHRISTIERNVS Rex Daniæ, qui expulsus regno decem annos exul vagatus fuerat, & postea an. 27. in custodia habitus, 25. Ian. æt. 78. dieb. 24. post obitum Christiani Regis.

IV. HENRICVS II. Rex Galliæ in nuptiis filiæ à Mongomerio ad hastiludium prouocato vulneratus, obiit 10. Iulii, an. ætat. 41. regni 13. successit FRANCISCVS II. æt. 16.

V. OTHO HENRICVS, Elector Palatinus Rheni, 12. Febr. æt. 56. Heidelbergæ sine liberis. Vnde dignitatem & ornamenta Elect. Palat. ad Rhenū Frideric. III. hæreditaria successione adeptus est.

VI.

VI. FRANCISCVS OTHO Dux Luneburgensis, Ioachimi II. Elect. Brandeb. gener, nondum completo 3. mense post nuptias Berlini celebratas: 29. Aprilis, æt. 29. 1559

VII. LAVRENTIVS Priolus Dux Venetorum, 17. Augusti.

VIII. HERCVLES Atestinus Ferrariæ Dux, æt. 51. 5. Non. Octob.

IX. IOANNES Gropperus Cardinalis, C.S.E. 13. Martii, æt. 58. d. 18. Romæ. Schrad.

X. ALOYSIVS Lippomanus Venetus, Episcopus Metonæ & Veronæ,

XI. IOACHIMVS Perionius.

XII. IOANNES Baptista Folengius, ætat. 60. Mantuæ.

XIII. ANNAS Burgius Gallus IC. & supremæ Curiæ Parisiensis Consiliarius, propter religionem Lutetiæ primum strangulatus, & postea crematus est, 21. Decemb. æt. 37. Beza in Iconibus.

XIV. FRANCISCVS Duarenus IC. clarissimus, qui præterquam quod eloquentia, dicendique genere suaui & facili omnes sui temporis IC. superauit, docendi ratione maximè antecessit. Primus enim methodicam docendi rationem non obseruatam iterum reuocauit & restituit, C.S.E. Biturigibus Auaricum, ætat. 50. Forsterus in hist. Iuris C. Rom.

XV. GEORGIVS Rekrod, bellator strenuus, & felix, die 28. Nouemb. Herleshusii arce sua prope Isenacum.

XVI. IACOBVS Milichius Medicinæ Doctor, 10. Nouemb. ætat. 59. VVitebergæ, apoplexia tactus.

XVII. ERASMVS Sarcerius Theologus, C.S.E. 28. Nouemb. æt. 59.

XVIII. LVCAS Cauricus Geophonensis, Episcopus Ciuitatensis, diuinationib. Astrologicis celebris,

1529 bris,6.Martii,cum vixiſſet ann.82. menſ.11.d.22. 1559
Romæ Schrad.in monum.Italiæ.Boiſſardus in Iconibus refert ad annum præcedentem.

XIX. Robertus Stephanus, Henrici Stephani V.CL.pater, Pariſienſis, Typographus Regius, 27.Septemb.æt. 56. Beza in Iconibus.

XX. Caspar Bruſchius Egranus,Poeta Laur. vir doctiſ.& antiquitatis eruendæ ſtudioſiſſimus, C. S.E.interiit traiectus ſclopo,inſidiis quorundam in Silua Schlingenbacenſi inter Rotenburgum & VVinshemium, æt. 41. Cruſius.

Hoc anno in Hiſpania de Satana & morte glorioſiſſimè triumpſſarunt: AVGVSTINVS CACALLA,quem in Germania Carolus V.Concionatorem habuerat. IOHANNES Ægidius poſt mortem crematus. VARQVIAS in ipſo Inquiſitorum certamine mortuus. CONSTANTINVS PONTIVS,trium linguarum egregiè peritus,Confeſſor Caroli V.

Hoc eodem anno in vrbe Valdolidi,menſe Maio,Chriſti nomine,cremati: FRANCISCVS BIVERVS,doctoris Cacallæ frater, antea ſacrificus. ANTONIVS PERESIVS,itidem antea ſacrificus Valentiæ. CHRISTOPHORVS DELCAMPIVS, Zamorencis. CHRISTOPHORVS PADILLA, Zamorencis. ANTONIVS HESVELLVS, Torencis. LEONORÆ BIVERÆ, pientiſſimæ mulieris, Cacallæ & Franciſci Biuerorum matris,cadauer. CONSTANTIA & LEONORA Biueræ , earundem ſorores. CATHARINA ROMANA : ISABELLA à STRADA: IOHANNA VELASQVA,Pedrozenſes. CATHARINA ORTEGNA , Valdolidenſis.

Siuiliæ hoc ipſo anno 14.die Septemb,cremati: IOHANNES PONTIVS, ex nobiliſſima Comitum Bailenſium familia. IOANNES CONSALVVS, Siuilienſis Concionator. FERDINANDVS SANTIVANVS,Ludimagiſter. MORZILIVS: S.Iſidori Monachus.

5529 *nachus.* IVLIANVS FERDINANDVS. CHRISTOPHORVS LOSADAS, *Medicus.* CHRISTOPHOR. AVELLANVS, *S. Isidori Monachus.* ISABELLA VAENIA, *cuius domus, quæ piis omnibus patuit, funditus fuit euersa.* MARIA VIRICZA. CORNELIA. MARIA BOHORTHIA. FRANCISCA CHAVEZA: *feminæ nobiles.* 1559

5530 PIVS IV. creatur Pontifex: coronatur die Epiphaniorum. In solenni nummorum iactu in turba necati sunt 18. homines: supra 40. luxati & elisi. 1560

FILECKVM Vngariæ superioris arx munitissima à Turcis occupatur.

MARTINVS Bucerus & PAVLVS Fagius, qui ante quadriennium combusti & in cineres redacti erant, publicis laudibus ornati, & honori suo restituti sunt in Anglia, 30. Iulii.

HEIDELBERGÆ IOANNES Stöffelius, IOANNIS FRIDERICI Saxoniæ Ducis Theologus, permissu Electoris Palatini publicè proponit Theses de orali manducatione corporis Christi, de quibus fuit disputatum. Stöffelius sententiam suam sequentibus annis mutasse dicitur.

In SCOTIA hoc anno mirè tumultuatum est, dum Papismum deserunt. Surius.

CLASSIS Hispanorum, cui Dux Medinæ Celi Siciliæ Præfectus, cum Iohanne Andrea Doria, præerat, prope Insulam Africæ Meningen ad Syrtes obiectam (quam hodie Zerbi vocant) à Piali Bassa profligata & dissipata est mense Augusto, Christianorum à Turcis cæsi & capti perierunt 18000. triremes 27. & naues onerariæ 14. amissæ sunt. Leonclauius.

REX MAVRITANIÆ in Vrbe Fesa cum magna multitudine hominum abiecto Mahumetismo Christianæ fidei professionem amplexus & baptizatus est die: Iulii.

LVDOVICVS Elector Palatinus Rheni coniugem duxit Elisabetham, Philippi Hassiæ Landgrauii filiam, 8. Iulii, Marpurgi.

5530 IOACHIMVS ERNESTVS Princeps Anhaltinus cum AGNETE VVolfgangi Comitis Barbiensis filia nuptias celebrauit. 1560

IVLIVS Dux Brunsuic.&Luneburg.matrimonium init cum HEDWIGE Marchionissa Brandeb. Ioachimi II.Elect.filia,die 25.Febr.Berlini.

Nati sunt:

I. *CHRISTIANVS Dux Saxoniæ Elector, Augusti Electoris Sax.filius, Princeps omnibus animi, corporis & fortunæ bonis ornatißimus,die 28. Octobr.hora 4. ante merid.Dresdæ.*

II. *CAROLVS, VVolfgangi filius,Comes Palat.Rheni, Birckenfeldensis,4.Septemb.*

III. *ERNESTVS FRIDERICVS,Caroli filius,Marchio Badensis & Hochbergensis, Princeps Pius & pacificus,die 17.Octobr. Mulbergæ.*

IV. *VVILHELMVS LVDOVICVS,Iohannis filius. Comes Naßouiæ,Gubernator Frisiæ, die 13.Martii.*

V. VOLRADVS à Plessen Eques Megapolensis, Electoralis Palatinatus Consil.literis, virtute & multis legationib.clarus, 29.Iunii.

VI. *CASPARVS Bauhinus Med.D.Rei Anatom.& Herbariæ in Acad.Basiliensi Professor hoc tempore clariß.& diligentiß.ac Illustriß.Ducis VVirtenbergici Medicus,cuius in Anatomicis & Botanicis eruditißima extant scripta, die 17.Ian.hora 7.vespertina, Basileæ.*

VII. *IANVS Gruterus, Philologus & Historicus, & Bibliothecarius Archipalatinus,4. Decemb. Antuerpiæ.*

VIII. *CONRADVS Rittershusius I. C. Philologus,Professor Altorfinus, Brunsuici 24.Septemb.*

Obierunt:

I. FRANCISCVS II.Rex Galliæ,5.Decemb.ex apostemate cerebri;à morte aui sui Francisci 1. an. 14.æt.17.regni an.1.m.4.

II. GOSTAVVS Sueciæ Rex sapiens,fortis ac felix. die S. Michaelis. æt.70. cum regnum Sueciæ in pristinã libertatem vindicasset, & legib. iudiciis,

præ-

1530 præsidiis & armis munitum, an. 38. sapienter & feliciter rexisset. Huic successit filius Ericus. 1560

III. MARIA Regina Scotiæ, dum à Galliæ Rege contra non ita dudum de religione concitatos motus suppetias opperitur.

IV. PHILIPPVS Dux Pomeraniæ, Princeps pietatis, iustitiæ & pacis amantiss. 14. Febr. hora 8. matutina, æt. 45.

V. ANDREAS DORIA Genuensis, peritia rei naualis omnibus suæ ætatis ducibus antecellens, rebus maximis bello ac pace gestis, & libertate firma patriæ ante annos 32. restituta, mense Nouembri, æt. 93.

VI. FRANCISCVS Oliuarius, Henr. II. & Francisci II. Galliæ Regum Cancellarius, mœrore animi extinctus, Mense Martio. Ei successit Michael Hospitalius.

VII. IOANNES à Lasco Polonus, C.S.E. 8. Ian. æt. 61.

VIII. FRANCISCVS Burchardus Vinariensis, Cācellarius Ducum Saxoniæ, 15. Ianuar. æt. 56. dieb. 64. ante obitum Philippi Melanchthonis Præceptoris & amici sui.

IX. PHILIPPVS MELANCHTHON cum die 7. Aprilis sub noctem Dominica Palmarum febri correptus fuisset, eaq; tandem vires in eo languētes extingueret, die Veneris post Pascha VVitebergæ moritur, 19. Aprilis, paulò ante horam 7. vespertinam, cum vixisset an 63. d. 63. Estq; annus hic ab eius in Academiam VVitebergensem aduentu 42. à Confessione Augustana, quam ille scripsit 30. à morte Lutheri 14. Natalis Lutheri & Philippi distant ann. 14. Vtriusque etiam obitus totidem annis distat. Et sicut ab initio disputationum Lutheri contra Scholasticos vsq; ad obitum eius intercesserunt an. 30. ita ab anno 1530. (quo Philippus scripsit Augustanam Confessionem) ad obitum Philippi, sunt anni 30.

5530 Historiam vitæ eius ad posteritatem transmisit 1560
IOACHIMVS Camerarius peculiari libro, in quo eum describit vt virum afflictum, qui tamen bonis studiis multum profuerit. Habeo autorem virum nobilem, qui affirmauit, sapientem Imp. FERDINANDVM, audita morte Melanchthonis, dixisse: *Huius viri consilia semper fuerunt moderata.* ERASMVS ei præter insignem eruditionem & raram eloquentiam tribuit gratiam quandam fatalem, quam genio suo debeat potius, quam ingenio, & cum esset omnib. candidis gratissimus, ne apud hostes quidem haberet quenquam, cui esset admodum exosus. Ipse quidem Melanchthon sæpe repetere solitus est querelam auium: *Agnoscimus in nostris vulneribus nostras pennas.* Et alius quidam de eo iocatus dixit: *Musa Melanchth. genuit discipulos, & filii deuorarunt matrem.* Fuit etiam qui hoc protulit: *Philippus Melanth. donec vixit fuit in purgatorio: post mortem dicitur esse in inferno: in vita autem venturi seculi erit cum Deo in æterna beatitudine.*

X. GEORGIVS Sabinus, Poeta clarissimus, & Melanchthonis gener, 1. Decemb. æt. 53. mens. 7. d. 10. Francofurti ad Viadrum.

XI. PETRVS Lotichius Secundus, Poeta celeberrimus, Medicus & Professor in Academia Heidelbergensi, extinctus febri acuta Calendis Nouemb. æt. 32. Heidelbergæ.

XII. ALEXANDER Monsignanus IC. ac legum interpres clariss. die 14. Septemb. ætat. 58. m. 4. d. 4. Foroliuii Schrad.

XIII. NICOLAVS Gerbelius Phorcensis IC. & Professor Argentinensis, eruditionis laude clarus, C. S. E. die 20. Ianuarii, Argentinæ.

XIV. LEONHARTVS Stöckel. 49. die post Philippi obitum, & sicut Philippus obiit die Veneris post Pascha: ita Leonhartus die Veneris post pentecosten, 7. Iunii.

5530 XV. PETRVS Palladius Ripensis, Theologus Danicus celebris, & Hafniensis Acad. Professor, C. S.E.3. Ianuarii, æt. 57. Hafniæ. 1560

XVI. IACOBVS Bordingus Antuerpianus, Medicus Regum Daniæ, nec non Academiarum Rostochianæ & Hafniensis Professor, die 5. Septem. æt. 50. Hafniæ.

XVII. IOANNES Dryander Veteranus, Medicus & Mathematicus, 13. Cal. Ian. Marpurgi.

5531 *CAROLVS IX. puer XI. annorum, Rex Galliæ coronatur Remis, 18. Maii.* 1561

CONVENTVS Principum celebratus est Neoburgi ad Salam, vbi responderunt Principes Pontifici Romano, inuitanti eos ad Concilium: Decreta item de quibusdam controuersiis facta & confirmata sunt.

PHILIPPVS Rex Hispaniæ nouam DVACI Artesiæ vrbe Academiam iisdem cum Louaniensi Academia legibus instituit, die 7. Octobris.

Colloquium POSSIACVM in Gallia de religione 9. Septemb. institutum, inter Cardinalem Lotharingiæ & inter Theodorum Bezam, finitum est 25. Nouembris.

Seditio Luteriæ orta 26. Decembr. Euangelicis in templo S. Medardi congregatur.

ALBERTVS Hardenbergius Theologiæ Doctor à Principibus & statibus Circuli inferioris Saxoniæ, Brunsuigæ congregatis, quibus Episcopus Bremensis causam Alberti diiudicandam commiserat, propter Zuinglianismum ab officio motus Embdam concedit: vbi aliquot annos post moritur.

Consules & Senatores nonnulli, multiq; ciues Bremenses Luterani panico terrore perculsi ex vrbe fugiunt. DANIEL à Buren Alberti fautor, Consul nouum Senatum creat.

Hoc ipso anno LIVONIA graui ac diuturno bello multisq; cladibus à Moscouitis afflicta, vastata, & magna ex parte in

5531 *te in potestatem eorundem redacta cum propter plurimarum ciuitatum, arcium & propugnaculorum amißionẽ, bonorum direptionem, & quotidianas incursiones virib. opibusq; propriis statum suum defendere, seq; à seruitute & crudelitate hostili diutius tueri non posset: publico & vnanimi ordinum consensu clientelæ & potestati Sigismundi Regis Poloniæ se subiecit, & eiusdem ditionib. adiuncta est mense Nouembri: atq; ita ordo militum Teutonicorũ in Liuonia, cũ floruisset annos 357. abrogatus desiit.* 1561

ALBERTVS à Lasco IACOBVM Heraclidem Sami Despotam in Moldauiam introducit, Alexandrum eius loci Principem crudelem vnà cum numeroso exercitu exigua manu 18. Nouemb. fundit & profligat, & Iacobum Despotam in regnum ampliß. & locupletiß. vsq; ad vltimos suos terminos victrici fortitudine adeptum, reponit. Backschius. Leonclau.

VVILHELMVS Princeps Auraicus secundas nuptias celebrauit cum ANNA, Mauritii Elect. Sax. relicta filia vnica, Lipsiæ, die 25. Augusti.

VVILHELMVS Dux Brunsuic. & Luneburgensis matrimonium iniit cũ Dorothea, Christiani III, Daniæ Regis filia, nuptiis 12. Octobr. peractis.

SOPHIA filia Ioachimi II. Elect. Brand. nupsit VVilhelmo Vrsino de Rosis, Gubernatori domus Rosenbergicæ, die 14. Decembris.

Nati sunt:

I. *VVENCESLAVS Archidux Austriæ, MAXIMILIANI II. Imp. filius, 9. Martii, Neostadii Austriæ, primo quadrante post horam 10. antemeridianam.*

II. *CAROLVS EMANVEL, Emanuelis Philiberti filius, Dux Sabaudiæ.*

III. *ABRAHAMVS Burggrauius à Dona, L. Baro in VVartenberg & Brelyn, &c. Sac. Cæs. Maiest. à Consiliis, & Marchionatus Lusatiæ superioris Præses, heros cum sapientiæ & eruditionis laude, tum bellicæ virtutis decore, insignis, 11. Decemb. h. 7. vespert. in Silesia.*

IV. *HIPPOLYTVS à Collibus IC. Elect. Palat. à Consiliis,*

&

& Dicasterii Heidelberg. Præses, C. S. E, die 20. Febr. in Heluetia. 1561

V. AMANDVS Polanus à Polansdorff, S. Th. Doctor & Professor in Acad Basiliensi, D. Ioannis Iacobi Grynæi gener, C. S. E. die 16. Dec. Oppauia Silesiorum.

VI. BARTHOLOMÆVS Pitiscus Grunebergensis Silesius, Theologus & Friderici IV. Elect. Palat. ad Rhenum in aula Heidelbergensi Concionator, in agro Grunebergico Schlauna, die Bartholomæi.

VII. GEORGIVS REMVS IC. Philologus, Reip. Noricæ Consiliarius, Augustæ Vindelicorũ, pridie non. Ian.

Obierunt:

I. IOACHIMVS, Ernesti fil. Princeps Anhaltinus, 6. Dec. ætat. 52. Dessauiæ.

II. CAROLVS, Iohannis filius, Princeps Anhaltinus, 4. Martii, ætat. 27.

III. CATHARINA, Mauritii & Augusti Electorum Saxoniæ mater, 6 Iunii, æt. 84. Torgæ.

IV. IOANNES Comes Tarnouius, Castellanus Cracouiensis, summus exercituum regni Poloniæ Dux, literis & armis clarissimus, 16. Maii, æt. 73. in curia sua Viecoionensi.

V. MICHAEL Sidonius Episc. Mersebürgẽsis, æt. 55.

VI. GABRIEL Mudæus Brechtanus IC. exquisitæ doctrinæ, acrisq; iudicii, primarius olim Louaniensis Professor, C.S.E. in Gallia. Forsterus.

VII. CONRADVS Lycosthenes Rubeacensis (cuius insignem eruditionem & industriam lucubrationes testantur) apoplexia tactus, 25. Martii, æt. 42. m. 7. d. 7. Basileæ.

VIII. CASPAR Schwenckfeldius, nobilis Silesius, 10. Decemb. æt. 71. in Sueuia. Eius Symbolum fuit: Nil Christo triste recepto.

IX. PETRVS Viretus Sabaudus, Lausannensis primum, & deinde Lugdunẽsis Ecclesiæ in Gallia Pastor, in saltib. Pyrenæis, æt. 60. Beza in Iconibus.

X. MELIOR Volmar⁹ Rotuillẽsis German⁹, Caluini

5531 & Bezæ Præceptor,æt.64.Isnæ.Beza in Iconibus· 1561
5532 *MAXIMILIANVS renunciatur Rex Romanus 24.Nouemb.Francofurti,coronatur 30.Nouemb. Corona regni BOHEMIÆ imposita est ei Pragæ 20. Septemb.* 1562

ANTONIVS Borbonius Rex Nauarræus ad Pontificios à reformatis defectionem facit: & primus exercitum Regis contra fratrem LVDOVICVM Borbon.Principem Condæum,& alios reformatæ religionis ipsi adhærentes educit. Verum dum Rotomagum vrbem obsessam grauiter oppugnat,globo tormentario ictus occumbit,die 17. Nouemb.ætat.45.

Primum bellum GALLICVM ob religionem gestum.

FRANCISCVS Dux Guisius,Claudii Lotharingiæ & Guisiæ Ducis filius,à parte Pontificiorum,LVDOVICVS verò Borbonius Princeps Condæus, Caroli filius, Antonii Borbonii Regis Nauarræi frater, Dux reformatorum, & CASPAR Colignius Amiralius,die 19.Decemb.prælio ad Druidum Vrbem in Normandia dimicantes æquo ferè Marte conflixerunt: in quo vtrinq; circiter nouem millia cæsi: Conestabilis primum à Condæanis captus,& Marescalcus Santandræus occisus est,& tandem ipse quoq;Condæus equo collapso in Guisianorum potestatem peruenit.

Nati sunt:

I. *FRIDERICVS VVILHELMVS Dux Saxoniæ, Iohannis VVilhelmi Ducis Sax filius, Electoratus Sax. Tutor & Administrator,die 25,Aprilis paulò ante horam 11.antemeridianam, Vinariæ.*

II. *IOANNES VVILHELMVS Dux Iuliacensis, VVilhelmi filius,die 28. Maii.*

III. *NICOLAVS à Burghaus Consiliarius Cæsareus, Francostenii Silesiorum,die 12. Nouemb.*

IV. *IOANNES à Nostitz & Noes in Strentz,Ioachimi Friderici DucisBreg.& Lignicēsis Cōsiliarius,& Ducatus VVolauiensis ac ditionis Hernstadianæ, &c. Præfectus Pro-*

5522 *Prouincialis, ingenio, & literis ex virtute nobilis, Dominica Lætare, quæ erat dies 8. Martii, mane inter h.5. & 6.* 1562

Obierunt.

I. PETRVS Martyr Vermilius Florentinus, Argentinæ primùm, postea in schola Trigurina sacrarum literarum Professor, C.S.E.13. Nouemb. ætat.63. Triguri.

II. SIMON Pistoris I C. & Consiliarius Elect. Saxoniæ, qui nobiles illos duos Iureconsultos MODESTINVM & HARTMANNVM Pistor. inter alios filios suos superstites reliquit, die 3. Decem. ætat. 73. in pago suo Seuselitz.

III. IOANNES Homilius insignis Mathematicus & Philosophus, ob eruditionem & virtutem carus CAROLO V. Imperat. gener Ioachimi Camerarii, 3. Iulii, ætat. 44. Lipsiæ.

IV. BASSIANVS Landus Placentinus, Medicus & Philosophus excellentiss. & in schola Patauina pub. Theoricæ professor claris. à sicario quodam septem vulneribus clam die 24. Octob. impetitus, cum totius Academiæ Patauinæ dolore, die 31. Octobris expirauit. Zuuingerus in Theat. vitæ humanæ.

V. GABRIEL Fallopius Mutinensis, Medicus Patauinus, 9. Octob. ætat. 39. Patauii.

VI. BONIFACIVS Amerbachius I C. excellens, & in Acad. Basiliensi per annos complures Professor, qui Reipub. Christianæ cum docendo, tũ de iure respondendo plurimum profuit, die 24. Aprilis, ætat. 67. Basiliæ. Christoph. Vrstisius in Epitome histor. Basiliensis.

VII. IOANNES Stigelius Gothanus, Poeta excellens, die 11. Febr. æt. 47. Ihenæ. Ante Gothæ excidium an 5.

VIII. IACOBVS Hollerius Medicus Gallus, Lutetiæ.

5533 *Finitum est* CONCILIVM TRIDENTINVM *die* 1563

1529 Nati ſunt: 1559

I. ALBERTVS *Archidux Auſtriæ, MAXIMIL. II, filius, 13. Nouemb. inter 9. & 10. antemeridianam, Neoſtadii Auſtriæ.*

II. ANDREAS *Leſzinsky de Leſzno, Palatinus Breztenſis & Cuiauienſis, vir illuſtris, literarum & literatorum patronus, fautor & promotor egregius, in vigilia D. Andreæ, ſiue 29. Nouemb. hora 9. min. 54. poſt meridiem, Aſtronomico more: Seu iuxta maius horologium Polon. hora 6. min. 5. noctis ſequentis d. 29. Nouemb. in Polonia.*

III. ISAACVS Caſaubonus Græcæ & Latinæ linguæ felix propagator, 8. Febr.

IV. IOANNES GEORGIVS *Godelmanus IC. & Conſiliarius Elect. Sax. qui de Lamiis eruditè ſcripſit, die 12. Martii, Tubingæ in agro VVirtembergico. Cruſius.*

V. ARNOLDVS *de Reyger IC. C. S. E. die 17. Ianuarii, in Belgico.*

VI. HVLDERICVS *Schoberus, Poeta elegans, cuius eruditi & iucundi editi extant Poematum libelli, 4. Nouembris, Lubenæ Sileſiorum.*

Obierunt:

I. PAVLVS IV. PP. 18. Auguſti, ætat. 84. ſucceſſit PIVS IV. qui ſedit an. 3. m. 11. d. 14.

II. CHRISTIANVS Rex Daniæ, 1. Ianuarii, ætat. 56.

III. CHRISTIERNVS Rex Daniæ, qui expulſus regno decem annos exul vagatus fuerat, & poſtea an. 27. in cuſtodia habitus, 25. Ian. æt. 78. dieb. 24. poſt obitum Chriſtiani Regis.

IV. HENRICVS II. Rex Galliæ in nuptiis filiæ à Mongomerio ad haſtiludium prouocato vulneratus, obiit 10. Iulii, an. ætat. 41. regni 13. ſucceſſit FRANCISCVS II. æt. 16.

V. OTHO HENRICVS, Elector Palatinus Rheni, 12. Febr. æt. 56. Heidelbergæ ſine liberis. Vnde dignitatem & ornamenta Elect. Palat. ad Rhenũ Frideric. III. hæreditaria ſucceſſione adeptus eſt.

VI.

Digitized by Google

5529 VI. FRANCISCVS OTHO Dux Luneburgensis, Ioachimi II. Elect. Brandeb. gener, nondum completo 3. mense post nuptias Berlini celebratas: 29. Aprilis, æt. 29. 1559

VII. LAVRENTIVS Priolus Dux Venetorum, 17. Augusti.

VIII. HERCVLES Atestinus Ferrariæ Dux, æt. 51. 5. Non. Octob.

IX. IOANNES Gropperus Cardinalis, C.S.E. 13. Martii, æt. 58. d. 18. Romæ. Schrad.

X. ALOYSIVS Lippomanus Venetus, Episcopus Metonæ & Veronæ,

XI. IOACHIMVS Perionius.

XII. IOANNES Baptista Folengius, ætat. 60. Mantuæ.

XIII. ANNAS Burgius Gallus IC. & supremæ Curiæ Parisiensis Consiliarius, propter religionem Lutetiæ primum strangulatus, & postea crematus est, 21. Decemb. æt. 37. Beza in Iconibus.

XIV. FRANCISCVS Duarenus IC. clarissimus, qui præterquam quod eloquentia, dicendique genere suaui & facili omnes sui temporis IC. superauit, docendi ratione maximè antecessit. Primus enim methodicam docendi rationem non obseruatam iterum reuocauit & restituit, C.S.E. Biturigibus Auaricum, ætat. 50. Forsterus in hist. Iuris C. Rom.

XV. GEORGIVS Rekrod, bellator strenuus, & felix, die 28. Nouemb. Herleshusii arce sua prope Isenacum.

XVI. IACOBVS Milichius Medicinæ Doctor, 10. Nouemb. ætat. 59. VVitebergæ, apoplexia tactus.

XVII. ERASMVS Sarcerius Theologus, C.S.E. 28. Nouemb. æt. 59.

XVIII. LVCAS Cauricus Geophonensis, Episcopus Ciuitatensis, diuinationib. Astrologicis celebris,

1529 bris, 6. Martii, cum vixisset ann. 82. mens. 11. d. 22. Romæ Schrad. in monum. Italiæ. Boissardus in Iconibus refert ad annum præcedentem. 1559

XIX. ROBERTVS Stephanus, Henrici Stephani V.CL. pater, Parisiensis, Typographus Regius, 27. Septemb. æt. 56. Beza in Iconibus.

XX. CASPAR Bruschius Egranus, Poeta Laur. vir doctis. & antiquitatis eruendæ studiosissimus, C. S. E. interiit traiectus sclopo, insidiis quorundam in Silua Schlingenbacensi inter Rotenburgum & VVinshemium, æt. 41. Crsius.

Hoc anno in Hispania de Satana & morte gloriosissimè triumpharunt: AVGVSTINVS CACALLA, quem in Germania Carolus V. Concionatorem habuerat. IOHANNES Ægidius post mortem crematus. VARQVIAS in ipso Inquisitorum certamine mortuus. CONSTANTINVS PONTIVS, trium linguarum egregiè peritus, Confessor Caroli V.

Hoc eodem anno in vrbe Valdolidi, mense Maio, Christi nomine, cremati: FRANCISCVS BIVERVS, doctoris Cacallæ frater, antea sacrificus. ANTONIVS PERESIVS, itidem antea sacrificus Valentiæ. CHRISTOPHORVS DELCAMPIVS, Zamorencis. CHRISTOPHORVS PADILLA, Zamorencis. ANTONIVS HESVELLVS, Torencis. LEONORÆ BIVERÆ, pientissimæ mulieris, Cacallæ & Francisci Biuerorum matris, cadauer. CONSTANTIA & LEONORA Biueræ, earundem sorores. CATHARINA ROMANA: ISABELLA à STRADA: IOHANNA VELASQVA, Pedrozenses. CATHARINA ORTEGNA, Valdolidensis.

Siuiliæ hoc ipso anno 14. die Septemb. cremati: IOHANNES PONTIVS, ex nobilissima Comitum Bailensium familia. IOANNES CONSALVVS, Siuiliensis Concionator. FERDINANDVS SANTIVANVS, Ludimagister. MORZILIVS: S. Isidori Monachus.

5529 *nachus. IVLIANVS FERDINANDVS. CHRISTOPHORVS LOSADAS, Medicus. CHRISTOPHOR. AVELLANVS, S. Isidori Monachus. ISABELLA VAENIA, cuius domus, quæ piis omnibus patuit, funditus fuit euersa. MARIA VIRICZA. CORNELIA. MARIA BOHORTHIA. FRANCISCA CHAVEZA: feminæ nobiles.* 1559

5530 PIVS IV. creatur Pontifex: coronatur die Epiphaniorum. In solenni nummorum iactu in turba necati sunt 18. homines: supra 40. luxati & elisi. 1560

FILECKVM Vngariæ superioris arx munitissima à Turcis occupatur.

MARTINVS Bucerus & PAVLVS Fagius, qui ante quadriennium combusti & in cineres redacti erant, publicis laudibus ornati, & honori suo restituti sunt in Anglia, 30. Iulii.

HEIDELBERGÆ IOANNES Stößelius, IOANNIS FRIDERICI Saxoniæ Ducis Theologus, permissu Electoris Palatini publicè proponit Theses de orali manducatione corporis Christi, de quibus fuit disputatum. Stößelius sententiam suam sequentibus annis mutasse dicitur.

In SCOTIA hoc anno mirè tumultuatum est, dum Papismum deserunt. Surius.

CLASSIS Hispanorum, cui Dux Medinæ Celi Siciliæ Præfectus, cum Iohanne Andrea Doria, præerat, prope Insulam Africæ Meningen ad Syrtes obiectam (quam hodie Zerbi vocant) à Piali Bassa profligata & dissipata est mense Augusto, Christianorum à Turcis cæsi & capti perierunt 18000. triremes 27. & naues onerariæ 14. amissæ sunt. Leonclauius.

REX MAVRITANIÆ in Vrbe Fesa cum magna multitudine hominum abiecto Mahumetismo Christianæ fidei professionem amplexus & baptizatus est die: Iulii.

LVDOVICVS Elector Palatinus Rheni coniugem duxit Elisabetham, Philippi Hassiæ Landgrauii filiam, 8. Iulii, Marpurgi. Qq Io-

5530 IOACHIMVS ERNESTVS Princeps Anhaltinus cum AGNETE VVolfgangi Comitis Barbiensis filia nuptias celebrauit. 1560

IVLIVS Dux Brunsuic.& Luneburg. matrimonium iniit cum HEDWIGE Marchionissa Brandeb. Ioachimi II. Elect. filia, die 25. Febr. Berlini.

Nati sunt:

I. *CHRISTIANVS Dux Saxoniæ Elector, Augusti Electoris Sax. filius, Princeps omnibus animi, corporis & fortunæ bonis ornatissimus, die 28. Octobr. hora 4. antemerid. Dresdæ.*

II. *CAROLVS, VVolfgangi filius, Comes Palat. Rheni, Birckenfeldensis, 4. Septemb.*

III. *ERNESTVS FRIDERICVS, Caroli filius, Marchio Badensis & Hochbergensis, Princeps Pius & pacificus, die 17. Octobr. Mulbergæ.*

IV. *VVILHELMVS LVDOVICVS, Iohannis filius. Comes Nassouiæ, Gubernator Frisiæ, die 13. Martii.*

V. VOLRADVS à Plessen Eques Megapolensis, Electoralis Palatinatus Consil. literis, virtute & multis legationib. clarus, 29. Iunii.

VI. *CASPARVS Bauhinus Med. D. Rei Anatom. & Herbariæ in Acad. Basiliensi Professor hoc tempore clariss. & diligentiss. ac Illustrif. Ducis VVirtenbergici Medicus, cuius in Anatomicis & Botanicis eruditissima extant scripta, die 17. Ian. hora 7. vespertina, Basileæ.*

VII. *IANVS Gruterus, Philologus & Historicus, & Bibliothecarius Archipalatinus, 4. Decemb. Antuerpiæ.*

VIII. *CONRADVS Rittershusius I. C. Philologus, Professor Altorfinus, Brunsuici 24. Septemb.*

Obierunt:

I. FRANCISCVS II. Rex Galliæ, 5. Decemb. ex apostemate cerebri: à morte aui sui Francisci I. an. 14. æt. 17. regni an. 1. m. 4.

II. GOSTAVVS Sueciæ Rex sapiens, fortis ac felix. die S. Michaelis. æt. 70. cum regnum Sueciæ in pristinâ libertatem vindicasset, & legib. iudiciis,

præ

1530 præsidiis & armis munitum, an. 38. sapienter & feliciter rexisset. Huic successit filius Ericus. 1560

III. MARIA Regina Scotiæ, dum à Galliæ Rege contra non ita dudum de religione concitatos motus suppetias opperitur.

IV. PHILIPPVS Dux Pomeraniæ, Princeps pietatis, iustitiæ & pacis amantiss. 14. Febr. hora 8. matutina, æt. 45.

V. ANDREAS DORIA Genuensis, peritia rei naualis omnibus suæ ætatis ducibus antecellens, rebus maximis bello ac pace gestis, & libertate firma patriæ ante annos 32. restituta, mense Nouembri, æt. 93.

VI. FRANCISCVS Oliuarius, Henr. II. & Francisci II. Galliæ Regum Cancellarius, mœrore animi extinctus, Mense Martio. Ei successit Michael Hospitalius.

VII. IOANNES à Lasco Polonus, C.S.E. 8. Ian. æt. 61.

VIII. FRANCISCVS Burchardus Vinariensis, Cancellarius Ducum Saxoniæ, 15. Ianuar. æt. 56. dieb. 64. ante obitum Philippi Melanchthonis Præceptoris & amici sui.

IX. PHILIPPVS MELANCHTHON cum die 7. Aprilis sub noctem Dominica Palmarum febri correptus fuisset, eaq; tandem vires in eo languentes extingueret, die Veneris post Pascha VVitebergæ moritur, 19. Aprilis, paulò ante horam 7. vespertinam, cum vixisset an 63. d. 63. Estq; annus hic ab eius in Academiam VVittebergensem aduentu 42. à Confessione Augustana, quam ille scripsit 30. à morte Lutheri 14. Natalis Lutheri & Philippi distant ann. 14. Vtriusque etiam obitus totidem annis distat. Et sicut ab initio disputationum Lutheri contra Scholasticos vsq; ad obitum eius intercesserunt an. 30. ita ab anno 1530. (quo Philippus scripsit Augustanam Confessionem) ad obitum Philippi, sunt anni 30.

5530 Historiam vitæ eius ad posteritatem transmisit 1560
IOACHIMVS Camerarius peculiari libro, in quo eum describit vt virum afflictum, qui tamen bonis studiis multum profuerit. Habeo autorem virum nobilem, qui affirmauit, sapientem Imp. FERDINANDVM, audita morte Melanchthonis, dixisse: *Huius viri consilia semper fuerunt moderata.* ERASMVS ei præter insignem eruditionem & raram eloquentiam tribuit gratiam quandam fatalem, quam genio suo debeat potius, quam ingenio, & cum esset omnib. candidis gratissimus, ne apud hostes quidem haberet quenquam, cui esset admodum exosus. Ipse quidem Melanchthon sæpe repetere solitus est querelam auium: *Agnoscimus in nostris vulneribus nostras pennas.* Et alius quidam de eo iocatus dixit: *Musa Melanchth. genuit discipulos, & filii deuorarunt matrem.* Fuit etiam qui hoc protulit: *Philippus Melanth. donec vixit fuit in purgatorio: post mortem dicitur esse in inferno: in vita autem venturi seculi erit cum Deo in aterna beatitudine.*

X. GEORGIVS Sabinus, Poeta clarissimus, & Melanchthonis gener, 1. Decemb. æt. 53. mens. 7. d. 10. Francofurti ad Viadrum.

XI. PETRVS Lotichius Secundus, Poeta celeberrimus, Medicus & Professor in Academia Heidelbergensi, extinctus febri acuta Calendis Nouemb. æt. 32. Heidelbergæ.

XII. ALEXANDER Monsignanus IC. ac legum interpres clariss. die 14. Septemb. ætat. 58. m. 4. d. 4. Foroliuii Schrad.

XIII. NICOLAVS Gerbelius Phorcensis IC. & Professor Argentinensis, eruditionis laude clarus, C. S. E. die 20. Ianuarii, Argentinæ.

XIV. LEONHARTVS Stöckel. 49. die post Philippi obitum, & sicut Philippus obiit die Veneris post Pascha: ita Leonhartus die Veneris post pentecosten, 7. Iunii.

XV.

5530 XV. PETRVS Palladius Ripensis, Theologus Danicus celebris, & Hafniensis Acad. Professor, C.S.E.3. Ianuarii, æt. 57. Hafniæ. 1560

XVI. IACOBVS Bordingus Antuerpianus, Medicus Regum Daniæ, nec non Academiarum Rostochianæ & Hafniensis Professor, die 5. Septem. æt. 50. Hafniæ.

XVII. IOANNES Dryander Veteranus, Medicus & Mathematicus, 13. Cal. Ian. Marpurgi.

5531 *CAROLVS IX. puer XI. annorum, Rex Galliæ coronatur Remis, 18. Maii.* 1561

CONVENTVS Principum celebratus est Neoburgi ad Salam, vbi responderunt Principes Pontifici Romano, inuitanti eos ad Concilium: Decreta item de quibusdam controuersiis facta & confirmata sunt.

PHILIPPVS Rex Hispaniæ nouam DVACI Artesiæ vrbe Academiam iisdem cum Louaniensi Academia legibus instituit, die 7. Octobris.

Colloquium POSSIACVM in Gallia de religione 9. Septemb. institutum, inter Cardinalem Lotharingiæ & inter Theodorum Bezam, finitum est 25. Nouembris.

Seditio Lutetiæ orta 26. Decembr. Euangelicis in templo S. Medardi congregatur.

ALBERTVS Hardenbergius Theologiæ Doctor à Principibus & statibus Circuli inferioris Saxoniæ, Brunsuigæ congregatis, quibus Episcopus Bremensis causam Alberti diiudicandam commiserat, propter Zuinglianismum ab officio motus Embdam concedit: vbi aliquot annos post moritur.

Consules & Senatores nonnulli, multiq; ciues Bremenses Luterani panico terrore perculsi ex vrbe fugiunt. DANIEL à Buren Alberti fautor, Consul nouum Senatum creat.

Hoc ipso anno LIVONIA graui ac diuturno bello multisq; cladibus à Moscouitis afflicta, vastata, & magna ex parte in

1531 *te in potestatem eorundem redacta cum propter plurimarum ciuitatum, arcium & propugnaculorum amissionẽ, bonorum direptionem, & quotidianas incursiones virib. opibusq; propriis statum suum defendere, seq; à seruitute & crudelitate hostili diutius tueri non posset: publico & vnanimi ordinum consensu clientelæ & potestati Sigismundi Regis Poloniæ se subiecit, & eiusdem ditionib. adiuncta est mense Nouembri: atq; ita ordo militum Teutonicorũ in Liuonia, cũ floruisset annos 357. abrogat⁹ desiit.* 1561

ALBERTVS à Lasco IACOBVM Heraclidem Sami Despotam in Moldauiam introducit, Alexandrum eius loci Principem crudelem vnà cum numeroso exercitu exigua manu 18. Nouemb. fundit & profligat, & Iacobum Despotam in regnum ampliss. & locupletiss. vsq; ad vltimos suos terminos victrici fortitudine adeptum, reponit. Backschius. Leonclau.

VVILHELMVS Princeps Auraicus secundas nuptias celebrauit cum ANNA, Mauritii Elect. Sax. relicta filia vnica, Lipsiæ, die 25. Augusti.

VVILHELMVS Dux Brunsuic. & Luneburgensis matrimonium iniit cũ Dorothea, Christiani III, Daniæ Regis filia, nuptiis 12. Octobr. peractis.

SOPHIA filia Ioachimi II. Elect. Brand. nupsit VVilhelmo Vrsino de Rosis, Gubernatori domus Rosenbergicæ, die 14. Decembris.

Nati sunt:

I. VVENCESLAVS Archidux Austriæ, MAXIMILIANI II. Imp. filius, 9. Martii, Neostadii Austriæ, primo quadrante post horam 10. antimeridianam.

II. CAROLVS EMANVEL, Emanuelis Philiberti filius, Dux Sabaudiæ.

III. ABRAHAMVS Burggrauius à Dona, L. Baro in VVartenb rg & Brelyn, &c. Sac. Cæs. Maiest. à Consiliis, & Marchionatus Lusatiæ superioris Præses, heros cum sapientiæ & eruditionis laude, tum bellicæ virtutis decore, insignis, 11. Decemb. h. 7. vespert. in Silesia.

IV. HIPPOLYTVS à Collibus IC. Elect. Palat. à Consiliis,

&

5531 *& Dicasterii Heidelberg. Præses*, C. S.E.*die* 20.*Febr.in* 1561
Heluetia.

V. *AMANDVS Polanus à Polansdorff, S.Th.Doctor & Professor in Acad Basiliensi, D.Ioannis Iacobi Grynai gener*, C.S.E.*die* 16.*Dec.Oppauia Silesiorum.*

VI. *BARTHOLOMÆVS Pitiscus Grunebergensis Silesius, Theologus & Friderici IV. Elect.Palat.ad Rhenum in aula Heidelbergensi Concionator, in agro Grunebergico Schlauna, die Bartholomæi.*

VII. *GEORGIVS REMVS IC.Philologus, Reip. Norica Consiliarius, Augustæ Vindelicorũ, pridie non.Ian.*

Obierunt:

I. IOACHIMVS, Ernesti fil. Princeps Anhaltinus, 6.Dec.ætat.52.Dessauiæ.

II. CAROLVS, Iohannis filius, Princeps Anhaltinus, 4.Martii, ætat.27.

III. CATHARINA, Mauritii & Augusti Electorum Saxoniæ mater, 6 Iunii, æt. 84. Torgæ.

IV. IOANNES Comes Tarnouius, Castellanus Cracouiensis, summus exercituum regni Polonię Dux, literis & armis clarissimus, 16.Maii, æt.73.in curia sua Viecoionensi.

V. MICHAEL Sidonius Episc. Merseburgẽsis, æt.55.

VI. GABRIEL Mudæus Brechtanus IC.exquisitæ doctrinæ, acrisq; iudicii, primarius olim Louaniensis Professor, C.S.E.in Gallia. Forsterus.

VII. CONRADVS Lycosthenes Rubeacensis (cuius insignem eruditionem & industriam lucubrationes testantur) apoplexia tactus, 25. Martii, æt. 42.m.7.d.7.Basileæ.

VIII. CASPAR Schwenckfeldius, nobilis Silesius, 10.Decemb.æt.71.in Sueuia.Eius Symbolum fuit: Nil Christo triste recepto.

IX. PETRVS Viretus Sabaudus, Lausannensis primum, & deinde Lugdunẽsis Ecclesiæ in Gallia Pastor, in saltib.Pyrenæis, æt.60.Beza in Iconibus.

X. MELIOR Volmarꝰ Rotuillẽsis Germanꝰ, Caluini

5522 *Prouincialis, ingenio, & literis ex virtute nobilis, Dominica Lætare, quæ erat dies 8. Martii, mane inter h. 5. & 6.* 1562

Obierunt.

I. PETRVS Martyr Vermilius Florentinus, Argentinæ primùm, postea in schola Trigurina sacrarum literarum Professor, C.S.E.13. Nouemb. ætat. 63. Triguri.

II. SIMON Pistoris I C. & Consiliarius Elect. Saxoniæ, qui nobiles illos duos Iureconsultos MODESTINVM & HARTMANNVM Pistor. inter alios filios suos superstites reliquit, die 3. Decem. ætat. 73. in pago suo Seuselitz.

III. IOANNES Homilius insignis Mathematicus & Philosophus, ob eruditionem & virtutem carus CAROLO V. Imperat. gener Ioachimi Camerarii, 3. Iulii, ætat. 44. Lipsiæ.

IV. BASSIANVS Landus Placentinus, Medicus & Philosophus excellentiss. & in schola Patauina pub. Theoricæ professor clariss. à sicario quodam septem vulneribus clam die 24. Octob. impetitus, cum totius Academiæ Patauinæ dolore, die 31. Octobris expirauit. Zuuingerus in Theat. vitæ humanæ.

V. GABRIEL Fallopius Mutinensis, Medicus Patauinus, 9. Octob. ætat. 39. Pataüii.

VI. BONIFACIVS Amerbachius I C. excellens, & in Acad. Basiliensi per annos complures Professor, qui Reipub. Christianæ cum docendo, tū de iure respondendo plurimum profuit, die 24. Aprilis, ætat. 67. Basiliæ. Christoph. Vrstisius in Epitome histor. Basiliensis.

VII. IOANNES Stigelius Gothanus, Poeta excellens, die 11. Febr. æt. 47. Ihenæ. Ante Gothæ excidium an 5.

VIII. IACOBVS Hollerius Medicus Gallus, Lutetiæ.

5533 *Finitum est* CONCILIVM TRIDENTINVM *die* 1563

5533 II. IOHANNES ALBERTVS, *Conradi filius, Comes Solmensis, magnus aulæ Electoralis Palatin. Magister, 5. Martii.* 1563

III. PHILIPPVS, Baro VVinnebergicus, Dominus Beilsteine, Burggrauius Alzeanus.

IV. SCIPIO Gentilis I C. prope Asculum C.S.E.

Obierunt.

I. VVOLFGANGVS Musculus Dusanus, Theologus Bernensis, C.S.E. 30. Aug. paulò post horã 10 antemeridianam, æt. 66. Bernæ Heluetiorum.

II. HENRICVS Glareanus, Poeta Laureatus, C.S.E. 28. Martii, ætat. 75. Friburgi Brisgoiæ.

III SEBASTIANVS Castalio Allobrox, Græcarũm literarum in Acad Basiliensi Professor celebris, 29. Decemb. ætat. 48. Basileæ.

IV. HIERONYMVS Frobenius, Typographus Basiliensis, edendis eleganter & emendate optimis autoribus bene de repub. literaria meritus, 13. Martii, ætat. 62.

V. AVGVSTINVS Mainardus, qui primus Clauennæ apud Rhetos collegit Ecclesiam, & aduersus turbatores annos 21. defendit, C.S.E. Iulii, ætat. 81. H. Zanchius præfat. Miscel.

5534 *SYNAXIS sacra in vtraq; specie etiam Laicis secundum Christi institutionem concessa ab Imp. FERDINANDO, die 18. Iunii Viennæ per Vrbanum Episcopum Gurcensem in templo S. Stephani publicatur & administratur.* 1564

MICHAEL Lopezius Legalpe auspiciis Philippi II. Regis Hispaniæ nouas Insulas vltra 40. versus Septentionem reperit, easque subactas de nomine Regis sui Philippinas appellauit.

GALLI Duce Renato Laudonniero classis Præfecto, in FLORIDAM Americæ prouinciam nauigationem secundam die 22. Aprilis susceperunt.

OTHO Truchsesius Cardinalis & Episcopus Au-

5534 gustanus DILLINGÆ in Sueuia Academiam magnis sumtibus hoc anno erexit. 1564

Colloquium MAVLBRVNNÆ inter Theologos Archipalatinos & VVirtembergicos de Vbiquitate & Cœna Domini habitum mense Aprili, præsentibus Principibus FRIDERICO Electore Palatino & CHRISTOPHORO Duce VVirtembergensi: exiit in nouas Theologorum digladiationes.

MARIA Scotiæ regina, Francisci II. Gallorum Regis vidua, HENRICO Stuardo Anglo nupsit 29. Iulii.

Nati sunt:

I. GEORGIVS GOSTAVVS, *Gregorii Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Veldentianus.*

II. HENRICVS IVLIVS, *Iulii filius primogenitus, Dux Brunsuicensis & Luneburg. Episcopus Halberstadensis, heros Græcis Latinisque literis excultus, 15. Octobris hora 5. matutina, in arce Hessen. Buntingus in Chronolog.*

III. ERNESTVS, *VVilhelmi filius primogenitus, Dux Bruns. & Luneburg. die 31. Decemb.*

IV. VVILHELMVS, *Ducis Othonis filius, Dux Brunsuicens. & Luneburg. 14. Martii.*

Obierunt.

I. FERDINANDVS Cæsar, Princeps mitis, affabilis, temperans & pacificus, tabe catarrhali cōsumtus obiit paulo ante septimam vespertinam, Viennæ, die Iacobi Maioris, 25. Iulii. Vixit an. 61. mens. 4. d. 14. hor. 20. Imperauit an ferme 7.

II. FRIDERICVS Staphylus Theologus Pontificius, 5. Martii, ætat. 51. Ingolstadii.

III. IOANNES Caluinus Theologus & Pastor Ecclesiæ Geneuēsis, C.S.E. die 27. Maii, æt. 54. m. 10. d. 17. ex phthisi, vigiliis & ieiuniis immodicis cōtracta, cum Ecclesiam Geneuensem infinitis

cum

5534 cum difficultatibus stabilitam gubernasset an.23. 1564
Beza in Iconib.

IV. THEODORVS Bibliander, variarum linguarum cognitione clarissimus, C.S.E.26. Nouemb. peste extinctus, Tiguri.

V. ANDREAS GERARDVS Hyperius Flander, Theologus grauissimus, & sacrarum in Acad. Marpurgensi Professor celeberrimus, 1. Febr. ætat.53. professionis 22. Marpurgi.

VI. IOANNES à Burcken L L. Doctor. Francofurti ad Oderam, 24. Nouemb. ætat.49.

VII. ANDREAS Vesalius Bruxellensis, Medicus Cæsareus, C.S.E. in insula Zazyntho, in loco solitario miserabiliter vitam finiit, è Cypro reuersus, & Patauium à Senatu Veneto vocatus, die 15. Octob. ætat. 50.

VIII. MARTINVS Borrhæus Stutgard. Theologiæ apud Basil. Professor eximius, plurimisque in omni literarum genere lucubrationibus celebris, peste sublatus, die 11. Octobris, ætat.65. Basileæ.

IX. MELCHIOR Fendius D. & Professor in Acad, VViteberg. die 8. Nouemb. ætat.78.

X. PETRVS FRANCISCVS Iambularius, Historicus Hetruscus, Florentiæ.

XI. GVILIELMVS Morelius Typographus Regius, Lutetiæ 11. Kal. Mart.

XII. NICOLAVS Episcopius Sebusianus, I. Frobenii gener, Typographus Basiliensis clariss. ex cuius officina multa præclara volumina sacra, profana, Græca & Latina prodierunt, ex atrophia, die 7. Martii, ætat.63. Basileæ.

5535 *GALLI, Caroli IX. Regis sui auspiciis, Iohanne Ribaldo Legato regio Duce, in FLORIDAM bis à se antea, sed frustra tentatam, septem nauium classe instructi, nauigationem tertiam susceperunt, & ad littora illius appulerunt die 14. Augusti. Verum cum ibidem vix vsque* 1565

ad

1535 *ad diem 22. Septemb. hæsissent, loci nimirum commoditatem, terræ fertilitatem, & incolarum barbarorũ mores, ritus, religionem, aliaq; cognituri, & postea oram illam vt vacuam, & nullis adhuc Hispanorum Coloniis insessam occupaturi, ab Hispana classe communicato cũ barbaris loci istius consilio, fœdissimè caeduntur: paucis fuga elapsis & in Galliam reuersis. Vrban. Calueto in descript. exped. Florid.* 1565

MELITAM Insuam Turcæ Mense Iunio obsidere cœperunt. Verum cum eandem 4. mensium spacio acerrimè quidem, sed irrito exitu oppugnassent: amissis 23000. militum discesserunt. Ex Melitensibus 240. equites, 3000. milites, & bello inutilis turbę capita 1700. cæsa perierunt. Leonclauius.

Die. 7. Iulii commissum est atrox prælium inter FRIDERICVM Daniæ & ERICVM XIV. Sueciæ Reges, in quo circiter 7000. militum vtrinq; desiderata, & prætoria nouis Danica (quæ mille & centum militibus classiariis, 12. maioribus tormentis, ingentiq; apparatu bellico instructa erat) cum biduum à sex Suecicis vndique cincta sese acerrimè defendisset, tandem classiariis cæsis vel vulneratis, vnà cum Amiralio Ottone Rud à Suecis capta est: quanquam & Suecorum naues aliquot perierint.

Illustre Gymnasiũ NEVHVSIANVM propè Wormatiam, à Friderico III. cognomento Pio, Electore Palatino, Deo & Musis consecratum est, primo Pectore LEVINO Claue Iuliacensi. &c.

Augusta SCHOLA Monasterii GORLICENSIS in Lusatia superiori, aperta est, primo Rectore PETRO Vincentio Vratislauiensi, qui hoc anno, 9. Iulii introductus est. Post Vincentium gubernarunt Scholam IOACHIMVS Maisterus, LAVRENTIVS Ludouicus, & MARTINVS Mylius, spectatæ eruditionis & sapientiæ viri.

Laza-

5535 LAZARVS SVVENDIVS Nobilis Sueus, consilio, vigilantia, fortitudine, celebritate & disciplina militari inclytus, arces & dominia amplissima, videlicet, Tockaium, Zathmarum, Zerencium, Erdeudam, Kuuaram, Bathor, Vuibaniam, & Sendereuiam, aliaque insignia loca, prospero victoriæ cursu expugnauit, & Maximiliano II. Imp. Rom. subiecit. 1565

ALEXANDER Farnesius, Octauii filius, Parmæ & Placentiæ Dux nuptias Bruxellis celebrauit cum MARIA, filia Eduardi Principis Lusitaniæ, mense Nouembri.

Nati sunt:

I. *IACOBVS VI. Henricici Stuardi Scotiæ Regis filius, die 19. Iunii, paulò post horam 9. æquinoctialem, in arce Edimburgensi. G. Buchananus in sua Scotia.*

II. *EDVARDVS FORTVNATVS, Christophori filius, Marchio Badensis, in Anglia.*

III. *HIERONYMVS Treutlerus I C. Consiliarius Cæsareus, Vir doctissim. cuius disputationes ad ius Ciuile Iustinianeum Pandectis comprehensum, eruditissima methodo conscripta extant, quique consignationibus suis historicis liberaliter nobiscum communicatis (quod gratitudo fateri nos iubet) secundam Indicis huius editionem plurimum adiuuit, die 14. Februarii, Suidnicii Silesiorum.*

IV. *MAQVARDVS Freherus I C. Consiliarius Frid. IV. Elect. Palatini, & primarius iuris Professor in Academ. Heidelbergensi, C.S.E. die 26. Iulii, Augustæ Vindelicorum.*

Obierunt,

I. PIVS IV. PP. 9. Decemb. ætat. 67. Successit PIVS V. qui sedit an. 6.

II. IOANNES FRIDERICVS III. Dux Saxoniæ, Iohannis Friderici I. filius, 31. Octob. Ihenæ, ætat. 28. Huius Principis morte consecutum est bellū Gothanum.

5535 thanum: quod ipso superstite haud dubiè fuisset 1565
impeditum.

III. Ioannes Caroli filius, Dux Silesiæ Olsnensis & Monsterbergensis, die 28. Februar. ætat. 56.

IV. Nicolavs Radzeuilus Dux Olicæ & Nischeuici, Palatinus Vilnensis, ingenio, virtute & autoritate excellens, primus religionis & doctrinæ reformatæ in Lithuania instaurator & propagator, quique Biblia, ex Ebraicis & Græcis fontibus in linguam Polonicam magnis sumtibus versa, primus Sarmatis dedit, 28. Maii.

V. Ioachimvs de Noua Domo, Eques aurei velleris, Regni Bohemiæ Cancellarius, Viennæ rupto pontis iugo cum curru & Equis in Danubio periit, 12. Decemb.

VI. Ioannes Vngnad L. Baro in Sonnegk, in VVirtembergia exul, qui Biblia sacra in linguam Turcicam & Croaticam curauit verti.

VII. Ioannes Ranzouius, Eques auratus Holsatus, militari laude & virtute celebris, Henrici Ranzouii Eq. & Proregis Cymbrici, literatorum nobilissimi, & nobilium literatissimi parens, 12. Decemb. ætat. 73. mens. 1.

VIII. Georivs Sigismvndvs Seldius Augustanus, Iurisconsultus peritissimus, Consiliarius & Procencellarius trium Imperatorum, Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani II. cum die 26. Maii Vienna à Cæsare, qui in venatione erat, euocatus esset, & vesperi domum properaret, incitatis cursu equis è curru desiliens, lapsu tam grauiter læsus est, vt eadem hora expirarit.

IX. Alexander Alesius Scotus, Theologiæ professor in Academia Lipsica, 17. Martii, ætat. 75. Lipsiæ.

X. Petrvs Pavlvs Vergerius, olim Episcopus

5535 pus Iustinopolitanus in Istria, Ventorum ditione, qui miserabilis exempli Francisci Spiræ spectator fuit, Euangelicæ veritatis amore in exilio mortuus. 4. Octob. Tubingæ. 1565

XI. HIERONYMVS Baumgartnerus, Patricius Norimbergensis, & Reipub. eiusdem in Comitiis & præcipuis Rom. Imperii conuentibus Legatus, sapientia, eruditione, & autoritate. Vir præstantissimus, & pater patriæ fideliss. ætat. 67. Norimbergæ. Vide Tom. 6. Intimat. Phil. Mel. Item, Vitam Phil. à Camerario descriptam.

XII. GVILIELMVS Farellus, Neocomensis Ecclesiæ Doctor, die 13. Septemb. ætat. 70. Superuixit Caluino Præceptori & amico suo annum vnum, menses 3. & d. 14. Beza in Iconib.

XIII. IOANNES Langius Leobergensis Silesius, Medicus & V. Electorum Palatinorum Archiater, C.S.E. Heidelbergæ, die 21. Iunii, ann. ætat. 80.

XIV. MODESTINVS Pistoris, Simonis filius, nobilis IC. & Electoris Saxoniæ Consiliarius, C.S.E. die 15. Septemb. ætat. 49.

XV. ADRIANVS Turnebus Gallus, linguæ Græcæ regius in Acad. Parisiensi Professor, & Philologus doctissimus, C.S.E. 12. Iunii, ætat. 53. Lutetiæ.

XVI. IOANNES Mathesius, Pastor Ecclesiæ in Valle Ioachimica, 7. Octob. die Dominico, quo docuerat Ecclesiam de beata spe futuræ vitæ, ætat. 61. cum præfuisset Ecclesiæ an. 34.

XVII. CONRADVS Gesnerus Tigurinus, Medicus & Polyhistor doctissimus, & omnis animantium ac plantarum historiæ perscrutator diligentissimus, peste extinctus. 13. Decemb. Tiguri, ætat. 49. vt habet Beza in Iconib.

XVIII. FRANCISCVS Faber, Notarius R[illegible] pub. Vra-

5535 pub. Vratislauiensis, Vir doctus & Poeta bonus, 1565
19. Septembris.

5536 *Prima Comitia* MAXIMIL. II. *Imp. Augustae celebrauit, in quibus ad bellum Turcicum gerendum ab Ordinibus Imperii auxilia vel sumtus decreti sunt. Hoc itaq; anno suscepta est expeditio in Vngariam.* 1566

In his Comitiis FRIDERICVS III. *Pius Elector Palatinus, inter infestos proceres veritati testimonium perhibuit, Duce* IOANNE CASIMIRO *Filio Codicem Biblicum in Senatum portante. Nemo Principum ausus fuit cum Friderico* συμφιλολογεῖν *de controuersia coenae, de qua accusabatur.*

Chivs Ægaei maris Insula à Christianis, partim Italis, partim Graecis inhabitata, sub iugum Turcicum missa est à Piali Bassa, ipsis feriis Paschalibus, nempe 14. 15. 16. Aprilis. Leonclauius.

Viri nobiles in Belgico amplius 400. die 6. Aprilis supplicarunt Margarethae Austriacae Caroli V. filiae, Belgicarum prouinciarum gubernatrici, ne Hispanicam inquisitionem inuehi permitteret, sed libertatem in religione concederet.

Avgvstvs Elector Saxoniae vsitata ceremonia accepit Feuda ab imperatore Maximiliano Augustae, 23. Aprilis.

Eccivs Salmae & Neoburgi Comes, Vesprimium celeritate memorabili 29. Iunii expugnauit, & Tattam ac Gestes Vngaricae arces, caesis praesidiariis, mense Iulio à Turcis feliciter recuperauit.

Zabaticam, Pelsozium, Gombazzecum, Crasnahurcam & Gadigen, Vngariae castella, Svvendivs occupauit. Leonclauius.

Antuerpiae è templis statua eiecta sunt die 20. Augusti, idq; etiam in aliis locis factum est.

GYVLA arx in Transylvaniae finibus munitissima, sce-

1537 scelerata LADISLAI Kerezinii Præfecti proditione PERTAVO Bassæ Veziri post 2. mensium obsidionem dedita & capta est 2. Septemb. Milites præsidiarii perfidè & crudeliter trucidati: Kerezinus verò paulò post atrocissimo à Turcis supplicio affectus, pœnas proditionis persoluit. 1567

SOLYMANVS Turc. Imp. ZIGETVM die 6. Augusti obsidere cœpit: quod licet acerrimè defenderetur à NICOLAO Comite Serinio, heroe fortissimo, præsidii præfecto; tandem tamen die 7. Sept. decima quarta oppugnatione expugnatum est, ipso Comite Serinio in ponte arcis cum insigni nobilium Vngarorum, strenuorumq; militum numero à Turcis interempto. Hostes triginta suorum millia desiderarunt. Comiti Serinio caput à Turcis amputatū, missum est ad Maximilianum II. Imp. ad cuius patrem Ferdinandū ante an. 30. idem Comes Serinensis attulerat serico inuolutū caput Catzianeri à se obtruncati.

VVILHELMVS Hassiæ Landgrauius matrimonium iniit cum SABINA, Christophori Ducis VVirtembergici filia, die 11. Febr.

Nati sunt:

I. *SIGISMVNDVS III. Iohannis Regis Suecorum filius, Rex Suecia & Polonia, 20. Iunii.*

II. *ISABELLA CLARA EVGENIA, Philippi II. Hispaniarum & Indiarum Regis filia, Alberti Arcdiducis Austriæ coniunx, nata die Claræ.*

III. *CHRISTIANVS, VVilhelmi filius, Dux Brunsuicens. & Luneburg. die 18. Nouembris.*

IV. *ABRAHAMVS Scultetus Silesius, Theolog. & Senator Ecclesi. Archipalatinus, C.S.E. die Barthol. Gruneberga.*

Obierunt,

I. SOLYMANVS II. Turcarum Rex duodecimus & QVARTVS Imp. Orientis, obiit in castris ad Zigetum in Vngaria, die 4. Septemb. ætat. 76. cū imperasset an. 46. Huic die 23. Septemb. successit

5536 filius SELIMVS II. Turcarum Rex decimus tertius, & QVINTVS Imp. Orientis, ætat. 42. 1566

II. VVOLFGANGVS, VVoldemari filius, Princeps Anhaltinus, 23. Martii, ætat. 74.

III. SIGISMVNDVS Archiepiscopus Magdeburgensis & Marchio Brandeb. Halæ Saxonum, 12 Septemb. ætat. 28. Episcopatus sui an 14.

IV. MATTHIAS Cittardus, Concionator aulicus Maximiliani II. Imp. Vir doctrina & eloquentia præstantissimus, die 19. Octob. Eberus.

V. CAROLVS Molinæus Parisiens. Franciæ & Germaniæ Iureconsultus clarissimus, mense Decembri, Lutetiæ. Forsterus.

VI. IOANNES Agricola Islebius, Theologus, C. S.E. 22. Septemb. ætat. 74. Berlini.

VII. ADAMVS Curæus Freystadiensis, Ioachimi Frater, Pastor Ecclesiæ Vratislauiensis, 27. Octobris, ætat. 40.

VIII. IOANNES Funccius, qui de publicis studiis propter supputationes Chronologicas præclarissimè est meritus, cum aliis duos Consiliariis Illustris. Alberti Ducis Borussiæ, March. Brandeburb. Horstio & Schnellio accusatus ab Ordinibus Borussiæ capite truncatur Regiomonti, die 28. Octob. ætat. 40. Hic ante necem pronunciasse dicitur hoc distichon.

Disce meo exemplo mandato munere fungi,
Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

IX. LEONHARDVS Fuchsius, Medicus & Professor Tubingensis, qui scriptis suis eruditis medicinam illustrauit, 10. Maii, intra 7. & 8. horam antemerid. ætat. 65. Tubingæ.

X. ARNOLDVS Burenius, Professor artis Oratoriæ in Academia Rostochiana, 16. Augusti, ætat. 81.

XI. IOANNES Draconites Carolostadius, Theogus πολύγλωττος, 18. Aprilis, VViteb.

XII.

5536 XII. MARCVS HIERONYMVS Vida, Poeta sacer, Episcopus Albæ Pompeiæ ad Tanarum ad 35. annos, Albæ in Ecclesia sua sepultus. 1556

XIII. GVILIELMVS RONDELETIVS Montispessulanus Medicus excellens.

XIV. IOANNES VALENTINVS Gentilis Neapolitanus, qui impugnauit S. Trinitatem, & contumeliosa scripta in filium Dei edidit, Bernæ capite truncatur, 5. Eid. Septemb.

5537 *LAZARVS Suuendius medio mense Ianuario Zaduarum in finibus Transyluaniæ, & sequenti Februario Munkaczium in Vngaria superiori, arces munitissimas, deditione capit.* 1567

ANTVERPIÆ die 15. Martii, LVTERANI Pontificiis se contra CALVINIANOS coniunxerũt, accersitis ex Germania Flaccio Illyrico, Spãgenbergio, Hamelmanno, & aliis aliquot Confessionis Augustanæ Theologis: vt nimirum eam Religionis formam, quam Protestantes Germani amplecterentur, in Belgicum introducerent, & contra Caluinianos defenderent. Verùm exacto 7. mensium spacio Regis declaratione allata, & militum copiis à gubernatrice conductis, exercitium religionis in Belgico abolitum, & Concionatores omnes dimissi sunt. Chron. Belg.

Vrbs GOTHA & arx contigua GRIMMENSTEIN per deditionem Commissariis Imperii & Electori AVGVSTO, vnà cum Duce Saxoniæ IOANNE FRIDERICO tradita est 13. April. die Dominico, qui dicitur Misericordia Domini.

Die 18. Aprilis supplicium sumtum est de VVILHELMO Grumbachio, D. CHRISTIANO Pontano & aliis. Anno à capto Iohanne Frider. 20. à Smalcaldica Synodo 30. à capta Roma 40. à prima mutatione religionis 50.

Secundum bellum GALLICVM ob religionem ge-

5537 geſtum: quod durauit à menſe Octobri vſque ad 1567
Martium anni ſequentis 68.

LVDOVICVS Condæus reformatarum in Gallia Eccleſiarum Dux præcipuus, dum Lutetiam Pariſiorum obſidet, ANNAM Mommorencium Galliæ Coneſtabilem ex vrbe erumpentem prope Sandionyſium cum ſuis profligauit. Ipſe Coneſtabilis ſenex octogenarius à Stuardo Scoto globo tormentario traiectus occubuit die 2. Nouemb. Vnde exercitus imperium ad HENRICVM Valeſium Ducem Andegauenſem, Caroli Regis fratrem, delatum eſt. Commentarii rerum Gallicarum.

GOVRGVESIVS Capitaneus ac Nobilis Burdegalenſis, iniuriæ atq; ignominiæ, genti ſuæ ab Hiſpanis illatæ, vlciſcendæ cupiditate impulſus, quartam nauigationem in FLORIDAM inſtituit.

FERDINANDVS Aluares de Toleto, Dux Albæ, Gubernator Belgici à Philippo II. Hiſpaniæ Rege conſtitutus, cum exercitu venit in Belgicum.

Nati ſunt:

I. *IOANNES GEORGIVS, Ioachimi Erneſti filius, Princeps Anhaltinus, pius & literatus, die 9. Maii, hora 10. antemerid. Hatzkerodæ.*

II. *MAVRITIVS, VVilhelmi Principis Auraici filius, Comes Naſſouiæ, gloria militari per orbem terrarum clarus, 14. Nouemb. Dillenbergæ.*

III. *CAROLVS, Caroli filius, Cardinalis Lotharingiæ, Epiſcopus Metenſis & electus Argentinenſis, die 1. Iulii, hora 7. matutina, Nancei.*

IV. *MAHVMETES III. Amuratis III. Turc. Imp. fil. hoc anno Conſtantinopoli. Hieronymus Henninges in opere Genealogico. Alii ad an. 64. referunt.*

Obierunt:

I. HENRICVS STVARDVS Rex Scotiæ, Iacobi VI. pater, fraude & latrocinio Mariæ Reginæ vxoris interfectus.

II. PHILIPPVS Haſſiæ Landgrauius, Princeps magnanimus, & bellicæ rei peritiſſimus, 31. Martdie 2.

5537 die 2. Paschatis, ætat. 63. an. à captiuitate vel custodia 20. à liberatione 15. gubernationis suæ circiter 50. à morte Philippi Macedonis, cum quo Philippus Melanchthon illum conferre & comparare, & subinde quoq; in Epistolis suis, ita eum appellare solitus est, 1901. 1567

III. ERNESTVS, Philippi filius, Dux Brunsuicensis & Grubenhagensis, Princeps bellicosus, die 4. Aprilis, ætat. 55.

IV. FRANCISCVS Robortellus Vtinensis, Rhetor & Historicus insignis, 18. Martii, ætat. 51. Patauii.

V. IOANNES Oldendorpius Hamburgensis, I C. acris iudicii, & in praxi dexteritatis singularis, 3. Iunii, Marpurgi.

VI. IVSTVS Ionas Iurisconsultus capite truncatus Hafniæ, 28. Iunii, ætatis 42. Ante mortem fertur recitasse hoc versiculos:

Quid iuuat innumeros scire atque euoluere casus,
Si facienda fugis, si fugienda facis?

VII. MICHAEL Stifelius Eslingensis, cuius exactissimi libri Archimetici extant, postquam in diuersis Saxoniæ & Borussiæ locis Ecclesias docuisset, die 19. Aprilis, ætatis 18. Ihenæ in Thuringia.

VIII. IOANNES Morenbergius, Senator Reipub. Vratislauiensis, Ecclesiarum & Scholarum patronus, disciplinæ custos, 9. Febr. ætat. 65.

5538 *GALLI Duce Billæo, VVilhelmo Principi Auraico militaturi, à Comite Lodronio & Sancio de Auila Hispanis prope Dalenum vrbem in agro Iuliacensi, die 25. April. profligati sunt. Chron. Belg. Eman. Metera.* 1568

LVDOVICVS Comes Nassouius, Auraici frater, Hispanorum copias in Frisia inter Heilægerlæum & VVinshotum, prope Groningam prælio deficit, cæso ipsorum Duce IOANNE Comite Arenbergio, Frisiæ Gu-

1538 bernatore, in quo ADOLPHVS Comes Nassouius fortiter pro defensione fratris sui VVilhelmi Principis Auraici pugnans occubuit, 23. Maii. Chron. Belg. 1568

Hoc ipso anno, die 16. Februar. PHILIPPVS VVILHELMVS Princeps Auraicus, VVilhelmi filius, ex Academia Louaniensi per Ferdinandum Ducem Albanum abductus, & in Hispaniam missus est, anno ætatis suæ 15.

FERDINANDI Ducis Albani mãdato GISEEBRTVS & THEODORVS Barones Battenburgii fratres, vnà cum 16. Nobilibus, cõiurationis nomine damnati, die 1. Iunii, LAMORALVS verò Comes EGMONDANVS Flãdriæ & Artesiæ Gubernator, victoriis aliquot de Gallo partis celebris, æt. 46. & PHILIPPVS Mommorencius Comes HORNANVS, Belgici maris Præfectus, ætat. 50. Ordinum Consiliarii, & Equites aurei velleris. die 5. Iunii, Bruxellis capite truncati sunt.

LVDOVICVS Comes Nassouius, parta de Comite Arenbergio victoria, Groningam obsedit. Verùm cum Ducem Albanum valido cum exercitu aduentare intelligeret: obsidionẽ sine mora soluens prope Embolam se recepit: vbi militibus emerita stipẽdia deposcentibus, & pugnam ignauo metu detrectantibus, ab Albani copiis ad Gẽmingam, die 21. Iulii peditatus ipsius cæsus: ipse verò Nassouius cum Iusto Comite Schauuenburgico, & maxima equitatus parte elapsus est. Chron. Belg.

MAXIMILIANVS II. Imp. Nobilitati Austriacæ doctrinã Confessionis Augustanæ concessit, 18. Iun. *lloquium ALDENBVRGENSE inter Theologos Misnicos & Thuringicos incoatur 21. Octob. finitur 9. Martii, an. seq. Vide acta edita. Disputatum est de iustificatione, &c. FLACIVS contendit peccatum esse substantiam, & non accidens. Hoc certamine moto demũ Flacius flaccessere, & fratrib. suis sordere cœpit, ac idẽ passus est à suis, quod*

quod Melanchthon ab ipso, estq; hic an. 20. ex quo Flacius Philippum Melanthonem oppugnare cœpit. 1568

VVILHELMVS Princeps Auraicus in Belgico infeliciter pugnauit cum Duce Albano, mensibus Octobri & Nouembri.

PAX octennalis inter MAXIMILIANVM II. & SELYMVM Turcarum Imp. & TRANSYLVANVM constituta.

Nati sunt:

I. CHRISTIANVS, *Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, & bello & literis celebris, die 11. Maii, 50. min. post 3. pomeridianam, Bernburgi. Eberus.*

II. PHILIPPVS SIGISMVNDVS, *Iulii filius, Dux Brunsuicens. & Luneburgensis, nunc temporis Episcopus Verdensis & Osnabrugensis, Calendis Iulii, paulò ante horam 11. antemeridianam, in arce Heßen.*

III. AVGVSTVS, *VVilhelmi filius Dux Brunsuicen. & Luneburgensis, die 18. Nouembris.*

Obierunt:

I. CAROLVS Princeps Hispaniæ, Philippi II. Regis Hispaniæ filius, hausto veneno à patre ipsi propinato, ætat. 22. die 24. Iulii, in Hispania. Thuanus.

II. ALBERTVS I. Dux Borussiæ, 20. Martii, æt. 78. administrationis Borussiæ an. 58.

III. CHRISTOPHORVS Dux VVirtembergicus, antiqua virtute & fide germanica præstans, 28. Decembris, æt. 54. gubernationis suæ an. 19.

IV. HENRICVS Iunior, Dux Brunsuicensis, 11. Iunii, æt. 79. Quam religionem approbarit moriturus, pete ex aliis. Successit filius IVLIVS, sub quo religio antiqua mutata est.

V. ELISABETHA Valesia, Caroli Galliarum Regis soror, Philippi Regis Hispaniæ coniunx, 17. Decembris.

VI. EVSTACHIVS à Schliben, vir nobilis ac doctus, & eloquentiæ laude celebris, 22. Martii.

5535 *ad diem 22. Septemb. hæsissent, loci nimirum commoditatem, terræ fertilitatem, & incolarum barbarorũ mores, ritus, religionem, aliaq; cognituri, & postea oram illam vt vacuam, & nullis adhuc Hispanorum Coloniis insessam occupaturi, ab Hispana classe communicato cũ barbaris loci istius consilio, fœdissimè caeduntur: paucis fuga elapsis & in Galliam reuersis. Vrban. Culueto in descript. exped. Florid.* 1565

MELITAM Insuam Turcæ Mense Iunio obsidere cæperunt. Verum cum eandem 4. mensium spacio acerrimè quidem, sed irrito exitu oppugnassent: amissis 23000. militum discesserunt. Ex Melitensibus 240. equites, 3000. milites, & bello inutilis turbę capita 1700. cæsa perierunt. Leonclauius.

Die. 7. Iulii commissum est atrox prælium inter FRIDERICVM Daniæ & ERICVM XIV. Sueciæ Reges, in quo circiter 7000. militum vtrinq; desiderata, & prætoria nouis Danica (quæ mille & centum militibus classiariis, 12. maioribus tormentis, ingentiq; apparatu bellico instructa erat) cum biduum à sex Suecicis vndique cincta sese acerrimè defendisset, tandem classiariis cæsis vel vulneratis, vnà cum Amiralio Ottone Rud à Suecis capta est: quanquam & Suecorum naues aliquot perierint.

Illustre Gymnasiũ NEVHVSIANVM propè Wormatiam, à Friderico III. cognomento Pio, Electore Palatino, Deo & Musis consecratum est, primo Pectore LEVINO Claue Iuliacensi. &c.

Augusta SCHOLA Monasterii GORLICENSIS in Lusatia superiori, aperta est, primo Rectore PETRO Vincentio Vratislauiensi, qui hoc anno, 9. Iulii introductus est. Post Vincentium gubernarunt Scholam IOACHIMVS Maisterus, LAVRENTIVS Ludouicus, & MARTINVS Mylius, spectatæ eruditionis & sapientiæ viri.

Laza-

5535 Lazarvs Svvendivs Nobilis Sueus, consilio, vigilantia, fortitudine, celebritate & disciplina militari inclytus, arces & dominia amplissima, videlicet, Tockaium, Zathmarum, Zerencium, Erdeudam, Kuuaram, Bathor, Vuibaniam, & Sendereuiam, aliaque insignia loca, prospero victoriæ cursu expugnauit, & Maximiliano II. Imp. Rom. subiecit. 1565

Alexander Farnesius, Octauii filius, Parmæ & Placentiæ Dux nuptias Bruxellis celebrauit cum Maria, filia Eduardi Principis Lusitaniæ, mense Nouembri.

Nati sunt:

I. IACOBVS VI. Henricici Stuardi Scotiæ Regis filius, die 19. Iunii, paulò post horam 9. æquinoctialem, in arce Edimburgensi. G. Buchananus in sua Scotia.

II. EDVARDVS FORTVNATVS, Christophori filius, Marchio Badensis, in Anglia.

III. HIERONYMVS Treutlerus I C. Consiliarius Cæsareus, Vir doctissim. cuius disputationes ad ius Ciuile Iustinianeum Pandectis comprehensum, eruditissima methodo conscripta extant, quique consignationibus suis historicis liberaliter nobiscum communicatis (quod gratitudo fateri nos iubet) secundam Indicis huius editionem plurimum adiuuit, die 14. Februarii, Suidnicii Silesiorum.

IV. MAQVARDVS Freherus I C. Consiliarius Frid. IV. Elect. Palatini, & primarius iuris Professor in Academ. Heidelbergensi, C.S.E. die 26. Iulii, Augustæ Vindelicorum.

Obierunt,

I. Pivs IV. PP. 9. Decemb. ætat. 67. Successit Pivs V. qui sedit an. 6.

II. Ioannes Fridericvs III. Dux Saxoniæ, Iohannis Frideri I. filius, 31. Octob. Ihenæ, ætat. 28. Huius Principis morte consecutum est bellũ Gothanum.

5535 thanum: quod ipso superstite haud dubiè fuisset impeditum. 1565

III. IOANNES Caroli filius, Dux Silesiæ Olsnensis & Monsterbergensis, die 28. Februar. ætat. 56.

IV. NICOLAVS Radzeuilus Dux Olicæ & Nischeuici, Palatinus Vilnensis, ingenio, virtute & autoritate excellens, primus religionis & doctri-ctrinæ reformatæ in Lithuania instaurator & propagator, quique Biblia, ex Ebraicis & Græcis fontibus in linguam Polonicam magnis sumtibus versa, primus Sarmatis dedit, 28. Maii.

V. IOACHIMVS de Noua Domo, Eques aurei velleris, Regni Bohemiæ Cancellarius, Viennæ rupto pontis iugo cum curru & Equis in Danubio periit, 12. Decemb.

VI. IOANNES Vngnad L. Baro in Sonnegk, in VVittembergia exul, qui Biblia sacra in linguam Turcicam & Croaticam curauit verti.

VII. IOANNES Ranzouius, Eques auratus Holsatus, militari laude & virtute celebris, Henrici Ranzouii Eq. & Proregis Cymbrici, literatorum nobilissimi, & nobilium literatissimi parens, 12. Decemb. ætat. 73. mens. 1.

VIII. GEORIVS SIGISMVNDVS Seldius Augustanus, Iurisconsultus peritissimus, Consiliarius & Procencellarius trium Imperatorum, CAROLI V. FERDINANDI & MAXIMILIANI II. cum die 26. Maii Vienna à Cæsare, qui in venatione erat, euocatus esset, & vesperi domum properaret, incitatis cursu equis è curru desiliens, lapsu tam grauiter læsus est, vt eadem hora expirarit.

IX. ALEXANDER Alesius Scotus, Theologiæ professor in Academia Lipsica, 17. Martii, ætat. 75. Lipsiæ.

X. PETRVS PAVLVS Vergerius, olim Episcopus

1535 pus Iustinopolitanus in Istria, Ventorum ditione, qui miserabilis exempli Francisci Spiræ spectator fuit, Euangelicæ veritatis amore in exilio mortuus. 4. Octob. Tubingæ. 1565

XI. HIERONYMVS Baumgartnerus, Patricius Norimbergensis, & Reipub. eiusdem in Comitiis & præcipuis Rom. Imperii conuentibus Legatus, sapientia, eruditione, & autoritate. Vir præstantissimus, & pater patriæ fideliss. ætat. 67. Norimbergæ. Vide Tom. 6. Intimat. Phil. Mel. Item, Vitam Phil. à Camerario descriptam.

XII. GVILIELMVS Farellus, Neocomensis Ecclesiæ Doctor, die 13. Septemb. ætat. 70. Superuixit Caluino Præceptori & amico suo annum vnum, menses 3. & d. 14. Beza in Iconib.

XIII. IOANNES Langius Leobergensis Silesius, Medicus & V. Electorum Palatinorum Archiater, C.S.E. Heidelbergæ, die 21. Iunii, ann. ætat. 80.

XIV. MODESTINVS Pistoris, Simonis filius, nobilis IC. & Electoris Saxoniæ Consiliarius, C.S.E. die 15. Septemb. ætat. 49.

XV. ADRIANVS Turnebus Gallus, linguæ Græcæ regius in Acad. Parisiensi Professor, & Philologus doctissimus, C.S.E. 12. Iunii, ætat. 53. Lutetiæ.

XVI. IOANNES Mathesius, Pastor Ecclesiæ in Valle Ioachimica, 7. Octob. die Dominico, quo docuerat Ecclesiam de beata spe futuræ vitæ, ætat. 61. cum præfuisset Ecclesiæ an. 34.

XVII. CONRADVS Gesnerus Tigurinus, Medicus & Polyhistor doctissimus, & omnis animantium ac plantarum historiæ perscrutator diligentissimus, peste extinctus. 13. Decemb. Tiguri. ætat. 49. vt habet Beza in Iconib.

XVIII. FRANCISCVS Faber, Notarius pub. Vra-

5535 pub. Vratislauienſis, Vir doctus & Poeta bonus, 19. Septembris. 1565

5536 *Prima Comitia* MAXIMIL. II. *Imp. Auguſtæ celebrauit, in quibus ad bellum Turcicum gerendum ab Ordinibus Imperii auxilia vel ſumtus decreti ſunt. Hoc itaq; anno ſuſcepta eſt expeditio in Vngariam.* 1566

In his Comitiis FRIDERICVS III. *Pius Elector Palatinus, inter infeſtos proceres veritati teſtimonium perhibuit, Duce* IOANNE CASIMIRO *Filio Codicem Biblicum in Senatum portante. Nemo Principum auſus fuit cum Friderico* συμφιλολογεῖν *de controuerſia cœnæ, de qua accuſabatur.*

CHIVS Ægæi maris Inſula à Chriſtianis, partim Italis, partim Græcis inhabitata, ſub iugum Turcicum miſſa eſt à PIALI Baſſa, ipſis feriis Paſchalibus, nempe 14. 15. 16. Aprilis. Leonclauius.

Viri nobiles in Belgico amplius 400. die 6. Aprilis ſupplicarunt MARGARETHÆ Auſtriacæ Caroli V. filiæ, Belgicarum prouinciarum gubernatrici, ne Hiſpanicam inquiſitionem inuehi permitteret, ſed libertatem in religione concederet.

AVGVSTVS Elector Saxoniæ vſitata ceremonia accepit Feuda ab imperatore MAXIMILIANO Auguſtæ, 23. Aprilis.

ECCIVS Salmæ & Neoburgi Comes, Veſprimium celeritate memorabili 29. Iunii expugnauit, & Tattam ac Geſtes Vngaricæ arces, cæſis præſidiariis, menſe Iulio à Turcis feliciter recuperauit.

Zabaticam, Pelſozium, Gombazzecum, Craſnahurcam & Gadigen, Vngariæ caſtella, SVVENDIVS occupauit. Leonclauius.

Antuerpiæ è templis ſtatua eiectæ ſunt die 20. Auguſti, idq; etiam in aliis locis factum eſt.

GYVLA arx in Tranſyluaniæ finibus munitiſſima, ſce-

scelerata LADISLAI Kerezinii Præfecti proditione PERTAVO Bassæ Veziri post 2. mensium obsidionem dedita & capta est 2. Septemb. Milites præsidiarii perfidè & crudeliter trucidati: Kerezinus verò paulò post atrocissimo à Turcis supplicio affectus, pœnas proditionis persoluit. 1567

SOLYMANVS Turc. Imp. ZIGETVM die 6. Augusti obsidere cœpit: quod licet acerrimè defenderetur à NICOLAO Comite Serinio, heroe fortissimo, præsidii præfecto: tandem tamen die 7. Sept. decima quarta oppugnatione expugnatum est, ipso Comite Serinio in ponte arcis cum insigni nobilium Vngarorum, strenuorumq; militum numero à Turcis interempto. Hostes triginta suorum millia desiderarunt. Comiti Serinio caput à Turcis amputatũ, missum est ad Maximilianum II. Imp. ad cuius patrem Ferdinandũ ante an. 30. idem Comes Serinensis attulerat serico inuolutũ caput Catzianeri à se obtrũcati.

VVILHELMVS Hassiæ Landgrauius matrimonium iniit cum SABINA, Christophori Ducis VVirtembergici filia, die 11. Febr.

Nati sunt:

I. *SIGISMVNDVS III. Iohannis Regis Suecorum filius, Rex Suaciæ & Poloniæ, 20. Iunii.*

II. *ISABELLA CLARA EVGENIA, Philippi II. Hispaniarum & Indiarum Regis filia, Alberti Archiducis Austriæ coniunx, nata die Claræ.*

III. *CHRISTIANVS, VVilhelmi filius, Dux Brunsuicens. & Luneburg. die 18. Nouembris.*

IV. *ABRAHAMVS Scultetus Silesius, Theolog. & Senator Ecclesi. Archipalatinus, C.S.E. die Barthol. Grunebergæ.*

Obierunt,

I. SOLYMANVS II. Turcarum Rex duodecimus & QVARTVS Imp. Orientis, obiit in castris ad Zigetum in Vngaria, die 4. Septemb. ætat. 76. cũ imperasset an. 46. Huic die 23. Septemb. successit

5536 filius SELIMVS II. Turcarum Rex decimus tertius, & QVINTVS Imp. Orientis, ætat. 42. 1566

II. VVOLFGANGVS, VVoldemari filius, Princeps Anhaltinus, 23. Martii, ætat. 74.

III. SIGISMVNDVS Archiepiscopus Magdeburgensis & Marchio Brandeb. Halæ Saxonum, 12 Septemb. ætat. 28. Episcopatus sui an 14.

IV. MATTHIAS Cittardus, Concionator aulicus Maximiliani II. Imp. Vir doctrina & eloquentia præstantissimus, die 19. Octob. Eberus.

V. CAROLVS Molinæus Parisiens. Franciæ & Germaniæ Iureconsultus clarissimus, mense Decembri, Lutetiæ. Forsterus.

VI. IOANNES Agricola Islebius, Theologus, G. S. E. 22. Septemb. ætat. 74. Berlini.

VII. ADAMVS Curæus Freystadiensis, Ioachimi Frater, Pastor Ecclesiæ Vratislauiensis, 27. Octobris, ætat. 40.

VIII. IOANNES Funccius, qui de publicis studiis propter supputationes Chronologicas præclarissimè est meritus, cum aliis duos Consiliariis Illustris. Alberti Ducis Borussiæ, March. Brandeburb. Horstio & Schnellio accusatus ab Ordinibus Borussiæ capite truncatur Regiomonti, die 28. Octob. ætat. 40. Hic ante necem pronunciasse dicitur hoc distichon.

Disce meo exemplo mandato munere fungi,
Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

IX. LEONHARDVS Fuchsius, Medicus & Professor Tubingensis, qui scriptis suis eruditis medicinam illustrauit, 10. Maii, intra 7. & 8. horam antemerid. ætat. 65. Tubingæ.

X. ARNOLDVS Burenius, Professor artis Oratoriæ in Academia Rostochiana, 16. Augusti, ætat. 81.

XI. IOANNES Draconites Carolostadius, Theogus πολύγλωττος, 18. Aprilis, VViteb.

XII.

XII. MARCVS HIERONYMVS Vida, Poeta sacer, Episcopus Albæ Pompeiæ ad Tanarum ad 35. annos, Albæ in Ecclesia sua sepultus. 1556

XIII. GVILIELMVS RONDELETIVS Montispessulanus Medicus excellens.

XIV. IOANNES VALENTINVS Gentilis Neapolitanus, qui impugnauit S. Trinitatem, & contumeliosa scripta in filium Dei edidit, Bernæ capite truncatur, 5. Eid. Septemb.

37 *LAZARVS Suuendius medio mense Ianuario Zaduarum in finibus Transyluaniæ, & sequenti Februario Munkaczium in Vngaria superiori, arces munitissimas, deditione capit.* 1567

ANTVERPIÆ die 15. Martii, LVTERANI Pontificiis se contra CALVINIANOS coniunxerũt, accersitis ex Germania Flaccio Illyrico, Spãgenbergio, Hamelmanno, & aliis aliquot Confessionis Augustanæ Theologis: vt nimirum eam Religionis formam, quam Protestantes Germani amplecterentur, in Belgicum introducerent, & contra Caluinianos defenderent. Verùm exacto 7. mensium spacio Regis declaratione allata, & militum copiis à gubernatrice conductis, exercitium religionis in Belgico abolitum, & Concionatores omnes dimissi sunt. Chron. Belg.

Vrbs GOTHA & arx contigua GRIMMENSTEIN per deditionem Commissariis Imperii & Electori AVGVSTO, vnà cum Duce Saxoniæ IOANNE FRIDERICO tradita est 13. April. die Dominico, qui dicitur Misericordia Domini.

Die 18. Aprilis supplicium sumtum est de VVILHELMO Grumbachio, D. CHRISTIANO Pontano & aliis. Anno à capto Iohanne Frider. 20. à Smalcaldica Synodo 30. à capta Roma 40. à prima mutatione religionis 50.

Secundum bellum GALLICVM ob religionem

5537 gestum: quod durauit à mense Octobri vsque ad 1567
Martium anni sequentis 68.

LVDOVICVS Condaus reformatatarum in Gallia Ecclesiarum Dux pracipuus, dum Lutetiam Parisiorum obsidet, ANNAM Mommorencium Gallia Conestabilem ex vrbe erumpentem prope Sandionysium cum suis profligauit. Ipse Conestabilis senex octogenarius à Stuardo Scoto globo tormentario traiectus occubuit die 2. Nouemb. Vnde exercitus imperium ad HENRICVM Valesium Ducem Andegauensem, Caroli Regis fratrem, delatum est. Commentarii rerum Gallicarum.

GOVRGVESIVS Capitaneus ac Nobilis Burdegalensis, iniuriæ atq; ignominiæ, genti suæ ab Hispanis illatæ, vlciscendæ cupiditate impulsus, quartam nauigationem in FLORIDAM instituit.

FERDINANDVS Aluares de Toleto, Dux Albæ, Gubernator Belgici à Philippo II. Hispaniæ Rege constitutus, cum exercitu venit in Belgicum.

Nati sunt:

I. *IOANNES GEORGIVS, Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus pius & literatus, die 9. Maii, hora 10. antemerid. Hatzkerodæ.*

II. *MAVRITIVS, VVilhelmi Principis Auraici filius, Comes Nassouiæ, gloria militari per orbem terrarum clarus, 14. Nouemb. Dillenbergæ.*

III. *CAROLVS, Caroli filius, Cardinalis Lotharingiæ, Episcopus Metensis & electus Argentinensis, die 1. Iulii, hora 7. matutina, Nancei.*

IV. *MAHVMETES III. Amuratis III. Turc. Imp. fil. hoc anno Constantinopoli. Hieronymus Henninges in opere Genealogico. Alii ad an. 64. referunt.*

Obierunt:

I. HENRICVS STVARDVS Rex Scotiæ, Iacobi VI. pater, fraude & latrocinio Mariæ Reginæ vxoris interfectus.

II. PHILIPPVS Hassiæ Landgrauius, Princeps magnanimus, & bellicæ rei peritissimus, 31. Mart.

die 2.

1537 die 2. Paschatis, ætat. 63. an. à captiuitate vel custodia 20. à liberatione 15. gubernationis suæ circiter 50. à morte Philippi Macedonis, cum quo Philippus Melanchthon illum conferre & comparare, & subinde quoq; in Epistolis suis, ita eum appellare solitus est, 1901. 1567

III. ERNESTVS, Philippi filius, Dux Brunsuicensis & Grubenhagensis, Princeps bellicosus, die 4. Aprilis, ætat. 55.

IV. FRANCISCVS Robortellus Vtinensis, Rhetor & Historicus insignis, 18. Martii, ætat. 51. Patauii.

V. IOANNES Oldendorpius Hamburgensis, I C. acris iudicii, & in praxi dexteritatis singularis, 3. Iunii, Marpurgi.

VI. IVSTVS Ionas Iurisconsultus capite truncatus Hafniæ, 28. Iunii, ætatis 42. Ante mortem fertur recitasse hoc versiculos:

Quid iuuat innumeros scire atque euoluere casus,
Si facienda fugis, si fugienda facis?

VII. MICHAEL Stifelius Eslingensis, cuius exactissimi libri Archimetici extant, postquam in diuersis Saxoniæ & Borussiæ locis Ecclesias docuisset, die 19. Aprilis, ætatis 18. Ihenæ in Thuringia.

VIII. IOANNES Morenbergius, Senator Reipub. Vratislauiensis, Ecclesiarum & Scholarum patronus, disciplinæ custos, 9. Febr. ætat. 65.

1538 *GALLI Duce Billæo, VVilhelmo Principi Auraico militaturi, à Comite Lodronio & Sancio de Auila Hispanis prope Dalenum vrbem in agro Iuliacensi, die 25. April. profligati sunt. Chron. Belg. Eman. Metera.* 1568

LVDOVICVS Comes Nassouius, Auraici frater, Hispanorum copias in Frisia inter Heilægerlæum & VVinshotum, prope Groningam prælio deficit, cæso ipsorum Duce IOANNE Comite Arenbergio, Frisiæ Gu-

5538 *quod Melanchthon ab ipso, estq; hic an. 20. ex quo Flacius Philippum Melanthonem oppugnare cœpit.* 1568

VVILHELMVS Princeps Auraicus in Belgico infeliciter pugnauit cum Duce Albano, mensibus Octobri & Nouembri.

PAX octennalis inter MAXIMILIANVM II. & SELYMVM Turcarum Imp. & TRANSYLVANVM constituta.

Nati sunt:

I. *CHRISTIANVS, Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, & bello & literis celebris, die 11. Maii, 50. min. post 3. pomeridianam, Bernburgi. Eberus.*

II. *PHILIPPVS SIGISMVNDVS, Iulii filius, Dux Brunsuicens. & Luneburgensis, nunc temporis Episcopus Verdensis & Osnabrugensis, Calendis Iulii, paulò ante horam 11. antemeridianam, in arce Hessen.*

III. *AVGVSTVS, VVilhelmi filius Dux Brunsuicen. & Luneburgensis, die 18. Nouembris.*

Obierunt:

I. CAROLVS Princeps Hispaniæ, Philippi II. Regis Hispaniæ filius, hausto veneno à patre ipsi propinato, ætat. 22. die 24. Iulii, in Hispania. Thuanus.

II. ALBERTVS I. Dux Borussiæ, 20. Martii, æt. 78. administrationis Borussiæ an. 58.

III. CHRISTOPHORVS Dux VVirtembergicus, antiqua virtute & fide germanica præstans, 28. Decembris, æt. 54. gubernationis suæ an. 19.

IV. HENRICVS Iunior, Dux Brunsuicensis, 11. Iunii, æt. 79. Quam religionem approbarit moriturus, pete ex aliis. Successit filius IVLIVS, sub quo religio antiqua mutata est.

V. ELISABETHA Valesia, Caroli Galliarum Regis soror, Philippi Regis Hispaniæ coniunx, 17. Decembris.

VI. EVSTACHIVS à Schliben, vir nobilis ac doctus, & eloquentiæ laude celebris, 22. Martii.

5538 VII. IOANNES Schneideuuinus Stolbergensis, Iurisconsultus, vir optimus & doctissimus, C. S. E. 4. Decembris, ætat. 51. apoplexia extinctus, Zeruestæ. 1568

VIII. GVILIELMVS Gratarolus Bergomensis Italus, Medicus insignis, cuius plurima, eaq; erudita extant scripta, die 16. April. ætat. 52. Basileæ.

IX. IOHANNES Aurifaber Vratislauiensis, Theologus & Pastor Ecclesiæ Vratislauiensis ad D. Elisabetham, religionis studio & totius Philosophiæ, imprimis verò Matheseos ac linguarum præcipuarum cognitione clarus, 19. Octob. æt. 51. m. 7. d. 17. Vratislauiæ.

X. IOANNES Oporinus, celebris, doctus & elegans Typographus Basiliensis, die 6. Iulii, æt. 60.

XI. ONVFRIVS Panuinius Veronensis, Eremita Augustinianus, antiquitatis indagator solertissimus, C.S.E. Panormi in Sicilia, 18. Kal. April. ætat. 39. inchoato.

5539 *Tertium bellum GALLICVM (quod biennium durauit) ob religionem gestum: in quo LVDOVICVS BORBONIVS, Princeps Condæus, heros fortißimus, patriæque propugnator acerrimus, ad Irnacum (prope Engolismam) fortiter pugnans, & vulnerato equo concidens, primum à nobili Saniano captus, deinde contra fidem datam à Montesquio, Henrici Valesii Ducis Andegauensis excubitorum Præfecto, Sclopeti glande traiectus, occubuit 13. Martii, circa æquinoctium vernum: relictis post se quatuor filiis, Henrico Borb. Principe Condæo, Francisco Borb. Principe Contiaco, CAROLO Principe Condæo, & Carolo Suessonum Comite. Commentarii reru Gallicaru.* 1569

SELYMVS Turcarum Imp. expeditionem aduersus TATAROS ASTRACANENSES, Magno Moscouiæ Duci subiectos, suscepit mense Martio, & cum magno Turcarum exercitu, plurimarum nauium classem terra mariq; emisit: qui ad-

iun-

5539 iunctis sibi TATARIS Præcopensibus, longo 1569
& periculoso itinere 5. Septembris sub ASTRACANVM Vrbem peruenit: quam cum ad diem 15. infeliciter oppugnassent, multis suorum millibus amissis, & classe in Tanai fluuio, ad mortem Perewloka dissipata & fugata, hostis quoq; imminentis metu, fame ac peste, ad extremas angustias redacti, die 21. Septemb. ingenti cum dedecore & damno cedere, & obsidionem soluere coacti sunt. Alexander Gaguinus. Chron. Moscouiæ.

Die 3. Octob. commissa est memorabilis pugna CASPARIS *Colignii, Galliæ Amiralii, cum* HENRICO *Valesio Duce Andegauensi, Gallici exercitus Imperatore ad Moncontorum. Ex reformatorum tam Gallorum quam Germanorum numero cæsi quinq; millia peditum & centum equites: Ex Pontificiorum verò parte plurimi equitum & nobiliorum quidem, inter quos* PHILIBERTVS *Marchio Badensis, Rhingrauius & Claremontius Comites, & aliquot Equit. s ordinis desiderati sunt.* **Comment.** *rerum Gallicarum.*

MAVRITANI in regno GRANATÆ, qui iugum Hispanicum excutere conabantur, à magno Castiliæ Commendatore, & IOANNE Principe Austriaco deuicti & superati sunt.

ERIDERICVS III. Elector Palatinus Rheni nuptias secundas celebrauit cum illustri Domina Amelia, Comitissa Morsensi & Nuenaria, Henrici Baronis Brederodii vidua, die 25. Aprilis.

HENRICVS Dux Brunsuicensis & Luneburgensis in Tannenberg, coniugem duxit VRSVLAM, Francisci Senioris, Ducis Saxoniæ Laoburgensis, filiam.

Obierunt:

I. VVOLFGANGVS Comes Palatinus Rheni, cum ingentē eqtatū duxisset in Galliā, febri pestilētiali corrept⁹, die 11. Iunii, Nessunii in Gallia, æt. 42. m. 8. d. 16. relictis ex Anna Principe Hassiaca quinq; filiis,

5539 filiis, Philippo Ludouico, Iohanne, Ottone Henrico, Friderico & Carolo; Comitibus Palatinis Rheni. 1569

II. PAVLVS Eberus Kittingensis, Ecclesiæ VVitebergensis Pastor, C.S.E.10. Decemb. æt.59.

III. VICTORINVS Strigelius, vir in docendo felix, & dexteritatis ac perspicuitatis Melanchthonianæ solers imitator, C.S.E.25. Iunii, æt.45. Heidelbergæ.

IV. CÆLIVS SECVNDVS Curio, Italus, Philosophus doctissimus, C.S.E.24. Nouemb. ætat.67. Basileæ: cum ibidem Philosophiæ & eloquentiæ studia propemodum an.23. professus esset.

V. DANIEL Barbarus. Nobilis Venetus, Vitruuii illustrator, Eidib. April. æt.40.

VI. IOANNES Lonicerus Orteranus, Philologus, Marpurgi, æt.70. 13. Kal. Octobr.

VII. ANDREAS Iociscus Grunebergensis Silesius, vir doctissimus, & Ethices in Academia Argentinensi Professor, dum in patriam tenderet, colicis doloribus extinctus, in pago Langebrug tribus Heidelberga miliaribus distante, die 13. Augusti.

VIII. THEOBALDVS Thammerus Argentoratensis, Apostata, Friburgi Brisgoiæ, 23. Maii.

5540 *MAXIMILIANVS II. Imp. Comitia SPIRÆ mense Iunio celebrauit: de quibus consule alios.* 1570

Nouæ pacis conditiones initæ & publicatæ sunt in GALLIA, mense Augusto, quæ post biennium, interueniente connubio Regis Nauarræi cum Margaretha Regis sorore, in perpetuam firmamque pacem transituræ credebantur.

NICOSIA, Cypri metropolis, à Turcis, Duce MVSTAPHA Bassa, acerrimè 7. hebdomadarum interuallo oppugnata, tandem die 10. Septemb. in in hostium potestatem redacta & miserè direpta fuit, cæsis præsidiariis, extincta nobilitate, reli-

quis

5540 quis verò in seruitutem abductis: postquam Veneti annis 100. Cyprum possedissent. Leonclauius. 1570

FERRARIA terræmotu concussa, Mense Nouembri.

In Frisia, Hollandia, Seelandia, Flandria & aliis Belgici locis perierunt maris inundationibus plurimæ vrbes, pagi, homines, &c. mense Nouemb.

Dux ALBANUS in Belgico proclamari iubet, serò admodum, Condonationem (vulgò Pardonam vocant) omnibus diuersæ religionis hominibus, modo ad Catholicæ Ecclesiæ gremium redeant & confugiant. Chron. Belg.

Stetini facta est PAX inter Reges Daniæ & Sueciæ, mense Decembri.

Huius anni æstate orta est ex maligno frugum prouentu ingens annona caritas, quæ durauit biennio. Multis in locis homines fame extincti sunt, cum victitassent rebus, quæ non sunt esui.

Hoc anno prodiit CHRONOLOGIA Georgii Nigrini Batteburgensis, cuius supputatio cum nostra in annis Mundi & Christi planè consentit. Eadem vsus est Henricus Pontaleon in libello Chronologico à se edito.

MAXIMILIANUS II. Imp. duas filias nuptum dedit duobus potentissimis Regibus: PHILIPPO Regi Hispaniarum, ANNAM, mense Augusto: CAROLO verò IX. Regi Galliarum, Elisabetham, mense Octobri.

IOACHIMUS FRIDERICUS Marchio Brandeb. Administrator Primatus Magdeburgensis, postea Elector Brandeburgicus, nuptias celebrauit Custrini, cum Catharina, filia Marchionis Iohannis Brandeb. patrui, 8. Ian.

IOANNES CASIMIRUS, Comes Palatinus Rheni, Coniugem duxit ELISABETHAM, filiam Augusti Electoris Saxoniæ, Heidelbergæ, 4. Iunii.

Nati

1540 Nati sunt: 1570

I. *CHRISTOPHORVS, Ducis Ottonis in Harburg filius, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, die 21. Augusti.*

II. *IOANNES, Ioh. VVilhelmi filius, Dux Saxoniæ, 22. Maii.*

Obierunt:

I. IOANNES Waiuuoda Transyluaniæ, die 14. Martii, æt. 30. in Vngaria: cui successit STEPHANVS Bathoreus, electus à Transyluanis Palatinus Transyluaniæ.

II. FRIDERICVS III. Dux Lignicensis, Princeps eloquens, & varia linguarum cognitione præstans, 15. Decemb. æt. 51. Lignicii.

III. BERNHARDVS, Iohannis filius, Princeps Anhaltinus, 1, Martii, æt. 30.

IV. GEORGIVS Thurius Vngarus, vir magnanimus & incomparabilis nationis suæ bellator, insidiis Turcicis prope Canisiam, cui præerat, circumuentus, fortissimè pro patria dimicando cæsus occubuit. Matth. Scaricæus in vita Stephani Szegedini.

V. HIERONYMVS Torniellus IC. maximus, quē ad intimam iuris vtriusq; sapientiam enucleandam, ac totius sanctitatis & iustitiæ exemplum natum pepererat, die 23. Sept. ætat. 70. Ticini. Schraderus.

VI. IOHANNES Brentius Theologus, & Ducum Wirtembergicorum Consiliarius, cuius plurima scripta Theologica extant, ex fluxu (vt putatur) epatico, die 11. Septembr. æt. 71. m. 2. d. 3. ministerii anno 50. Sturgardiæ.

VII. VITVS Ortel Winshemius, Medicinæ Doctor, & Linguæ Græcæ Professor in Academia Witebergensi, ætat. 69. 3. Ianuarii, anno 10. post Melanchthonem.

1541 *MOSCOVIAM, regiam Moscorum Vrbem, TARTARI Præcopenses cum arce exusserunt mense Maio, ipso die* 1571

Ascen-

5541 *Ascensionis Christi, vbi ingens populi multitudo flammis fumoq; suffocata, mancipia & spolia plurima à Tataris abducta, & tota vicina regio longè lateq; ferro & igne deuastata est. Alex. Gaguinus. Chron. Moscou.* 1571

FAMAVGVSTA, olim Salamis dicta, Cypri vrbs nobilißima, anno præcedenti mense Augusto obsideri cœpta, cum per annum integrum obsessa, fortiter vim hostilem sustinuisset, tandem in extrema rerum omnium penuria Turcis certis conditionibus deditionem fecit, die 5. Augusti. MARCVS ANTONIVS BRAGADINVS Vrbis Præfectus, iussu Mustaphæ Bassæ, per summum scelus violata fide viuus excoriatus, reliqui verò dedititii omnes crudelißimè trucidati sunt. Turcarum durante obsidione vltra 80000. cæsi periere. Leonclau.

Eodem anno, percusso inter PIVM V. Pontificem Rom. PHILIPPVM II. Regem Hispaniarum, & SENATVM VENETVM fœdere, classis instructissima (cuius Dux supremus IOANNES Austriacus, Caroli V. filius, Regis Hispaniæ frater, designatus fuerat) contra Turcas emissa est: quæ prælio ad sinum Corinthiacum (qui hodie Golpho de Lepanto dicitur) die 7. Octobris commisso, classem Turcicam feliciter profligauit, & victoriam multis seculis inauditam obtinuit. Turcarum cæsi ad 25000. capti 4000. Christianorum captiuorum liberati 14000. Inter præcipuos ALIS Bassa cæsus occubuit. PERTAVVS verò Bassa nauigio fugiens ad terram euasit: & præterea classis hostilis vniuersa cum tormentis aliisque spoliis amplissimis in Christianorum potestatem peruenit: triginta tantum circiter triremibus & nauigiis exceptis, quibus VLVZALIS mari aufugit, Leonclau. Sansou. & alii. Est annus à belli Peloponnesiaci principio 2000. à Monarchia Alexandri Magni 1900. à victoria Actiaca, & Monar-

1541 Monarchia Augusti 1600. ab excidio Hierosolymorum sub Tito 1500. 1571

IOACHIMVS ERNESTVS, Princeps Anhaltinus, nuptias secundas celebrauit cum ELEONORA, Christoph. Ducis Wittemberg. filia, die 8. Ianuarii, Stutgardiæ.

CAROLVS Archidux Austriæ coniugem duxit Mariam, Alberti Bauariæ Ducis filiam, nuptiis Viennæ mense Septembri celebratis.

Nati sunt:

I. *BERNHARDVS, Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 25. Septemb. h. 1. matutina, Dessauiæ.*

II. *IVLIVS ERNESTVS, Henrici Ducis Luneburg. in Tannenberg filius, Dux Bruns. & Luneburg. 10. Martii.*

Obierunt:

I. IOACHIMVS II. Elector Brandeb. Princeps sapiens, eloquens & munificus, extinctus subitò in arce Cöpnik, 3. Ianuarii, æt. 66. à morte patris 36. Electoratus sui an. 35. hebdomad. 25.

II. IOHANNES Marchio Brandeb. oculus & consilium Germaniæ dictus; Custrini manè paulò ante horam 6. die 13. Ianuarii, ætat. 58. d. 10. post fratrem: gubernationis ann. 36. Vtrique horum Principum successit IOHANNES GEORGIVS Elector Brandeburgensis.

III. DOROTHEA Regina Daniæ, vidua Regis Christiani.

IV. MELCHIOR Kling. Iurisconsultus celeber. C. S. E. 19. Febr. in Salinis Saxonicis.

V. GEORGIVS Fabricius Chemnicensis, ingenii monumentis apud exteros quoq; clariss. 13. Iulii, Misnæ, cum vixisset an. 55. m. 2. d. 21. (alii ann. 56. m. 2. d. 19.) Rexit Scholam illustrem Misnæ ann. 26. fideli & felici institutione. Viuus de seipso.

Fa-

5541 *Fabricius studuit bene de pietate mereri:* 1571
Sed quicquid potuit, gloria, Christe, tua est.
Σοὶ χάριν οἶδα θεῷ εὐσπλάγχνῳ ὅσ μ' ἐδίδαξας
Ἐν βιοτῇ τε θανεῖν, ἐν θανάτῳ δὲ βιοῦν.

VI. CLAVDIVS Enspencæus, Sorbonæ Parisiensis Theologus celeberrimus, qui cum Theodoro Beza in colloquio Possiaco de religione disputauit, C.S.E. 5. Octobr. ætat. 60. Lutetiæ.

VII. IOACHIMVS Morlinus Theologus, & Episcopus Sambiensis in Borussia, 13. Iulii, æt. 57. cum frustra reclamantibus Medicis sectionem in calculo vesicæ attentasset senex.

VIII. IOANNES Iuellus Episcopus Satisburiensis in Anglia, C. S. E. die 23. Septemb. ætat. 50.

IX. HENRICVS Theodorus, Superintendens Ecclesiarum Ducatus Lignicensis, 6. Decembr. ætat. 59. cui in Ecclesiarum gubernatione successit Leonhartus Crantzhemius, Theolog. & Chronologicis scriptis clarus ac celebris.

5542 *VVILHELMVS Princeps Auraicus HOLLANDIAM & SEELANDIAM, Belgici prouincias, recuperat, & contra Hispanos defendit.* 1572

BENEDICTVS ARIAS Montanus Hispalensis vir longè doctissimus, & multarum linguarum cognitione instructissimus, feliciter vltimam manum imposuit magno & præclaro operi S. Bibliorum Antuerpiensium quadrilinguium, cum in isto labore consumpsisset quadriennium, à die 15. Maii (quo in Belgium ex Hispania venerat anno 1568.) vsque ad vltimum Martii huius anni.

IOHANNA Albretana, Antonii Borbonii Regis Nauarræi relicta vidua. dum filio HENRICO Borbonio nuptias adornat, pleuritide ex-

5542 tinguitur, Lutetiæ Parisiorum, die 8. Iunii, ætat. 42. 1572

CASPAR COLIGNIVS Castellonius, Galliæ Amiralius, & multi alii reformatæ religionis viri nobiles, LVTETIAM Parisiorum ad nuptias HENRICI Borbonii Regis Nauarræi, & Margaretæ Valesiæ sororis Regis Galliæ inuitati, die Bartholomæi (24. Augusti) crudelissimè trucidantur. Similes lanienæ Tholosæi Rotomagi, Diepæ, Meausiæ, Burgesiæ, Aureliæ & Lugduni fuerunt, vt intra paucos dies multa hominum millia iugularentur. Estque à Vesperis Siculis annus 290. Hunc annum hæc verba indicant, collectis numerorum literis: *LVtetIa Mater sVos natos DeVoraVIt.* Commentarii rerum Gallicarum.

RVDOLPHVS primogenitus Max. II. Imp. coronatur Rex Vngariæ 25. Septemb.

Mense Nouembri conspeximus STELLAM illam NOVAM in sidere Caßiopeæ, de qua multi multa scripserunt. Hæc stella cum immota diutius anno constitisset, sub initium anni 74. prorsus euanuit.

FRIDERICVS II. Rex Daniæ & Noruegiæ nuptias celebrauit cum Sophia, Vlrici Ducis Megapolitani filia, die 20. Augusti.

Nati sunt:

I. *SIGISMVNDVS BATHOREVS, Stephani Regis Poloniæ ex fratre Christophoro nepos, Transyluaniæ Princeps, in Transyluania circa hunc annum natus est: ab initio regni Turcici 272. à nato Georgio Castrioto Scanderbego Epirotarum Principe, & Turcarum propulsatore fortißimo 168.*

II. *IOHANNES SIGISMVNDVS, primogenitus Ioachimi Friderici Marchionis Brandeb. & Administrat. Magdeb. 8. Nouemb. Halæ Saxonum.*

III. *FRANCISCVS, Ducis Henrici in Tannenberg filius,*

1542 *lius, Dux Brunsuicens. & Luneburg. & Canonicus Argentinensis, 6. Iunii.* 1572

IV. OTHO, *Ducis Othonis filius, Dux Brunsf. & Luneburg. die 20. Martii.*

Obierunt præterea:

I. PIVS V. Rom. Pontifex, Calend. Maii: cui successit Gregorius XIII.

II. SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex Poloniæ, filius Sigismundi I. sine hærede masculo, 7 Iulii, æt. 52. regni post patrem 25. Kniffinii in Lithuania. Estq; hic annus 608. à principio Christianismi in Polonia.

III. IOHANNES Corasius Iureconsultus & Professor publicus Tholosæ, Consiliar. & Cancellarius Nauarræus, cum post nuptias Parisienses cruentas domum ad officium rediens, suos cædi percepisset, in intimum conclaue sese abdidit: vbi cum supplici corde ad Deum vota faceret, eique animam suam piè commendaret, foribus effractis repertus, & à sicariis immissis trucidatus est.

IV. IVLIVS Oradinus I.C. præstans, Perusii ac Patauii interpres eximius, multis ad summos Pontifices & Principes legationibus perfunctus, die 6. Augusti, æt. 70. Romæ. Schrader. in monument. Ital.

V. AVGVSTINVS Marloratus Lotharingus, Rotomagensis Ecclesiæ Pastor, cuius extant Ecclesiasticæ in Genesin, Psalmos, Esaiam & Nouum Testamentum expositiones, strangulatus iussu Annæ Mommorencii Conestab. & Guisii, 30. Octobr. æt. 56. Beza in Iconibus.

VI. STEPHANVS Szegedinus Vngarus, Theologus doctissimus, C.S.E. postquam Euangelium inter varias ærumnas in Vngaria Budæ & Pestini docuisset, 2. Maii, anno ætat. 67. Keuini in Vngaria.

VII. IOHANNES Wolphius, Theologus in Ecclesia & Schola Tigurina celebris, C. S. E. die 17. Nouembris, æt. 50. Tiguri. 1572

VIII. IOHANNES Goropius, admirabilissimus seculi nostri scriptor, & Becesilanarum autor, die 28. Iunii, ætat. 61. sepultus Traiecti ad Mosam.

IX. ÆGIDIVS Tschudus Glaronensis, eruditione studioq; historico & Geographico vir præstantissimus, die 29. Febr. æt. 67.

X. CHRISTOPHORVS Lasius Theologus, C. S.E. 25. Augusti, Senftenbergæ, cum vixisset ann. 68. d. 50.

XI. IOHANNES Cnoxus Scotus, Theologus, die 24. Decemb. ætat. 57. cum in Ecclesia Edimburgensi in Scotia Euangelium docuisset an. 13.

XII. PETRVS Ramus, Professor Regius in Academia Parisiensi, C. S. E. sicaria manu interfectus Lutetiæ in Collegio Præleo, die 26. Augusti, ætat. 57. Nouissima Rami audita. Tibi soli peccaui: Iudicia tua veritas & iustitia. Miserere mei, & interfectoribus ignosce nescientibus quid faciant. Theophilus Banosius. Qui necem procurauit Ramo Carpentarii filius anno 97. supplicio affectus est, quod reus esset proditionum Hispanicarum.

XIII. DIONYSIVS Lambinus Monstroliensis Gallus, Philosophus & Philologus, sub finem mensis Augusti, paulò post cædem Rami, Lutetiæ Parisiorum.

XIV. IOHANNES Rosa, Philosophus excellens, & Professor Acad. Ihenensis, 20. Decembr. an. ætat. 40. Ihenæ.

XV. IOHANNES Genesius Sepulueda, Salmanticæ, C.S.E, æt. 72.

5542 XVI. NICOLAVS Grachius Gallus, C. S. E. Rupellæ. 1572

XVII. IOHANNES Argenterius Italus, C. S. E. 3. eid. Maias, ætat. 58. Augustæ Taurinorum.

XVIII. OCTAVIANVS Ferrarius Mediolanensis, Philosophus Ticinensis, ætat. 63.

XIX. HIPPOLYTVS Saluianus Medicus, opere de piscibus clarus, Romæ, Eid. April. ætat. 58.

XX. DONATVS Ianetius Italus, Commentario de Rep. Veneta clarus, Venetiis.

5543 *Circa anni huius initium HENRICVS Valesius, Dux Andegauensis, Caroli IX. Galliarum Regis frater, RVPELLAS Vrbem in Sanctonia ad littus maris Aquitanici munitißimam, obsidione cingere, & grauiter oppugnare cœpit: in qua CLAVDIVS Dux Aumalius, Henrici Guisii frater, ex Euangelio (propugnaculo vrbis sic dicto) tormenti maioris globo emisso ictus, contra Euangelicos pugnans occubuit die 3. Martii. Durauit hæc obsidio vsq; ad 16. Iunii: quo ipso die Henricus Valesius, Dux Andegauensis in castris à Legatis Polonorum Rex POLONIÆ electus est. Hac occasione permotus pacem cum Rupellanis iniit, eamq; 10. Iulii publicauit. Comment. rerum Gallicarum.* 1573

HARLEMVM Vrbs Hollandiæ munitissima, 8. menses contra Hispanos fortiter defensa, die 13. Iulii iisdem deditur. Chron. Belgici.

ALBERTVS FRIDERICVS Dux Borussiæ (ætat. 21.) cum Maria Eleonora, filia VVilhelmi Ducis Iuliacensis, nuptias celebrauit.

Nati sunt:

I. *MAVRICIVS, Guilielmi filius, Haßiæ Landgrauius, Princeps pietate, ingenio & literis clarißimus, 24. Maii. Caßellis.*

II. *IOACHIMVS CAROLVS, Iulii filius, Dux*

1543 *Brunſuicenſis & Luneburgenſis, ac Præpoſitus Argentinenſis,29.April.h. 9.veſpertina.* 1573

III. IOHANNES, *Othonis filius, Dux Brunſuicenſ.& Luneburg.die 19.Iulii.*

IV. GEORGIVS FRIDERICVS, Marchio Badenſis,10. Ian.

Obierunt:

I. HEDVIGIS, filia Sigiſmundi I.Regis Poloniæ, Ioachimi II.Electoris Brandeburg.vidua,7.Febr. in arce Ruppinenſi, æt. circiter 60.

II. IOHANNES WILHELMVS Dux Saxoniæ, Iohannis Friderici I.filius,æt.43,die 2. Martii.

III. BARNIMVS Pomeraniæ Dux,prope Stetinum in arce Aderburg.ætat.72. à morte Philippi Ducis Pomeraniæ 14. cum ditioni ſuæ præfuiſſet an. prope 50. Quidam huc vſq; ſupputant à gubernatione Barnimi primi annos 350. quemadmodum etiam ab eiuſdem Barnimi prioris initio ad huius Barnimi principium (anno 1523.) annos 300.

IV. FRIDERICVS à Wirsberg, Epiſcopus Herbipolenſis & Dux Franciæ, conditor Gymnaſii Herbipolenſis,Menſe Nouembri. Succeſſit ei in Epiſcopatu Iulius Echterus à Meſpelbrun, die 1. Decemb.

V. MICHAEL Hoſpitalius Cancellarius Regis Franciæ,æt.70.3.Eid.Mart.

VI. ANDREAS Maſius, vir doctrina & plurimarum linguarum cognitione clariſſimus, & immortali laude digniſſ. qui in adornandis Bibliis Antuerpienſibus, vna cum Benedicto Aria Montano vtilem & præclaram nauauit operam, & in enarratione libri Ioſuæ ſui nominis memoriam poſteritati ſempiternam conſecrauit: Zeuenerræ,die 7.Aprilis.

VII. IOHANNES Mercerus linguarum Orientalium peritiſſimus, Vticæ in patria.

VIII.

5543 VIII. FRANCISCVS Balduinus IC. celebris, C. S. E. 11. Nouemb. æt. 53. Lutetiæ. 1573

IX. IOHANNES Pfeffinger Theologiæ Doctor, & Lipsensis Ecclesiæ Pastor, Calen. Ianuar. ætat. 78. (alii 80.)

X. ABDIAS GODESCALCVS Prætorius, Witebergæ, 9. Ian. æt. 49.

XI. IOACHIMVS Curæus, Medicus & Philosophus clarissimus, C. S. E. Glogouiæ, 21. Ian. cum vixisset an. 40. m. 3.

XII. HIERONYMVS Wellerus, Theologus, C. S. E. apoplexia extinctus Fribergæ in patria, 20. Martii, ætat. 74.

XIII. IOHANNES Baptista Cynthius, qui Patauii vixit, & scriptis aliquot vernacula lingua claruit, Ferrariæ, æt. 69.

XIV. FRANCISCVS Fabritius Marcoduranus, qui Ciceronis vitam descripsit, Düsseldorpii.

5544 *HENRICVS Andegauensis Poloniæ Rex coronatur Cracouiæ Dominica Esto mihi, 21. Febr. Attigit fines Poloniæ 24. Ianuarii circa meridiem, eodemque die ingressus est oppidum Meseriz. Cracouiam venit 18. Febr. Hic cum mensibus tribus, diebus 26. regnasset, 18. Iunii intempesta nocte, comitatus paucis domesticis Gallis, equorum incitatissimo cursu Cracouia euasit in Franciam, vbi Rex designatus CAROLO fratri mortuo successit.* 1574

MIDDELBVRGVM Seelandiæ Vrbs celeberrima à VVILHELMO Principe Auraico deditione capta, die 23. Febr. Chron. Belg.

CHRISTOPHORVS Comes Palatinus Rheni, Friderici III. Elect. filius, LVDOVICVS & HENRICVS Comites Nassouii, VVilhelmi fratres, nouas auxiliares copias Auraico & Belgis, qui defecerant, adducentes, in campo Mouacensi, non procul Neomago à SANCIO de Auila & MONDRAGONIO Hispanorum Ducibus, ex improuiso oppressi, & hostium

1544 Obierunt: 1574

I. SELYMVS II. Turcarum Rex decimus tertius, & QVINTVS Imp. Orientis, obiit 30. Nouem. (aliis 13. Decemb) an. ætat. 50. regni 9. Huic sub initium anni sequētis successit AMVRATHES III. Turcarum Rex decimus quartus, & sextus Imp. Orientis, ætat. 27. qui regnum pro more gentis, quinque fratrum cæde auspicatus est. Ab initio imperii Amuratis I. 216. Solymani II. a-ui 54.

II. CAROLVS IX. Rex Galliarum, 30. Maii, ipso die Pentecostes, an. ætat. 24. Regni 14. nondum exacto.

III. CATHARINA, filia Henrici Iunioris Ducis Brunsuicensis, & coniunx Illustriss. Principis Iohannis Marchionis Brandeb. Dominica Vocem Iucund. 16. Maii, ætat. circiter 58.

IV. COSMVS Florentiæ & Senensium Dux, II. Kal. Maias, ætat. 55. imperii, 38.

V. HENRICVS ROBERTVS Martianus, Bullionii Dux & Sedani Princeps, auno ætat. 45. 4. Nonas Decemb.

VI. IOANNES Firleus Palatinus Cracouiensis, Archimarschallus regni Poloniæ, die 28. April. qui, cum Henricus Andegauensis coronandus instinctu Legati Papæ iureiurādo pacem religiosis concessam sancire nollet, tanta constantia restitit, vt arrepta corona, quæ tunc Regi præferebatur, templo excedere voluerit, nisi à plerisque pacis & concordiæ nomen inclamatum fuisset.

VII. IOANNES Comes Hoiensis, Episcopus Padebornensis, Osnaburgensis & Monasteriensis: ex vitæ intemperie, ætat. 44.

VIII. ECCIVS Comes Salmæ & Neoburgi, Nicolai III. filius, arcis Iaurinensis Præfectus, bellator fortis ac strenuus, 7. Iulii, Iaurini.

5544 Com. Palat. ad Rhenum Mathematicus nulli superiorum secundus, C. S. E. die Vrbani, Lauingæ. 1574

XVIII. MARTINVS Heluigius Nissenus, qui per annos complures magna cum eruditionis, fidei & dexteritatis laude in Schola Vratislauiensi pubem literariam docuit, 26. Ianuar. ætat. 58. Vratislauiæ.

XIX. PAVLVS Manutius Romæ, quo ante aliquot an. Venetiis erat euocatus, vt sacrorũ librorum editioni præesset, attenuato assiduis studiis corpore, cum diu præ macie in lecto decubuisset 8. idus April. ad Mineruæ sepultus.

XX. HIERONYMVS Amaltheus, Italus Philosophus, Medicus & Poeta, 13. Kal. Octob. ætat. 67.

XXI. IOHANNES Baptista Amaltheus, Heronymi frater, Secretarius Cardinalium Tridentinæ Synodi, ætat. 47. Romæ.

XXII. ENIMVNDVS Bonefidius, Cuiacii γνήσιον παίδευμα, ætat. 38. Geneuæ.

XXIII. GEORGIVS Vasarius, pictor & architectus Cosmi Ducis Florentini excellens, anno climacterico.

XXIV. IOACHIMVS VVESTPHALVS Theologus Hamburg. 17. Ian.

5545 *LVGDVNI Batauorum sub initium anni huius ACADEMIA Ordinum Batauia munificentia & sumptu aperta & priuilegiis ornata est: quam primò quidem Viri clarissimi HVGO Donellus IC. & IVSTVS Lipsius Philologus, postea magnus ille IOSEPHVS Scaliger Historicus, & FRANCISCVS Iunius Theologus, scriptis suis claram reddiderunt. Chron. Belg.* 1575

Schola ALTORFIANA à Senatu NORIMBERGENSI aperta est 29. Iunii, primo Rectore Valentino Erythræo, qui paulò post obiit.

HEN-

5545 HENRICVS Turrius Turenæ regulus, poſtea Bullionii Dux, ad Proteſtantium partes deficit. Thuanus. 1575

RVDOLPHVS Archidux Auſtriæ coronatur Rex BOHEMIAE, 22. Septemb. Pragæ in ſummo templo. Idem conſentientibus votis Principum eligitur in Regem ROMANVM 27. Octob. & coronatur 1. Nouemb. Ratiſbonæ, agens annum ætat. 24.

HENRICVS Valeſius Remis ſolenni pompa in Regem GALLIÆ coronatur & vngitur, 15. Februarii: & paulò poſt die 3. Martii matrimonio ſibi iungit CLAVDIAM Ludonicam, Nicolai Comitis Vademontii Lotharingici Filiam.

VVILHELMVS Princeps Auraicus tertiam vxorem ducit CAROLAM Borboniam, Ludouici Ducis Mompenſerii ex regio ſanguine oriundi filiam, Brielæ nuptiis celebratis, die 12. Iunii.

Nati ſunt.

I. IOANNES AVGVSTVS, Georgii Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Veldentianus, 26. Nouembris.

II. IOHANNES ADOLPHVS, Adolphi filius, Dux Holſatiæ, Archiepiſcopus Bremenſis & Lubecenſis, circa finem menſis Februarii.

III. AVGVSTVS, Ioachimi Erneſti filius, Princeps Anhaltinus, pius & literatus, 14. Iulii.

Obierunt.

I. SABINA, filia Georgii Marchionis Brandenb. coniunx Iohannis Georgii Electoris Brandenb. 2. Nouembr. h. 12. meridiana, Coloniæ ad Sueuum.

II. CAROLVS FRIDERICVS, VVlhelmi filius, Iuliæ & Cliuiæ Dux, 23. Februarii, ætat. 20. Romæ.

III. HENRICVS Roanus Leonii in Armorica Princeps, in Belini arce, menſe Iunio, arthriticus.

5545 IV. HENRICVS Bullingerus, Theologus Tigurinus, C.S.E. 17. Septembr. ætat. circiter 76. cum Tiguri docuisset an. 43. 1575

V. IOANNES Hallerus, Ecclesiastes Bernensis.

VI. GVARVS VVeigandus Guarinus, Medicinæ Doctor, Vir laudatissimus, & amicorum meorum ornamentum eximium, 27. Nouembr. ætat. 60. Quidam obseruarunt, hunc annum multis Mathematicis fuisse fatalem, VVOLFGANGO Schulero 2. Iunii VViteberg. FRANCISCO Maurolyco Siracusano : VALENTINIANO Thauæ Lipsiæ: & PETRO Nonnio Salaciensi Hispano.

VII. ANTONIVS Giosius I C. celebris, cum vtrumque ius Pisis spacio 30. annorum subtiliter interpretatus esset, illudq; scriptis suis acuminis & elegantiæ plenis illustrasset, die 27. Decembr. ætat. 55. m. 10. d. 3. Pisis. Schrad.

VIII. GEORGIVS Cracouius I C. & quondam Augusti Elector Saxoniæ Consiliarius, in carcere Lipsensi, 17. Martii.

IX. VVOLFGANGVS Iustus Senior, artium & Medicinæ Doctor, & Professor Physices in Academia Francofordiana, C.S.E. die Martis post Dominicam Trinitat. ætat. 54. Francofurti.

X. IVSTVS Vulteius VVetteranus Hassus, Rector Pedagogii, & sanctæ linguæ in Academia Marpurgensi Professor, 31. Martii.

XI. ANDREAS VVingclerus, Ludimagister Scholæ Vratislauiensis solertissimus, die 27. Iunii, ætat. 77. Vratislauiæ.

XII. MATTHIAS Flacius Illyricus, Theologus, C.S.E. morbo epidemio aut peste, die 11. Martii, ætat. 56. Francofurti ad Mænum.

VIII. FRANCISCVS Maurolycus Siracusanus, Messanæ Abbas, Mathematicus.

XIV. FRIDERICVS Commandinus nobili familia

5545 milia Vrbini in Vmbria natus, Mathematicus, ætat.66. 1575

XV. HADRIANVS Iunius Hornanus, Medicinæ, linguæ vtriusque, & antiquitatis cognitione clarus, Mildeburgi in Mattiacis, 16. Kalend. Quintil.

XVI. GVILIELMVS Canterus Vltraiectinus, C.S.E. anno ætat.33. nondum expleto, 5. Kalend. Iunias.

5546 *STEPHANVS Bathoreus Transyluaniæ Palatinus, Cracouiæ coronatur Rex POLONIAE, Calend. May.* 1576

MOSCOVITICA Legatio audita est ab Imp. Maximil. II. circa 18. Iulii, Ratisbonæ.

RVDOLPHI II. IMPERIVM.

Academia IVLIA Helmenstadii. 15. Octob. (qui natalis fuit Rectoris primi Ducis Henrici Iulii) introducta est.

ANTVERPIA capta & direpta ab Hispanis, 4. Nouemb.

Nati sunt:

I. RVDOLPHVS, Ioachimi Ernesti fil. Princeps Anhaltinus, 28. Octob. h.8. pomerid. Hatzkeroda.

II. AVGVSTVS, Francisci filius, Dux Saxoniæ Laoburgensis, die 17. Febr.

Obierunt:

I. MAXIMILIANVS II. Imp. postremum suum conuentum celebrauit Ratisbonæ, in quo inter præclaros conatus piè & beatè obiit (die Maximiliani, vt quidam obseruarunt) 12. Octob. quo RVDOLPHO I. ante annos 496. dextra præcisa fuerat: circa decimam antemeridianam, anno ætat. 49. mense 2. d. 12. cum præsente filio RVDOLPHO decreta conuentus in Palatio Senatorio publicarentur, & nomina Principum, qui Subscripserant, recitarentur. Reliquit MAXIMIL. suæ sapientiæ, pietatis & virtutis memoriam honestam, & optimo Imperatore dignissimam,

1576 mam,qua de re legant Studiosi D. IOHANNIS Cratonis Archiatri Cæsarei Orationem, laudes Maximiliani sapienter & doctè recitantē: in qua oratione multum est canæ scientiæ, arcanæ sapientiæ, senilis prudentiæ, & eruditæ eloquentiæ: adeo vt oratio recitans laudes Imperatoris, nō taceat laudes Oratoris. Hac quoq; parte post mortem felix fuit Imperator: quod Cratonem, in quo multū esset senilis sapientiæ & canæ sciētiæ, consecutus est Encomiasten. 1546

II. TECHMAS Magnus Rex Persarū, postquā an. 50. regnasset, & cū Imperatorib. stirpis Ottomanicæ, magna bella, sed dissimili euentu, gessisset, obiit (vt refert Iohannes Thomas Minadous) 11. Maii, relictis aliquot filiis. Alii ad an. præcedētē 75. referūt. Hūc paulò post secuti sūt duo filii, HAIDAR Mirises tertiogenit⁹, & ISMAEL maior secūdogenitus: quorū ille à Sultanis q̄busdā siue Procerib. regni, qui eum oderant, regni die 15. hic verò sexto regni mense, nempe die 24. Nouemb. veneno sororis PERIÆ CONCONÆ opera propinato sublatus periit. Huic MAHVMETES Hodabēdes, Techmasis filius primogenitus, successit.

III. FRIDERICVS III. Palat. Rheni Elector, Princeps pi⁹, sapiens & pacificus, 26. Octob. æt. 62. Cui successit filius LVDOVICVS Elector Palatin. Rheni.

IV. IOHANNES ALBERTVS, Dux Megapolitanus, die 12. Febr. ætat. 49.

V. LVDOVICVS REQVSENIVS Dux de Cæsa, Magnus Castiliæ Commendator, & Belgici gubernator &c. die 5. Martii, Bruxellis. Huic successit IOHANNES Austriacus, Caroli V. Imp. filius ex Hispania à Philippo fratre cum imperio in Belgicum missus.

VI. GEORGIVS à Czedlix de Schonauu, Eques Silesius, Georgii Rudolphi pater, cum exiguo vitæ spatio maximam partem orbis peragrasset,

5546 grassset, die 4. Febr. ætat. 31. Glogouiæ Silesiorum. 1576

VII. IOACHIMVS Hopperus Frisius, I C. excellens, C.S.E. die 15. Decemb. Madriti in Hispania. Forsterus.

VIII. IOSIAS Simlerus, Theologns Tigurinus, C.S.E. 2. Iulii, æt. 49. Thuanus habet an. 45.

IX. GVILIELMVS Xylander August. Philologus doctiss. Strabonis, Cedreni, Plutarchi, Dionis aliorumq; autorum versionibus celeberrimus, die 10. Feb. an. ætat. 46. Hedilbergæ.

X. HENRICVS Salmuth, cognomento Beringer, Theologus & Pastor Ecclesiæ Lipsensis, 20. Maii ætat. 55. incoato.

XI. GEORGIVS IOACHIMVS Rheticus, Mathematicus & Medicus celebris, catarrho suffocatur Cassouiæ, 4. Decembr. ætat. 60. m. 9. die 16.

VII. IACOBVS Thomingius I C. Collegii Iuridici in Acad. Lipsensi quondam Præses Ordinarius, & præcipuum eiusdem ornamentum, cuius eruditæ extant decisiones, die 15. August. Lipsiæ.

XIII. CONRADVS Heresbachius I C. rei rusticæ Scriptor Eidib. Octob. ætat. 67.

XIV. HIERONYMVS Cardanus Mediolanensis, Astrologus, anno ætatis 75. quo prædixerat an. & die, videlicet 9. Kal. Octob. defecit, ob id, ne falleret, mortem suam inedia accelerasse creditus: Romæ mortuus, Mediolani sepultus.

XV. SIMON Musæus Theologus, 11. Iulii, Mansfeldiæ.

XVI. IOANNES Stößelius Theologus Misnicus, conflictatus prius horribilib. tentationibus, eo quod contra conscientiam Torgensibus articulis subscripsisset, iis superatis beatè mortuus est, die 26. Martii.

5546 XVII. PETRVS Paganus VVanfridianus, Poeta Laureatus, 29. Maii, VVanfridæ in patria. 1576

5547 *Sub initium huius anni MAHVMETES Hodabendes Rex Persarum bellum aduersus AMVRATEM III Turcarum Imp. sibi ab antecessoribus relictum, persequi cœpit: idque vt felicius perficeret, tum Magno Tartarorũ CHAMO CHITAINO & GEORGIANIS fœdus iniit, eosq; sibi belli contra Turcas socios adiunxit.* 1577

MATTHIAS Archidux Austriæ, nocte ea quæ antecessit diem 3. Octob. Vienna egressus iter suscepit in Belgicum, vocatus eò ad suscipiendam summam rerum administrationem sibi vnanimi Ordinum consensu missi literis oblatam: & Antuerpiam venit 12. Nouembr. cui præstito iuramento, VVilhelmus Princeps Auraicus Legatus designatur: Iohannes verò Austriacus die 7. Decemb. hostis patriæ vna cum asseclis suis publico scripto declaratur, Chron. Belg.

Cometes stupendæ & insolitæ magnitudinis visus est 11. Nouembris, quem alii mense superiore flagrasse scripserunt.

STEPHANVS Rex Poloniæ Vrbem DANTISCVM obsidione cinxit, & aliquandiu acriter oppugnauit: tandem Dantiscanis fortiter patriam defendentibus, commissis præliis aliquot, intercessione Legatorum Elect. Saxoniæ & Brandeburgici, aliorumq; Principum pax est composita. Interea autem IOHAN. BASILIVS Moscouitarum Princeps, VVendam, VVolmariam, Kockenhusium, & omnia trans Dunam Liuoniæ oppida & arces occupauit.

MARTINVS FORBISSERVS Anglus nauigationem instituens in regiones Occidentis & Septentrionis 26. Maii, superatis multis difficultatibus nauigationis, reperit auri tantam copiam mense Augusto, vt eo repleuerit ducenta dolia seu tonnas, quibus nauem & duo ephracta onerauit: in Angliam reuersus est 17. Septembr.

5547 *Homines eius loci ab omni ciuili cultu alieni, crudis ferarum & piscium carnibus vescuntur: vestiuntur pellibus ferarum venatione captarum: herbas etiam crudas bestiarum in morem deuorant. Tentoria eorum pellibus balenarũ teguntur: perpetuæ propemodum ibi niues & frigus asperrimum. Canibus, qui lupos nostros specie referunt, sub iugum missis, vtuntur ad res necessarias super glaciem aduehendas. Arma illis sunt, arcus, sagitta & funda. Valde delectantur rebus splendentibus & tinnientibus. Qualem religionem colant, quam Dei cognitionem habeant, ignoratur. Nulla ibi ligna: cerui multi, & sicut regio sterilis est: ita homines stupidi, bardi, & sine omni ingenio. Terram non colunt, contenti rebus quas sponte producit: Venatione viuunt: potus illis est sanguis ferrarum calidus, aut aqua glaciei. Nulli istic fluuii, nulla scaturigines: quod violentia frigoris terram ita concludat, vt aquarum scaturigo erumpere nequeat. Nauigantibus perueniendum est isthuc non solum per ventorum asperrimos ac impetuosos turbines, & fremitus maris terrificos, sed etiam per Insulas plurimas, & montes glacie concretos, planèque horrendos visu.* 1577

IOHANNES GEORGIVS Elector Brandeburg. matrimonio sibi iunxit tertiam Vxorem ELISABETHAM, Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filiam, 16. Octob.

IOHANNES FRIDERICVS, Philippi filius, Dux Pomeraniæ, nuptias celebrauit cum ERDMVDE, filia Iohann. Georgii Elect. Brandeburg. 17. Februar.

IOACHIMVS FRIDERICVS, Dux Lignicensis & Bregensis, coniugem duxit ANNAM MARIAM, filiam Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini, 19. Maii, Bregæ.

ERNESTVS LVDOVICVS, Dux Pomeraniæ, nuptias

5547 nuptias celebrauit cũ SOPHIA HEDVVIGE, 1577
filia Iulii Ducis Brunſuicenſis, VVolgaſti, 20. Octobris.

Nati ſunt:

I. CHRISTIANVS IV. *Daniæ Rex modernus, Friderici II. filius, die 12. Aprilis, hora 4. poſt meridiem, Fridrichsburgi.*

II. IOHANNES GEORGIVS, *filius Ioachimi Friderici Marchionis Brandeb. & Adminiſtratoris Magd. 26. Decemb. circa 9. veſpertinam.* R. Reineccius.

III. MAGNVS, *VVilhelmi filius, Dux Brunſuicenſis & Luneburg. die 30. Auguſti.*

Obierunt:

I. CAROLVS Marchio Badenſis, 23. Martii, ætat. 48.

II. SEBASTIANVS, Schertlinus, Eques auratus Germanus, multis militiæ laboribus exantlatis dux clariſſimus, Imperatoris Caroli V. partes, poſt bello Germanico Principum, & deinde Henrici II. Regis Galliæ ſecutus, tandem Cæſari reconciliatus, quietè & in honore viuens, die 18. Nouemb. ætat. 82. Auguſtæ Vindelicorum.

III. FRANCISCVS Folius Vigeanus Pictonum regulus, Rupellæ.

IV. NICOLAVS Lotharingus Valdemontius 10. Kal. Febr.

V. B. Monlucius militari gloria inſignis, in agro Aginnenſi.

VI. VIGLIVS Zuichemus Friſius, I C. præſtantiſſimus. C.S.E. die 8. Maii, ætat. 70. Bruxellis in Brabantia, Forſterus.

VII. DIDACVS Couarruuias Toletanus I C. Epiſcopus Segouienſis: Mantuæ Carpentorum, 5. Kal. Octob. ætat. 65.

VIII. ANTONIVS Contius Gallus, noua iuris

5547 ciuilis & Pontificii editione clarus, Biturigib. 17 Kal. Octob. ætatis 60. 1577

IX. PETRVS Danesius Parisiensis, Vir doctissimus, sed qui nihil ferè scripsit, octogenario maior.

X. IOHANNES Gorreus Parisiensis, Nicandri interpres, ætat. 72.

XI. REMIGIVS Bellaqua, Medicus & Poeta per Galliam celebris, ætatis 50. Non. Mart. Lutetiæ.

XII. HANNIBAL Cruceius Mediolanensis, Achillis Tatii interpres, Mediolani.

XIII. PETRVS Nonius Lusitanus, Medicus, Arithmeticus, Opticus, ætat. 80.

XIV. IOHANNES Barrosius Olissibonensis, Indicæ historiæ Scriptor, Olissibonæ, ætat. 70.

XV. LVDOVICVS ANDREAS Resendius Lusitanus, Poeta, Orator, & Theologus.

XVI. ADAMVS Bodenstenius, Philippi Theophrasti Paracelsi vt prim' sic fidus interpres, haud paulò magistro annosior, ætatis hebdomade septima, Basileæ 31. Martii.

XVII. ABRAHAMVS Vlricus, Ecclesiæ Seruestanæ Pastor, peste extinctus Seruestæ, 6. Octob.

XVIII. BENEDICTVS Thalmannus Francus, Theologus, C.S.E. in exilio, Heidelbergæ.

5548 *IOHANNES Austriacus Ordinum Belgici copias ad Niuellam profligauit, 30. Ianuar. & cursum victoria vrgens, paulò post Louanium, Arschotum, Sichenum, Diestum, Tienam, Niuellam, & Philippi villam, aliaq; Barbantia oppida & arces occupauit, & potestati Regis Hispaniarum subiecit.* 1578

AMSTERODAMVM nobilissimum Hollandiæ emporium, importatione commeatuum terra marique prohibita, VVILHELMO Principi Auraico facta transactione die 8. Febr. sese dedidit, & vires suas cum aliis Belgis ad communem

patriæ

5548 patriæ defenſionem coniunxit: AMERSFORTVM verò in ditione Vltraiectina poteſtati Ordinum Confœderatorum die 20. Martii ſe ſubmiſit. *Chron. Belg.* 1578

Illuſtris Schola NEAPOLITANA Nemetum ab Illuſtriſſimo Principe IOHANNE CASIMIRO Comite Palatino Rheni, munificentia ſingulari & ſumtu magno, condita & aperta eſt die 20. Martii: euocatis eò inter alios in omni facultatum genere præſtantes Viros, ZACHARIA Vrſino Sileſio, & HIERONYMO Zanchio Italo, Theologis: quorũ cum voce, tum ſcriptis Schola illa potiſſimum inclaruit, &c.

Aeſtate & autumno anni huius bellum inter PERSAS & MVSTAVAM Baſſam, ſummum exercitus Turcici Imperatorẽ (qui in Cypro quoq; anno ſuperiori belli dux fuerat) hoc euentu geſtum: vt Perſæ quidem TIPHLISIVM Georgianorum Vrbem, & SIRVANVM Mediæ totius Metropolim amitterent: Turcæ verò multa ſuorum millia diuerſis prælijs cæſa deſiderarẽt. Leonclau. in annal. Turc. & Ha. Porſius in narratione de bello Perſico.

PORTVGALENSES à copiis ABDELMELECI Regis FESANI in Africa propè Alacazer die 4. Auguſti cœſi ſunt. In quo conflictu non tantum ad 15. millia hominum occubuerunt: verum etiã ipſe Rex Portugalliæ SEBASTIANVS, IOANNIS III. Portugalliæ Regis nepos, Emanuelis abnepos, 24. an. iuuenis vnà cum tota fermè nobilitate periit: & ANTONIVS Luſitanus, LVDOVICI filius, in prælio captus, ſed à Mauro quodam liberatus ex hoſtium manibus, Tingim deductus eſt. In hoſtili exercitu Maurorũ duo Reges, ABDELMELECVS nimirũ apoplexia extinctus (an. regni 3.) & MVLEIVS, mahametus ex fratre Muleio Abdalla nepos, ac hoſtis ipſius, in fuga Recœnoſis Lariſſæ aquis ſubmerſus, perierunt. Re-

5548 gnum Fesanum MVLEIVS HAMETVS Abdelmeleci frater obtinuit: qui pugna peracta in castris Rex declaratus & electus. 1578

MVSTAPHAS Bassa Budensis mandato Imp. Turc. strangulatur 27. Septem. Eodem BASSA quoque Alexandrinus interemptus est.

HENRICVS IVLIVS Dux Brunsuicensis gubernationi Episcopatus HALBERSTATENSIS inauguratur, 8. Decē.

OSMANES Bassa TEMIRCARPIM, id est, portam ferream, siue DERBNTVM, arcem ad mare Caspium Moscouiam versus munitissimam, SCHEMHALI Principe istius loci socero suo interfecto, circa hiemem occupauit, & Turcarum potestati subiectam in Beglerbegatus formam redegit. *Leondau. in Annal. Turc.*

IOHANNES POTCOVA Valachus, ductor Cosaccorum, Vir magnanimus, & admirabili corporis robore præditus, propterea quod specie quadā militiæ libertate & domicio regni Poloniæ abusus fuerat, pacemq; publicā perturbarat, iussu STEPHANI Regis Poloniæ præsente ac inspectante Zausio Turcico, capite truncatur, Leopoli in Russia. *Reinhold. Heydenstein. in lib. de bello Moscouitico.*

Nati sunt:

I. PHILIPPVS Infans Hispaniæ, Philippi II. Regis Hispaniarum filius, die 27. Aprilis.

II. FERDINANDVS, Caroli filius, Archidux Austriæ, die 9 Iulii, manè circiter horam tertiam.

III. VLRICVS hæres Noruegiæ, Friderici II. Daniæ Regis filius, Dux Slesuic. & Holsatiæ. 30. Decemb.

IV. IVLIVS AVGVSTVS, Iulii filius, Dux Brunsuic. & Luneburg. die 9. Febr. h. 10. post meridiem.

V. IOHANNES ERNESTVS, Ioach. Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 1. Maii, h. 2. antemerid.

VI. VVOLGANGVS VVILHELMVS, Philippi Ludouici

5548 *filius, Comes Palatinus Rheni, die 26. Octobr. Neoburgi ad Danubium.* 1578

VII. FRIDERICVS, Othonis filius, Dux Brunsuicensis & Luneburg. die 6. Septemb.

Obierunt:

I. FERDINANDVS, Philippi II. Regis Hispaniarum filius.

II. VVENCESLAVS Austriacus, Rodolphi Cæsaris frater, ætat. 17. in Hispania.

III. SEBASTIANVS Venerius Venetiarum Dux, victoria ad Echinadas parta illustris, octogenario maior.

IV. VVENCESLAVS ADAMVS Dux Silesiæ Teschinensis, 4. Nouemb. ætat. 55

V. ELISABETHA, Marchionis Georgii Friderici in Onolsbach cõiunx, Iohannis Marchionis Brandeb. filia, in Poloniæ propè Vuarsouiam, 8. Mart. sepulta Regiomonti 23. Martii.

VI. IOHANNES Austriacus, Caroli V. filius, Princeps bellicosus, & insigni illa ac memorabili victoria prælio nauali in Ægeo mari ad Echinadas de Turcis parta nobilitatus, peste extinctus in expeditione contra Ordines Belgici 2. Octob. hora 2. post meridiem, ætat. 32. in castris propè Namurcum.

VII. CHRISTOPHORVS Madrutius Portuẽsis Episcopus, ætat. 66. Romæ sepultus.

VIII CHRISTOPHORVS à Carleuitz, Eques auratus, sapientia, eruditione & dignitate clarissimus, vereq; Germanicæ nobilitatis ornamentum, die 8. Ianuarii, ætat. 71.

IX. LAVRENTIVS Surius Lubecensis, professione Carthusanus, C.S.E. Coloniæ in cella sua expirauit, 10. Kal. Iunias.

X. GERARDVS Falenburgius Nouiomago in Sicambris natus, Nonni Panopolitæ illustrator, Steinfurti 8. eid. Septemb. ætat. 40.

5548 XI. ANTONIVS Mizaldus Boius, C.S.E. Lutetiæ. 1578

XII. PETRVS Lescotus Mathematicus Gallus, mense octobri, anno climacterico.

XIII. ALEXANDER Picolomineus, C.S.E. 4. eidus Mart. ætat. 70.

XIV. CORNELIVS VALERIVS celebris profess. Louanii.

5549 *TRAIECTVM ad Mosam (vulgò Mastrich) ab ALEXANDRO Farnesio, Octauii filio, Principe Parmēsi, Iohannis Austriaci in Belgico successore expugnatur, & ab Hispanis magna & miseranda hominum omnis sexus & ætatis strage edita, occupatur 29. Iunii. Chron. Belg.* 1579

POLOTIA à STEPHANO Bathoreo Rege Poloniæ die 11. Aug. obsidione cincta, decimo nono die post, hoc est, 30. August. hoste se fortissimè defendente, capitur, & regno Poloniæ restituitur, cum in annos 17. Moscus eam tenuisset. Paulò post Sussa quoque, Socola, Coziana, Niescerda, & Crasna arces vna hac expeditione à Polonis occupatæ sunt.

OSMANES Bassa ex arce Temircapina in fines Siruani vel Mediç crebro excurrens, & vastationib. ac prædis agendis magnū hosti damnum inferens, tandem sub æstatis initium cum Tatarorū copiis auxiliarib. à Persis in MEDIA ad internecionem cæsus, & nobili clade affectus est: ipso quidē OSMANE Bassa cū paucissimis suorū fuga elapso: altero vero MAHVMETIS Cherei Tatarorū Præcopensiū Regis fratre ADLEI trucidato, altero HALI viuo ab hostib. capto. *Leonclau. in Annal. Turc.*

ORDINES Artesiæ, Hannoniæ & Insularum mutatione religionis in Flandria & Brabantia, qua pacificationem GANDAVENSEM violari querebantur, offensi, acceptis conditionibus à Duce Parmensi oblatis, ab Ordinib. generalibus Principi Auraico adhærentibus, & eorundem fæde-

5549 *fædere se disiungunt, & Regi Hispaniarum reconciliantur, Montibus Hannoniæ publicatis concordiæ articulis, 13. Septemb.* 1579

Hoc ipso anno CAROLVS Archidux Austriæ Carolopolim vel Carolostadium in Croatia ad confluentem fluuiorum Meresuitzæ & Colapis, loco & naturâ & opere munitissimo, ad reprimendas Turcarum irruptiones, ædificauit, & præsidio imposito muniuit.

GEORGIVS FRIDERICVS Marchio Brandeb. in Onoltzbach nuptias celebrauit, Dresdæ cum Sophia, VVilhelmi Ducis Luneburgensis filia, 3. Maii.

CAROLVS, Gostaui Regis Sueciæ filius, Dux Finlandiæ, nuptias celebrauit cum Anna Maria, Ludouici Electoris Palatini filia, Friderici IV. Electoris sorore, 4. Maii, Heidelbergæ.

IOHANNES, VVolfgangi filius, Princeps Palatinus Rheni & Bipont. coniugem duxit Magdalenam, VVilhelmi Ducis Iuliac. & Cleuensis filiam.

Nati sunt:

I. *LVDOVICVS, Ioach. Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 17. Iunii, h. 2. matutina, Dessauiæ.*

II. *AVGVSTVS, Henrici filius, Dux Brunsuicensis & Luneburg die 10. Aprilis.*

Obierunt:

I. ALBERTVS Dux Bauariæ, 24. Octobr. æta. 52. Monaci.

II. STANISLAVS Hosius Polonus, Cardinalis & VVarmiensis Episcopus, eruditionis & eloquentiæ laude celebris, C.S.E. die 5. Augusti, ætat. 78. Romæ. *Schraderus in monument. Italiæ.*

III. DIEGHAS Payua Andradius, Lusitanus Portugallensis.

IV. IOHANNES Stadius Leonnouthesius Belga, Mathemat. primum in Louaniensi, postea verò in Parisiensi Academia Professor, ab editis tabulis

5549 ac Ephemeridib. Astrologicis celeberrimus, die 31. Octobr. æt. 53. Lutetiæ Parisiorum. 1579

V. MARTINUS Thaburnus, qui ad excellentem doctrinam & linguarum solidam cognitionem adiunxerat eximium pietatis studium, virtutem & fidem, Illustris Gymnasii Goltbergensis Rector, & Trozendorfii Collega ac successor, 15. April. æt. 55.

VI. IOACHIMUS Picus Theologus, Glogouiæ, in cuius vicinia Euangelium docuerat, 23. Dec. ætat. 50.

VII. IOHANNES Hartungus Francus Philologus, C.S.E. die 16. Iunii, æt. 75. Friburgi Brisgoiæ.

VIII. ERASMUS Oswaldus Schreccefuchsius Mathematicus, C.S.E. æt. 68. Friburgi Brisgoiæ.

IX. LUDOVICUS Regius Constantiensis, qui Platonem & Aristotelem Gallicè loqui docuit, cum iam senex aliena quadra viuere coactus esset, qui neminem tota vita superiorem ferre potuerat.

X. IOHANNES Baptista Hadrianus Florentinus, qui Guicciardini historiam accurata diligentia est persequutus, & ex quo plura, quam ex quouis alio se sumsisse profitetur Thuanus, ætat. 68.

5550 *IUBILÆUS MUNDI III. Mosis 61. prædicationis Christi 31. Estq; à primo Iubilæo Pontificio annus 280. à Confeßione Augustana 50.* 1580

Hoc anno publicatus est liber titulo Concordiæ, multorum Principum nomine editus, & 8000. subscriptorum suffragiis comprobatus: cuius tamen editio non nihil certaminum inter Theologos commouit: quorum aliqui doctrinam illius libri non approbarunt. Ab exhibita Confessione Augustana 50. morte M. Lutheri 34. morte Phil. Mel. 20.

UUILHELMUS Princeps Auraicus à Rege Hispaniæ publicis literis proscribitur 25. Martii: quas opposita Apologia prolixa Auraicus refutauit. Chron. Belg.

Circa

5550 Circa initium Aprilis terræmotus ingens concussit 1580
Angliam, Flandriam & Hollandiam.

SINANES Vezires Bassa ad bellum contra Persas persequendum ab AMVRATHE Turcarum Imperatore loco Mustaphæ Bassa mense Aprili magnis copiis missus, hoc anno bina clade, vna quidem à Georgianis, dum regiones illorum hostiliter inuaderet, altera à Persis prope Tiphlisium adfectus, & multis suorum cæsis repulsus, sub medium mensem Iulium anni sequentis 81. & c. nulla re memorabili gesta, Constantinopolim ex Persia reuersus est. *Leonclau. in Annal. & Pand. Turc. & Henricus Porsius in narratione de bello Persico.*

ORDINES BELGICÆ prouinciæ, de FRANCISCO Duce Alenconio, fratre Regis Galliæ, ad Belgici gubernationem vocando, deliberationem mense Iulio instituerunt. *Chron. Belgici.*

IRLANDIAM seu Hiberniam Insulam, Angliæ regno subiectam, Hispani & Itali quidam cum Desmoniæ Comite & aliis Pontificiis Irlandis conspirantes, septem nauium classe inuadunt: & arces ac præsidia aliquot occupant. Verum Regina, misso in eam Insulam iusto exercitu, rursus eos profligat ac delet: & Hispanis omnibus, vt ex Anglia discedant, edicit. D. Chytræus in Chron. Saxon.

STEPHANVS Rex Poloniæ Velisam & Vsuiatam, mense Augusto: Vielicolucam vrbem amplam & emporium celeberrimum die 5. Septemb. Neuelam & Zaualotiam mense Octobr. expugnauit, totamq; eam ditionem Moscouitis ademptam subegit.

FRANCISCVS DRACVS nobilis Anglus, cum anno 1577. die 17. Nouembr. quinque nauium classe ex Anglia soluisset, & totum terrarum orbem biennii & decem mensium spacio, non sine magno labore & periculo circumnauigasset, vnica saltem naue prætoria, quam Pelicanum appel-

5550 appellarunt(cæteris partim flammis, partim flu- 1580
ctibus correptis) Londini saluus die 21. Septemb. (alii 3. Nouembr.) appulit: & prædam opulentissimam 24. tonnis auri æstimatam secum reportauit: & pro laboris exantlati ac nauigationis feliciter peractæ remuneratione Equitis aurati honore & dignitate à Regina Angliæ donatus est. *Chroni. Belgici.*

COMETA *fulsit, primum conspectus in Borussia 6. Octobr. sub Ecliptica circa caudam Ceti. Norimbergæ visus 8. Octobr. Gorlicii 10. eiusdem mensis die. Euanuit circa 12. Ianuarii anni sequentis.*

Hoc ipso anno incidit quoque lues Epidemia, quæ totam fermè Europam est peruagata, & paulatim progressa, mense Iunio Siciliam: Iulio Romam & vicina Italiæ loca: Augusto Venetias & Constantinopolim: Septembri Germaniam & Vngariam: Octobri littoris Balthici vrbes: Nouembri & Decembri Daniam, Sueciam, & Liuoniam infestauit.

Nati sunt:

I. *AVGVSTVS Marchio Brandeb. Ioachimi Frid. March. Brandeb. & Administrat. Magdeburgici filius, 17. Febr.*

II. *PHILIPPVS, Francisci filius, Dux Saxoniæ Laoburgensis, die 26. Augusti.*

Obierunt:

I. HENRICVS Rex Portugalliæ vltimus, antea Cardinalis, Sebastiani in Africa biennio ante cæsi patruus, die 31. Ianuarii, in ipso puncto Eclipseos Lunaris, anno regni secundo: cui successit Philippus II. Rex Hispaniarum.

II. ANNA MARIA, Maximil. II. Imp. filia, Philippi II. Regis Hispaniæ coniunx, 25. Octobris.

III. EMANVEL PHILIBERTVS, Dux Sabaudiæ, 2. Augusti, Turini.

IV. IOHANNES Dux Holsatiæ, Friderici I. Daniæ Regis filius, 2. Octobr. Hadersleuiæ.

1550 V. NICOLAVS IV. Nicolai III. filius, Salmæ & Neoburgi Comes, eruditione singulari & linguarum aliquot præcipuarum cognitione perpolitus, trium Imppp. Auggg. Senator bellicus, & arcis Canysianæ Præfectus, 26. Nouembr. æt. 43. Canysiæ. 1580

VI. ABRAHAMVS à Grunberg Senior, Commendator in Logauu, vir nobilissimus & sapientissimus, die 16. Martii, inter horam 9. & 7. vespertinam.

VII. IOHANNES Moronns Mediolanensis, Episcopus Hostiensis, Synodi Tridentini olim Præses, Romæ, ætat. 71.

VIII. EMANVEL Tremellius, gente Iudæus, natione Italus, linguæ sanctæ in Anglia tempore Eduardi Regis Angliæ, & postea in Academia Heidelbergensi sub Friderico III. Professor, merito suo Hebræorum ætatis nostræ doctissimus, Sedani in Gallia.

IX. HIERONYMVS Wolfius Oetingensis, Philologus, Commentariis in plurimos Græcos & Latinos autores editis clarus, 8. Octobr. Augustæ Vindelicorum: postquam cælebs vixisset annos 64. dies 15. h. 19. & Gymnasio Annæo ac Bibliothecæ præfuisset an. 23.

X. BENEVENVTVS Straccha IC. celeberrimus, qui monumentis suis Ius Ciuile locupletauit, ætat. 69. Anconæ in Italia.

XI. LAVRENTIVS Kirchouius IC. & Rostochiensis Acad. Professor, C.S.E. die 15. Octobr. Rostochii.

XII. HIERONYMVS Surita Historicus Hispanus, Cæsaraugustæ in patria, ætatis 67. 3. Non. Nouẽb.

XIII. ALVARVS Gomecius Eulaliæ sexto à Toleto lapide natus, auctor vitæ Ximenii Cardinalis, & curator editionis Bibliorum Complutensium, æt. 66. 15. Kal. Octobr.

5530 XIV. HIERONYMVS Osorius Lusitanus, Historicus floridi stili. 1580

Mortuus quoque est hoc anno (*vt refert Leonclauius*) d.6. Augusti MVSTAPHAS Bassa, non sine suspicione sumti, metu supplicii, veneni. Dignus omnino qui sibimet tandem fieret carnifex, ob exercitam, capta Famagusta, in Bragadinum & alios perfidiam ac belluinam prorsus immanitatem.

5531 *PHILIPPVS Rex Hispaniæ initio mensis Martii, regnum PORTVGALLIÆ occupat, & coronam accipit solenni pompa Vlyssibonæ, die 16. Aprilis, & classem armatam mittit contra ANTONIVM Lusitanum, LVDOVICI Principis Portugalliæ filium, qui regno eiectus, insulas Azores occupauerat.* 1581.

STEPHANVS Rex Poloniæ PLESCOVIAM, vrbem Russiæ amplissimam, & variarum gentium commerciis florentissimam, mense Iunio cingit obsidione: sed re infecta tandem rursus discedit.

Ex Schola ALTORFIANA Senatus Norimbergensis beneficio Imp. Rudolphi II. ACADEMIAM constituit, quæ solenniter introducta est die Petri & Pauli, qui dies antea scholæ natalis fuit.

BREDA Vrbs Brabantiæ, Principis Auraici hæreditaria, Antuerpiæ vicina, die 28. Iunii, vnà cum arce in Ducis Parmensis & Hispanorum potestatem peruenit. *Chron. Belg.*

CAMERACVM à FRANCISCO Alenconio die 18. Augusti occupatum: eiusque gubernator IOHANNES Monlucius Dominus de Balygni constitutus.

IOHANNES III. Rex Sueciæ NARVAM Liuoniæ portum celeberrimum & munitissimum, & NARVAM Russicam fluuio à priore dirämptam, duce PONTO de la Gardia 6. Septembr. expugnauit, & Iamagrodum ac Coporiam Russiæ arces ac prouincias eodem mense recuperauit,

uit, multaque alia Russiæ & Liuoniæ loca occupauit. 1581

MATTHIAS Archidux Austriæ intellectis Belgarum in Principem Alenconium studiis, & calamitates futuras in Belgico quasi prauidens, gubernatione se abdicauit, & die 29. Octobr. Antuerpia discessit.

ORDINES BELGICI generales ex prouinciis confœderatis, Brabantia, Flandria, Geldria, Vltraiecto, Transisulana, Frisia, Hollandia & Seelandia, in Haga Comitis collecti, PHILIPPO Hispaniarum Regi omnem obedientiam & subiectionem renunciant: Franciscum Alenconium Ducem Andegauensem gubernatorem & Dominum Belgici eligunt: & facti huius causas scripto edito publicè exponunt.

PAX in Gallia inter Henricum III. Galliæ Regem, & reformatæ religionis defensores publicè confirmata & denunciata est.

TORNACVM, regionis Tornesiorum (olim Neruiorum) metropolim, Dux Parmensis, die 30. Nouemb. deditione cœpit, & præsidio firmissimo muniuit. *Chron. Belg.*

CHRISTOPHORVS Dux Megapolitanus nuptias celebrat Stockholmiæ in Suecia, cum Elisabetha, filia Gostaui Regis Sueciæ, sorore Iohannis III. Regis, domumq; eam ducens VVismariam rediit, die 18. Iulii.

ANNA MARIA, Ioh. Georgii Electoris Brandeb. filia, nupsit BARNIMO, Duci Pomeraniæ, circa festum Michaelis.

FRIDERICVS Comes VVirtenbergicus & Mompelgartensis nuptias celebrauit cum SYBILLA, Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filia, die 22. Maii, Stutgardiæ.

CHRISTIANVS, Iohannis Georgii Elect. Brandeb. filius, Marchio Brandeburgensis, nascitur die 30. Ianuarii, inter horam 4. & 5. pomeridianam, Coloniæ ad Sueuum.

Obie

5551 Obierunt: 1581

I. IACOBVS Archiepiscopus Treuirensis, Elector, die 3. Iunii.

II. FRANCISCVS I. Senior, Dux Saxoniæ, Angriuariæ & Westphaliæ, 19. Martii, ætat. 80. Buxtehudæ.

III. CHRISTOPHORVS Princeps Transyluaniæ, Stephani Regis Poloniæ frater, Sigismundi pater, in Transyluania.

IV. CATHARINA ex Ducum Megapolitanorum familia, vidua FRIDERICI III. Ducis Silesiæ, Lignicensis & Bregensis, Lignicii 17. Nouembr.

V. SABINA, VVilhelmi Hassiæ Landgrauii coniunx, Mauritii mater, die 7. Augusti, hora 1. matutina.

VI. HVBERTVS Languetus Burgundus, vir clarissimus, & toto orbe Christiano inprimis notus: in quo (vt vir nobilissimus Philippus Mornæus Plessæus in præfatione libri sui de veritate religionis Christianæ inter alias de eo laudes refert) cum pietate doctrina, cum conscientia scientia, cum natura ars, cum disciplina denique rerum vsus, certauit, &c. die 30. Septembr. inter horam 3. & 4. post noctis medium, Antuerpiæ.

VII. IOHANNES Fichardus, Patricius & Syndicus Francofurtanus, IC. clarissimus, C. S. E. Francofurti ad Mœnum, an. æt. 70.

VIII. IOHANNES BAPTISTA Hainzelius, Patricius, Senator, & demum Consul inclytæ Reipub. Augustanæ, die 25. Octobris, hora 10. cum dimidia meridiana, Augustæ Vindelicorum.

IX. FRANCISCVS Portus Cretensis, Græcæ linguæ in Academia Geneuensi Professor clarissimus, die 5. Iunii, hora 9. matutina, ætat. 70. Geneuæ Allobrogum.

5551 X. M. PETRVS Vincentius Vratislauiensis, vir doctiss. olim Augustæ Gorlicensium Scholæ, postea verò Scholæ Vratislauiensis Elisabethanæ Rector felicissimus, post noctis eius medium, quæ antecessit Calend. Octobris, anno ætatis 63. cum Scholis in annum 36. magna cum laude & fructu inseruiisset. 1581

XI. ANDREAS Zochius I.V.D. Consiliarius quondam Iohannis Marchionis Brandeburgici, & Professor in Academia Francofurtana, die 19. Februarii, ætat. 62.

XII. IOHANNES Marbachius, Theologus, & Argentinensis Ecclesiæ Pastor per annos 36. die 17. Martii, æt. 60. Argentinæ.

XIII. IOHANNES Gigas Northusanus Theologus, C.S.E. die 12. Iulii, cum vixisset annos 67. m. 5. Suidnicii Silesiorum.

XIV. ANDREAS Musculus Theologus, C.S.E. die Michaelis, manè inter horam 7. & 8. æt. 67. Francofurti ad Viadrum.

XV. IACOBVS Billius Prunæus, Sanmichaeliani cœnobii in Eremo antistes, veterum Patrum aliquot interpres, arthritidis doloribus confectus, 3. Non. Septẽbr. Lutetiæ, vix annum 47. ingressus.

XVI. GVILIELMVS Postellus in Neustria natus, propter delirium de feminei sexus reparatione salutari nondum consummata in monasterium Sanmartinianũ Lutetiæ relegatus, obiit centenario proximus, quarto post Billium die. *Thuanus.*

XVII. ANDREAS Papius Gandensis, Musicus & Poeta bonus, Læuini Torrentii sororis filius, Leodici dum in præterfluente nocte silenti corpus exercet, meando remeando tandem fatiscens iuuenis defecit.

XVIII. PETRVS Ciaconius Toleti in Carpetanis natus, Romæ, 7. Kal. Nouemb. ætat. 56.

Vu XIX.

5551 XIX. IOHANNES Baptista Camotius Asulanus, C.S.E.13. Kal. April. æt. 66. Romæ, 1581

XX. HVBERTVS Folieta Genuensis, Historicus Italus, anno climacterico, Romæ.

XXI. LVCAS Pætus IC. Romæ, 8. eid. Octobr. ætatis 69.

XXII. FRANCISCVS Venerius, patritius Venetus, C.S.E.

5552 *FRANCISCVS Alenconius Dux Andegauensis, Galliæ Regis frater, in Belgicum aduenit ex Anglia, & Antuerpiam ingreditur, die 19. Febr. ac magno cum triumpho, & omnium Ordinum lætitia excipitur, & publicè declaratur DVX BRABANTIÆ & Marchio Romani Imperii: iuratur in eius verba, reiicitur Rex Hispaniæ, & reiiciuntur eius insignia, inq; eorum locum Gallica collocantur.* Chron. Belg. 1582

PAX inter STEPHANVM Regem Poloniæ, & IOHANNEM BASILIVM Magnum Ducem Moscouiæ, intercessione & opera Antonii Posseuini Legati Pontificii, celebris Iesuitæ, die 15. Ian. ad Zapolciam, exclusis Suecis, confecta est: qua vniuersam Liuouiam Moscus Polono cessit, Velicolucam verò, & alias aliquot arces recepit.

WILHELMVS Princeps Auraicus à Ioanne Iauregio Cantabro die 18. Martii, globo sclopeti per vtramque maxillam traiectus est. Sed euasit vitæ periculum, cum vulnus non esset lethale, & valetudine restituta die 2. Maii primum in publicum rediit. Sicarius verò cæsus, ac in eo tumultu vicies aut tricies transfossus est. *Chron. Belg.*

Schola HAILBRVNNENSIS in Franconia à Georgio Friderico March. Brandeb. 5. Aprilis, die suo natali aperta & fundata est.

AVDENARDVM Flandriæ ciuitatem mense Aprili, & LYRAM oppidum totius Belgici munitissimum, Princeps Parmensis sub initium Augusti occupauit.

Die

Die 12. Maii ingens Cometa conspectus est, versus meridiem caudam tendens, radiis quasi cristis sursum eleuatis, sed post dies 15. euanuit. 1582

COMITIA IMPERII prima Augustæ Vindelicorum celebrat RVDOLPHVS II. Imperator, eoq; aduenit die 27. Iunii, & honorificentissimè à Romani Imperii Electorib. exceptus est.

Eodem tempore, durantibus adhuc comitiis, misit Pontifex Roman. GREGORIVS XIII. Calendarii correcti exemplaria Augustam: receptaq; est emendatio ab iis Imperii Statibus tantum, qui Pontifici addicti sunt. Iussit autem Papa in mense Octobri à 4. vsque ad *14.* Octobr. præteriri dies 10. ita vt quartus mensis dies haberetur pro decimo quarto die: vt æquinoctiorum ac solstitiorum dies reducerentur ad antiquas illas metas, quas in Concilio Niceno determinarunt SS. Patres.

Celeberrimum MAHVMETIS Amuratis III. Turc. Imp. filii 15. circiter annorum adolescentis, circumcisionis festum die 28. Maii ex veterum Musulmanorum consuetudine institutum, inaudita seculo nostro pompa magnificentia, ceremoniarum solennitate & spectaculorum varietate 40. dierum interuallo peractum est, præsentib. Constantinopoli maximorum propè totius Orbis Principum Legatis, vtpote RVDOLPHI II. Rom. Imp. Henrici III. Regis Galliarum, STEPHANI Regis Poloniæ, Reipub. VENETÆ, MAHVMETIS Hodabendis Regis Persarum, Regum Africanorum MAROCI & FESÆ, TATARORVM Chami, SIGISMVNDI Principis Transyluaniæ, Regulorum MOLDAVIÆ, & VVALACHIÆ, & aliorum, &c. Leonclau. in Ann. Turc.

PHILIPPVS Rex Hispaniæ pugna nauali congressus cum ANTONIO Lusitano, obsidente Insulam S. Michaelis, eum profligauit cum Gallis auxiliaribus: sed non sine magna suorum clade victoriam obtinuit, die 26. Iulii.

5552 Eodem die GRVNEBERGA, Ducatus Glogoniensis in Silesia ciuitas, tota incendio periit. 1582

IANICVLA Walachiæ Regulus, ob iniurias, quas vicinæ nobilitati intulerat, in Stephani Regis Poloniæ gratiam à Turcarum Imp. Principatu spoliatus, dum in Vngariam per Pokucziam regni Poloniæ prouinciam profugere conatur, à Nicolao Iaslouecio Sniatyniensi Præfecto iussu Regis Poloniæ capitur, & mense Augusto Leopoli in Russia capite plectitur. *Reinhold. Heydenstein in lib. de bello Moscouitico.*

PERSÆ *copiis Georgianorum adiuti florentissimum Amuratis Imp. Turcici exercitum, cuius ductor fuit Osmanes Bassa, obsessis Tiphlisii incolis auxilio missum, propè Vrbem prædictam, fortiter pugnando profligant, & victoria vnà cum præda amplissima potiuntur.* Leonclau. in Annal. Turc. Henricus Porsius in narratione de bello Persico.

CHRISTIANVS Dux Saxoniæ, Augusti Electoris filius, nuptias Dresdæ celebrauit cum Sophia, Iohannis Georgii Electoris Brandeb. filia, 29. Aprilis.

IOHANNES GEORGIVS, Georgii filius, Dux Silesiæ, Lignicensis & Bregensis, matrimonio sibi Bregæ iunxit Annam, filiam Christophori Ducis VVirtenbergensis, die 10. Septemb.

FRANCISCVS Dux Saxoniæ Laoburgensis nuptias secundas celebrauit, cum Maria, Iulii Ducis Brunsuicensis filia, die 11. Nouembris.

Nati sunt:

I. GEORGIVS, VVilhelmi filius, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, 17. Febr.

II. ALBERTVS FRIDERICVS, Marchio Brand. Ioachimi Friderici Administratoris Magdeburgici filius, 29. Aprilis.

III. AVGVSTVS, Philippi Ludouici filius, Comes Palatinus Rheni. 2. Octobris.

IV.

IV. IOHANNES FRIDERICVS, Dux VVirtembergicus, Mompelgarti, 5. Maii. 1582

Obierunt:

I. DANIEL Brendelius, Archiepiscopus Moguntinus & Elector, die 22. Martii.

II. IACOBVS Princeps Hispaniæ, Philippi II. Regis Hispaniæ filius, natus ex Anna Austriaca, Maximil. II. Imp. filia, 21. Nouemb. an. æt. 9.

III. ELISABETHA, Philippi Hassiæ Landgrauii filia, Ludouici Elect. Palatini vxor, Friderici IV. Elect. Palat. mater, die 14. Martii, æt. 43. Heidelbergæ.

IV. CAROLA Mompenseria, Ludouici Ducis Mompenserii in Gallia filia, VVILHELMI Principis Auraici coniux tertia, pleuritide extincta 5. Martii, Antuerpiæ.

V. FERDINANDVS ALVARES de Toleto, Dux ALBÆ, qui in præcipuis bellis CAROLI V. & PHILIPPI filii legatus fuerat, & res maximas astu & armis gesserat, die 12. Decembr. ann. æt. 92. (alii 79.) Vlyssibonæ in Portugallia. *Chron. Belgici.*

Hoc eodem anno illustrissima Comitum Hoiensium gens, quæ vltra 400. annos ad Visurgim floruerat, exstincta est, Othone vltimo ex septem fratribus Iodoci II. filiis mortuo.

VI. CHRISTOPHORVS Thuanus Parlamenti Parisiensis Præses, Kal. Nouembribus, ætatis anno 74. exacto.

VII. GEORGIVS Buchananus Scotus, Poeta excellens, versione Psalmorum Dauidis vario carminis genere felicissimè expressa, & descriptione historiæ rerum Scoticarum clarus, die 28. Sept. ætat. 76. Edimburgi in Scotia.

VIII. PETRVS Boquinus Theologus, cum Lausannæ manè & à prandio κατηχητικῶς concionatus esset, vesperi alterius concioni interfuisset, in

5552 cœna hilaris fuisset, & ea finita deambulando se 1582
exhilarasset, domum regressus, dum familiarem quendam consolaretur ęgrotantem, ἐσχάτως ἔχειν cœpit, & cum dixisset, *Domine suscipe Spiritũ meum*, & ad seruum accurrentem: *Ora*, placidè expirauit. Hic verò mortem non vidit.

IX. IOHANNES Bauhinus Ambianus, Medicus & Chirurgiæ Doctor in Vrbe Basilea claris. & felicissimus, 23. Ianuarii, ætat. 71. postquam Medicinam & Chirurgiam primò quidem in Gallia, deinde in Anglia & Belgico aliquot annis, tandem verò Basileæ 40. annorum spacio feliciter exercuisset.

X. IACOBVS Pelletarius Cænomanus, Medicus, Poeta, Mathematicus, mense Augusto, Lutetiæ.

XI. LAVRENTIVS Iobertus Medicus, Rondeletii discipulus, 4. Kal. Octobr. ætatis anno 53.

XII. LVCAS Lossius, qui annos amplius 50. fideliter & feliciter in schola Luneburgensi pubem literariam erudierat, an. ætat. 76. die 8. Iulii, Luneburgæ.

5553 *FRANCISCVS ALENCONIVS Dux Brabantiæ* 1583
perfidè & fraudulenter ANTVERPIAM 7. Ianuarii (quæ Belgis tum temporis Stilo nouo vtentibus 17. fuit) ex inopinato opprimere, & regno Gallorum subiicere conatus est. Verum ciues re animaduersa, Gallis ad forum vsq; plenis signis penetrantibus, & obuios quosq; interficientibus, se fortiter opponunt, eosq; repellunt, & in fugam conuertunt. Ex partibus Gallorum cæsi plures 1500. exceptis vulneratis, & postea ex vulneribus mortuis: capti circiter 2000. inter quos multi Comites, Barones & Nobiles reperti fuerunt. Ex ciuib. fortissimè pro salute patriæ dimicantib. circiter 80. interfecti sunt. Chron. Belg.

Die 14. & 16. Ian. St. V. habitum est Quedlinburgi in Saxonia colloquium de Vbiquitate inter Theologos Brunsuicenses, & Theologos Electorum. Collocutores fuere D. Timotheus Kirchnerus, & D. Tilemannus Heshusius. Prin-

Princeps PARMENSIS *in Belgico duo Brabantiæ oppida, Eyndhouiam, 23. Aprilis, & Diestam, 28. Maii, Dunkerkam Flandriæ Vrbem munitißimam & maritimam, die 16. Iulii, post Alenconii discessum, Item Neoportum, Vuernam & Dixmudam cœpit, Hyperas obsedit. & Zutphaniam 23. Septemb. St. n. singulari Ioh. Baptistæ Taxii, militiæ Parmensis tribuni, astu & celeritate occupauit.* Chron. Belg. 1583

PHILIPPVS *Rex Hispaniæ Insulam S. Michaelis, Terceram, Pico, Fayal, Gratiosam, Flores, Cueruo & reliquas Insulas* AZORES *vulgò nuncupatas, quas hactenus* ANTONIVS *Lusitanus occupauerat, recuperat, atq; ita Regnum Portugalliæ vniuersum in suam redigit potestatem, circa finem mensis Iulii, St. n.*

ALEXANDER Princeps Parmensis impressione mense Octobri facta in WASIAM, Flandriæ prouinciam, Scaldi finitimam, arcem Rupelmondã Antuerpiæ vicinam, oppidaq; Hulstum & Axellam, permissa colonis incolumitate, nomine Philippi Regis Hispaniæ, sub finem mensis eiusdem, & Alostum, quoq;, Flandriæ Vrbem, circa initiũ Decembr. deditione cœpit. *Chron. Belg.*

OSMANES Bassa SOMACHIAM ad Siruani fines & alia loca Persis ademta occupauit. *Minadous in histor. de bello Persico.*

MAHVMETES CHEREI Tatarorum Præcopensium Chamus desertus à suis, & potissimum proditus à Præfecto Curiæ suæ, à Turcis, iussu Amuratis Turcarum Imp. vnà cum duobus filiis eliso gutture strangulatus est, circa mensem Iulium: in cuius locum decreto Amuratis Islan suffectus est *Leonclau. in Annal. Turc.*

GEBHARDVS TRVCHSESIVS *Archiepiscopus Coloniensis & Elector, liberum religionis exercitiũ subditis permittit, & matrimonio sibi copulat Hagnen, filiã Iohannis Georgii Comites Mansfeldensis, Bonnæ, 4. Febr. St. N. Propterea à Gregorio XIII. PP. excõmunicatur &*

5553 *deponitur: & à Collegio eligitur Ernestus, Alberti filius, Bauariæ Dux, qui armata manu Diœcesin recuperat.* 1583

LVDOVICVS Palatinus Rheni Elector nuptias secundas celebrauit Heidelbergæ cum ANNA, Ezardi Orientalis Frisiæ Comitis filia, nepte Gostaui Regis Suecorum ex filia Catharina, nata annos 16. die 2. Iulii, St. N.

VVILHELMVS Princeps Auraicus quartam vxorem duxit LVDOVICAM, Casparis Colignii Galliæ quondam Amiralii, Lutetiæ Parisiorum anno 72. cæsi, filiam, Comitis Telignii eodem fato extincti viduam, nuptiis in Seelandia celebratis, die 12. Aprilis.

FRIDERICO VVILHELMO Saxoniæ Duci SOPHIA Christophori Ducis VVirtenbergici filia à Ludouico fratre Vimariam adducta & in matrimonium tradita est. Nuptiæ celebratæ 5. Maii, Stilo V.

STEPHANVS Rex Poloniæ fratris sui Christophori filiam GRISELIDEM BATHOREAM in matrimonium dedit Dn. IOHANNI ZAMOYSCIO, summo regni Poloniæ Cancellario, mense Maio.

Nati sunt:

I. *CHRISTIANVS Dux Saxoniæ, Christiani Electoris filius primogenitus, & patris nomen referens, 23. Septem. Stilo V. hora 4. matutina, Dresdæ.*

II. *IOACHIMVS ERNESTVS, Ioh. Georgii Electoris filius, Marchio Brandeb. die 10. Iunii, St. V. manè inter h. 9 & 10. Coloniæ ad Sueuum.*

III. *MAXIMILIANVS, Caroli filius, Archidux Austriæ, die 17. Nouemb. St. N. hora 9. m. 7. post merid. Gratii in Stiria.*

IV. *IOHANNES, Friderici II. Daniæ Regis filius, Dux Slesuigæ & Holsatiæ, 26. Iulii, St. V. Hadmerslebii.*

V. *LVDOVICVS, Caroli filius, Dux Finlandiæ & Sudermaniæ, 8. Aprilis.*

VI.

VI. IOACHIMVS & ERNESTVS gemelli, March. Brandeb. Ioachimi Friderici March. Brandeb. filii, 13. April. St. V. 1583

VII. IOHANNES, VVilhelmi filius, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, Medingæ, 23. Iunii, St. N.

Obierunt.

I. LVDOVICVS Palatinus Rheni Elector, 12. Octobr. St. V. ætat. 44. Heidelbergæ.

II. MAGNVS Dux Schlesuicensis & Holsatiæ, frater Friderici II. Regis Daniæ in ditione sua Curonensi obiit die 18. Martii, St. V. ætat. 43.

III. GEORGIVS ERNESTVS Princeps & Comes Hennebergicus, die 24. Decemb. St. V. anno ætat. 72. m. 7. in pago Henneberg, & sepultus Schleusingæ. Hic fuit vltimus Comitum HENNEBERGENSIVM, cum quo & familia illa desiit, feudo Thuringis & Hassis aperto.

IV. PHILIPPVS, Philippi filius, Landgrauius Hassiæ, in arce Rheinfels, 20. Nouemb. St. V.

V. CATHARINA, Sigismundi Poloniæ Regis filia, coniunx Iohannis III. Regis Suecorum, 17. Septemb. St. V. relicto vnico filio SIGISMVNDO Rege Sueciæ electo.

VI. LAZARVS SVVENDIVS Baro Altæ Landisbergæ, qui nomini suo bellorum contra Turcas gestorum gloria & laude, fortitudine, celeritate & solortia singulari memoriam immortalē ad omnem posteritatem comparauit, extinctus catarrho suffoatiuo: die 27. Maii, æt. 61. Moriens cauit, ne cū ceremoniis & pompa, sed simpliciter Christiano & Euangelico more sepeliretur.

VII. NICOLAVS Cisnerus I C. & Iudicialis Cameræ Spirensis Assessor, C. S. E. die 14. Martii, anno ætat. 53. m. 21. d. 6. Heidelbergæ. *Nicol. Reusnerus in Iconibus.*

VIII. HVBERTVS Golzius Venlonianus, Herbipol. Ciuis Romanus & historic[9] celeberrimus,

5553 C.S.E. Brugis Flandrorum, 24. Martii, vixisset annos 56. m. 4. dies 24. 1583

IX. ZACHARIAS Vrsinus Vratislauiensis Silesius, Theologus & Professor in Schola Neapolitana Nemetum eximius, C.S.E.d.6. anno ætat. 49. Martii, h.6. vespert. Neapoli Nemetum cum integrum semestre decubuisset, & sæuissimos Colicæ dolores sustinuisset, neque tamen ab eo quisquam impetrare potuisset, vt scriptiones & meditationes suas intermitteret.

X. IOHNNES Pistorius literatissimus Theologus, ætat. 81. 25. Ianuarii.

XI. THOMAS Erastus Heluetius Aquensis, Medicus & Philosophus excellentissimus, 31. Decemb. ætat. 60. Basileæ.

XII. IOANNES THOMAS Freigius I C. C.S.E. peste sublatus Basileæ, 15 Ian.

XIII. IOHANNES Maldonatus, nobilis Hispanus, Iesuita, cuius in 4. Euangelistas exstant Commentaria, contracto ex nimiis vigiliis morbo, Romæ 8. eid. Ian. cum paulùm 56. annum supergressus esset.

5554 *Induciarum prorogatio inter RVDOLPHVM II. Imp. Rom. & AMVRATEM III. Turcarũ Imp. ad octennium instituta.* 1584

BONNA Archiepiscopi Coloniensis oppidum, Gebardi Truchsesii præsidio munitum, cui frater Carolus præerat, Ernesto Bauaro recens per Collegium electo, à militibus pręsidiariis, die 18. Ian. deditum est.

Hoc anno SILESIA vniuersa iussu RVDOLPHI II. Imperatoris CALENDARIVM GREGORIANVM recepit, prateritique dies 10. in Ianuario: ita vt quintus huius mensis pro decimo quinto numeraretur & scriberetur. Idem fecit Lusatia, Bohemia & Morauia.

Princeps PARMENSIS munitissimas Flãdriæ post Gandauum Vrbes, HYPERAS quidem 12. April. BRV-

BRVGAS 25.Maii: DENDERMONDAM 17.Aug.& VILVORDAM 7.Septemb.nomine Regis Hispaniarũ certis conditionib. recepit, sancita omniũ præteritorũ delictorũ ἀμνησία,modo Romanã religionem restituerent, & obedientiam Regi legitimam deinceps præstarent. Hoc facto GANDAVVM quoque,primaria Flandriæ Vrbs,postquam varia grauissimæ obsidionis incommoda pertulisset,& nulla ipsi(fœderatis singulis in suo periculo occupatis) spes liberationis affulgeret, fame tãdem coacta, Duci Parmensi deditionem fecit,& cum Rege in gratiam rediit,17. Septem. St.N. *Chron.Belg.*. 1584

TAVRICÆ CHERSONESI partem Borealem, quæ TATARORVM Præcopensium sedes iam aliquot seculis fuerat, OSMANES Bassa ex Persico bello per Colchidem & Pontum Euxinum redux, mense Maio occupauit, & Tataris, antea liberis & indomitis, Turcarumq; sociis sibi subiectis,in Prouinciæ formam redegit.

IVLIVS Dux Brunsuicensis cœpit ædificare & extruere prope arcem VVolferbytum ciuitatem,quam nominauit à patre Henrico HENRICOPOLIN (Heinrichsstadt) cui etiam concessit multa priuilegia,quæ publicè Helmstadii excusa sunt,12. Aug.St.V.

AVGVSTÆ Vindelicorum turbæ inter Senatum & confessiones Augustanæ socios Calendarii Gregoriani caussa ortæ,die 25.Maii,St.V.rursum sedatæ,& pax constituta est.

TVRCÆ exercitu 10000.Carniolæ fines ingressi, die 24. Octob. S.N.grauissimam impressionem fecerunt,& plurima oppida,vicos & pagos exusserũt ac diripuerũt, multis vtriusq; sexus incolarum captis,& cum præda opima abductis: quos Christiani copiis suis in reditu assecuti,ad Slunũ Croatiæ oppidum captiuis liberatis 26. Octobr. profligarunt. *Leonclau in Annal.Turc.*

5554 SADIT Tatarorum Præcopensiũ Chamus MAHVMETIS Cherei, à Turcis an. præcedenti strangulati filius, Amuratis Turc. Imp. iussu patruum suum ISLANEM regno expulit, qui etiam paulò post anno nimirum 1587. legatos in Polonia in noui Regis electione habuit, regnumque per illios ambiit. 1584

PHILIPPVS, Philippi II. Regis Hispaniarum filius vnicus, ritu Pontificio creatur generalis Princeps Hispaniarum, die 12. Nouembris. St.N.

HEIDELBERGAE *mandatu* IOHANNIS CASIMIRI *Administratoris Elect. Palatinatus*, IOHANNES IACOBVS *Gryneus de Eucharistia puplicè disputat cum Theologis Lutheranis, mense Aprili.*

Lutheranis Professoribus dimißis substituuntur IOHANNES IACOBVS *Grynæus*, GEORGIVS *Sohnius &* FRANCISCVS *Iunius.*

Nati sunt:

I. IOHANNES, *Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Bipont. nunc temporis Tutor & Administrator Electoralis Palatinatus, die 26. Martii.*

II. HENRICVS FRIDERICVS, *VVilhelmi Auraici Principis filius, 28. Febr.*

III. FRANCISCVS IVLIVS, *Francisci filius, Dux Saxoniæ Laoburgensis, 13. Septembr.*

Obierunt:

I. IOHANNES BASILIVS, Magnus Dux Moscouiæ & Russorum Imperator, qui totos 25. annos grauissimè & crudelissimè Liuoniam afflixerat & vastarat, die 28. (alii 26.) Martii, St.N. cum vixisset annos 56. m.7. Huic vnanimi procerum vulgique consensu electus, 28. Iunii, successit filius THEODORVS, æt.22.

II. ERICVS Dux Brunsuicensis, Erici filius, qui magnam vitæ partem extra patriam in Belgio, Italia

talia & Hispania consumpserat, anno ætatis 1584
56. die 7. Nouembris, St. N. Papiæ in Italia.

III. FRANCISCVS Andegauensis, Dux Alenconius, frater Henrici III. Regis Galliæ, die 10. Iunii, St. N. 31. Maii. St. V. circa meridiem, in castello S. Theodori in Gallia, non sine suspicione veneni, cum vixisset annos 30. menses duos, dies 23. Obiit magna constantia, quippe præmeditata diu morte, & summa pietatis significatione, cum omnem spem in crucis merito & effusione sanguinis Iesu Christi collocare se identidem repeteret. *Thuanus.*

IV. VVILHELMVS Princeps Auraicus & Comes Nassouius, Belgici gubernator, Heros ac bellator fortissimus, Delphis tribus globis venenatis, per sicarium Balthasarem Gerhartum Burgundum traiectus; die 10. Iulii, St. N. secunda hora post meridiem, cum vixisset annos 51. m. 2. d. 25. In huius locum ab Ordinibus Belgici confœderatis gubernator Hollandiæ, Seelandiæ, Frisiæ & Vltraiecti, & supremus Amiralius, constitutus est filius MAVRITIVS, aui materni nomen & animum referens, annorum tum temporis 19. adolescens, eique legatus adiunctus, PHILIPPVS Comes ab Holenlohe, mense Augusto. *Chron. Belg.*

V. HVLDRICVS Fuggerus, Raimundi filius, Kirchbergæ & VVeissborni Dominus, qui in PAVLI III. Roman. Pontificis cubiculo Veritatis lumen ex familia primus & solus hactenus agnouit, & exul vixit apud FRIDERICVM III. Electorem Palatinum, Bibliothecam suam propter Manuscripta magni æstimandam FRIDERICO IV. Electori Palatino

5554 tino legauit, 18. Kalend. Iulii, ætatis 58. Heidelbergæ. 1584

VI. PAVLLVS Foxius Archiepiscopus Tolosanus, Romæ inter sacra repentino morbo correptus, ætat. 56.

VII. VIDVS Faber Pibracius Senatus Parisiensis Præses, 6. Kalen. Iun. mœrore animi exstinctus, Lutetiæ.

VIII. CAROLVS Borromæus Cardinalis, qui raro exemplo sacris illis diuitiis renuntians, Ecclesiam Mediolanensem docuit. ætatis 46.

IX. IOHANNES FRANCISCVS Commendonus Venetus, Cardinalis, 6. Kal. Ianuar. ætat. 62. Patauii.

X. SIGEFRIDVS Rybischius, aliquot Imperatorum Consiliarius, sapientia, eloquentia, autoritate, doctrina & virtute nobilissimus, die 17. Aug. St. N. æta. 55. Vratislauiæ.

XI. CAROLVS Sigonius Mutinensis, Orator & Historicus excellentiss. C. S. E. Bononiæ in Italia.

XII. IOHANNES Sambucus D. MAXIMILIANI II. & RVDOLPHI II. Augg. Imp. Consiliarius & Histostoricus. C. S. E. apoplexia exstinctus Viennæ Austriæ, 17. Iunii, St. N. hora 10. antemeridiana, an. æt. 53.

XIII. ABRAHAMVS Bucholzerus, Theologus & Chronologus, & Indicis huius autor, postquam in Veritate Chronologica & certa annorũ supputatione inuestiganda, & inuestgãda totos an. 17. labores imensos exantlasset, & paulò ante obitum primam Operis maioris partem in lucẽ edidisset, atq; ita scriptis suis cœptis κολοφῶνα imposuisset, morte quidem immatura, sed felici & beata, vitã suam in his terris clausit, die 14. Iunii, St. N. æt. 54. m. 8. d. 7. Freustadii Silesiorum.

XIV. CASPARVS Hoffmannus Leobergensis

Silesius

Medicus doctissimus ac peritissimus, & Electoris Brandeburgici Archiatrus, Coloniæ ad Sueuum, die 1. Augusti, St. V. ætat. 55. 1584
XV. MARTINVS Henricus Saganensis Silesius, Theologus & Professor Acad. Vitebergensis, 18. Octobr. St. V. VVitebergæ.
XVI. GENTIANVS Heruetus Oliueti pago iuxta Aurelianum natus anno 1499, Claudii Albaspinei in Gallia, & Arruti Poli in Anglia Præceptor, postea Professor Burdegalensis, tandem Collegii Remensis sodalis, cuius studio multa è Partibus Græcis in Latinum translata sunt.
FRANCISCVS Turrianus, Hispanus, Iesuita, cum docuisset Ingolstadii & Romæ, paulò minor octogenario, 11 Kal. Decem. Romæ.
XVIII. THEODORVS Peltanus Theologus & Professor Ingolstadianus.
XIX. IANVS GVILIELMVS Lubecensis ad omnia summa natus, Auarici Biturigum, ætatis 29.

Sub initium huius anni RIGAE in Liuonia turbulenti motus ob Calendarii mutationem excitati, & restituto veteri Calendario, rursus aliquantum sedati sunt. 1585

In IAPONIA amplissima Orientis Insula, longè vltra Indiam & Sinarum regiones (ad Grad. long. 180. latit. 35.) & in 60. Principatus distributa, FRANCISCVS Bungi & PROTASIVS Arimanorum Reges, & BARTHOLOMÆVS Omuranorum Princeps, ad religionem Christianam superioribus annis per Iesuitas adducti ineunte an. 1582. Legatos ad Rom. Pontificem amandarunt: qui eo anno Malacam & Goam: altero circumnauigata Africa in Lusitaniam, ineūte hoc anno Romam appulerunt, vbi 23. Martii St. N. GREGORIO XIII. Pōtifici paulò ante ipsi⁹ obitum literas reddiderunt: & orationē quæ extat, à

5555 tat, à Caspare Consaluo Lusitano nomine eorum pronunciatam, habuerunt: Die verò 17. Augusti iterum in Indiam sese contulerunt. 1585

BRVXELLAE & MECHLINIA Brabantiæ Vrbes fame tandem domitæ, prior quidem 13. Martii, posterior verò 19. Iulii, St.N. Duci Parmensi certis conditionibus se dedunt, & à Rege Hispaniæ in gratiam recipiuntur.

NOVESIVM (vulgò Nussia) Collegii Ecclesiæ Coloniensis oppidum ad Rhenum, die 25. Aprilis, St.N. astu & industria ADOLPHI Comitis Morsensis, Gebhardo Archiepiscopo exuli fauentis, occupatum, direptum, ac diutius anno defensum est.

NEOMAGVM Geldriæ Metropolis & DRVSOBVRRVM (vulgò Duisburg) eiectis Ordinum præsidiis, ad Philippi Regis Hispaniæ obedientiam redierunt, mense Martio.

Illustriss. Princeps ac Dominus, D. IOACHIMVS ERNSTVS Anhaltinus, hoc anno absoluit illustre Gymmasium SERVSTANVM, in cuius inauguratione habita est Oratio à Cl. Viro Dn. GREGORIO Bersanno, primo Gymmasii illius Rectore, die 21. Iunii, St.V.

HERBORNENSE Gymmasium ab Inclyto & Generoso D.D. IOHANNE Comite Nassouio munificentia singulari, sumtuq; non exiguo aperitur: Professoribus omnium facultatum stipendia constituuntur: & post decennium, maioris commoditatis docentium & discentium caussa, SIGENAM Schola transfertur.

HENRICVS III. Rex Galliæ NOVVM init FOEDVS cũ CAROLO Cardinale Borbonio, & HENRICO Guisio, cæterisq; Principib. confœderatis, cõtra HENRICVM Nauarræ regem & Hugenottos, omnibusq; reformatarũ Ecclesiarum ministris mandat, vt intra mensis spatium regno excedant. Cæteris regni Galliæ subditis deliberandi tempus

tempus permittit vsque ad Ianuarium, intra quod (iuxta edictum die 18. Iulij promulgatum) vel ad Pontificiam religionem redeant, vel Gallia excedant. Causæ huius confœderationis in Apologia edita extant: vnde illas Lector petere poterit. 1585

ANTVERPIA Brabantiæ Vrbs, Belgici ac Europæ totius Emporium splendidissimum, postquam ALEXANDER Farnesius Dux Parmensis, Regis Hispaniarum Legatus, totum ferè annū Scaldis fluuii nauigationem ipsi intercluserat: tandem fame & vulgi pacem flagitantis tumultibus coacta, ad Regis Hispaniarum obedientiam rediit, ac Duci Parmensi, die 17. Augusti, St. N. mediocribus conditionibus sese dedidit.

ELISABETHA Angliæ Regina in tutelam ac defensionem suam HOLLANDOS ac SEELANDOS recipit, iisdem circiter decem millia Anglorum auxilio mittit, & vrbes maritimas regno suo oportunas præsidiis munit.

FRANCISCVS DRACVS Eques Anglus, rei naualis peritissimus, classe viginti quinque nauium (qua 2300. milites præcipuè classiarii continebātur) cōparata, iussu & auspiciis ELISABETHÆ Reginæ Angliæ in INDIAM Occidentalem, ad intercipiendam nimirum ditissimam Hispanorum classem ex Peruanis Insulis aduenientem, viresq; illorum distrahēdas, expeditionem suscepit, & Plinutho Angliæ portu soluit die 12. Septemb. St. V.

SIXTVS V. Pontifex publico Senatus Cardinalium decreto HENRICVM Regem Nauarræ & HENRICVM Principem Condæum, tanquam hæreticos excommunicat, & inhabiles ad successionem Coronæ Gallicæ declarat: ac omnia eorum regna, ditiones & bona subditis, à iuramento obedientiæ absolutis, prædæ exponit, & Galliæ Regi ac cæteris confœderatis executionem mandat, die 21. Septemb. Cui illi rursus scriptum opposuerunt.

5555 LEGATI Regis Sueciæ, inter quos erat PONTVS de la Gardia, fortissimus ac præstantissimus heros, ac felix exercituum regni Sueciæ Imperator, cum in annosa nauicula Naruam fluuium traiicere vellent, & aliquot machinas campestres, medio fluuio iam traiecto, exploderent, nauicula ex machinarum tonitru fatiscente, naufragium passi, & 18. homines submersi sunt: inter quos etiam fuit Pontus de la Gardia, die 5. Nouembris, St. V. 1585

Hoc anno pestis maximè grassata est Vratislauiæ Metropoli Silesiæ, Gorlicij in Lusatia, & in Bohemia. Idem accidit Basileæ, & in quibusdam Misniæ & Saxoniæ locis.

TVRCÆ mense Augusto anni huius, OSMANE Bassa duce, cum PERSIS prope TAVRISIVM prælio acerrimo toto triduo trinoctioque continuato conflixerunt, cuius hic finis fuit: vt octoginta Turcarum millibus (etsi non sine mediocri Persarum clade) cæsis, MAHVMETES Bassa Carahemidanus, & Bassa Trapezuntinus, cum magno militum veteranorum Turcicorum numero, occubuerint, & Taurisium ex faucibus eorundem ereptum fuerit. *Leonclau. in Annal. Turc. Minadous in hist. de bello Persico.*

Hoc ipso anno MAHVMETES Hodabendes Magnus Persię Rex legatos & dona preciosissima misit ad PHILIPPVM Regem Hispaniæ, amicitiam & fœdus contra Turcas ab eo postulans. Idem fecit AMVRATES Turc. Imperator.

BELLVM à Turcis æstate huius anni aduersus MARONITAS & DRVSOS, populos bellicæ rei studiis addictos, ad montem Libanum, non procul ab vrbe Syriæ Phœnices Tripoli (qui se profitentur esse reliquias illorum Occidentalium Christianorum, quos anno 1096. GOTFRIDVS Bilionæus Lotharingiæ Princeps, in terram sanctam ad eam recuperandam eduxit, & horum

5555 *rum vsus operâ, tam Hierosolymis, quam reliqua Palæstina anno 1099. potitus fuit) habitantes, gestum est. Cum enim anno 1573. hos populos SELYMVS sub iugum mittere, sed frustra, conatus fuisset, Turcis libertati & fortunis eorum insidiantibus, tandem vndecimo pòst anno ab IBRAHIME Bassa, Ægypti Beglerbego, domiti ac subacti sunt, annis 489. elapsis, postquam in terram sanctam venerant.* Leoncl. in Annal. Turcicis. 1585

VIRGINIA noui Orbis ad septentriones obuersi prouincia, nauigatione ANGLORVM à RICHARDO Greinuile Equestris ordinis viro eò in Coloniam deductorum, hoc anno sumtibus Dn. VVALTERI Ralegh Equitis Angli, &c. ex autoritate ELISABETHÆ Reginæ Angliæ reperta & detecta est. *Aer huius loci sanus est ac temperatus: soli verò ea vbertas, vt arbores, fructus, frumenta, legumina, herbas & radices varij generis producat, & siluarum ac fluminum amænitate, & animalium quadrupedum, auium & piscium copia & varietate abundet. Vita barbaræ huius gentis tantum consistit in venatione ceruorum & vrsorum, quorum ibi magna est copia, & in piscium captura. Piscibus crati ligneæ impositis, & ita ad ignem assatis, & carne cum fructibus in vase figulino aqua repleto, simul elixa pro cibo, aqua verò pro potu vtuntur: & adeo sobriè ac temperanter viuunt, ne aliquam repletione nimia naturæ vim inferãt: & inde morbum sibi attrahant. Ac quamuis instrumentis ferreis, aut aliis nostris similibus destituuntur: tamen rationem norunt: qua Cymbas, arcus, sagittas, & id genus alia ad vsum necessaria sibi comparare possunt. Vestes illis sunt chlamydes è ceruinis pellibus paratæ: quibus medium corpus inuoluunt: reliquis partibus nudi, magnitudine inter se differentes, sicuti & in aliis regionibus. Opibus acquirendis nusquam inhiant: sed sua sorte contenti amicè simul viuunt, ex illis, quæ munificus Deus illis elargitur.*

5555 Religionem quod attinet: Deos multos credunt, diuersorum tamen generum, & ordinum: vnum solum primarium & magnum Deum, qui ab æterno fuerit: quique (vt ipsi asserunt) mundum conditurus initiò creauerit alios Deos primarij ordinis: vt essent tanquam media & instrumenta ipsi subseruientia, cum ad creationem, tum ad gubernationem; deinde Solem, Lunam & stellas, tanquam Semideos & instrumenta alterius ordinis præcipua. Aquas primum omnium factas, & ex iis creaturas omnes visibiles ac inuisibiles conditas dicunt. Existimant quoq; mulierem primùm fuisse creatam: quæ ex vnius ex Diis congressu conceperit & liberos genuerit: vnde se originem ducere perhibent. Quot verò secula inde præterierint, ignorant. Cumque omnes Deos naturam humanam habere putent: imaginibus humanæ formæ illos exprimunt: & ex ligno fabricatos variis coloribus exornant. 1585

Hæc idola lingua sua KEVVASOVVOR appellata pro Diis habent: & illis proprias ædes siue templa dicant, in quibus fiunt precationes, cantus, & per multos dies oblationes. Animam à corpore solutam, statim transferri credunt secundum opera quæ fecit, vel ad Deorum sedes, ad perpetuam felicitatem, vel ad ingentem fossam, (quam in extremis mundi finibus versus Occidentem sitam esse censent) ad perpetuum ignem. Principes & Sacerdotes huius regionis à plebeis summo habentur in honore: & fures quoq;, mœchi, & alij scelerati, vel mulcta, vel morte, aut verberibus pro delicti magnitudine, debita seueritate puniuntur. Ex Anglia in hanc prouinciam iter tam facile est, vt ter in anno quocunq; tempore absolui possit. Qui plura hisce de rebus cognoscere volent: ii consulant Narrationem totam de commodis & ritibus incolarum Virginiæ, à Thoma Harioto Anglo descriptam, & Francofurti ad Mœnum editam.

IOHANNES III. Rex Sueuiæ, GVNILLAM, præcipuæ nobilitatis virginem, pietate & ingenio præ-

5555 præstantem, Iohannis Bielkij filiam, Mense Februario coniugem duxit. 1585

CAROLVS EMANVEL Dux Sabaudiæ nuptias celebrauit cum Catharina, Philippi Regis Hispaniæ filia, Saragosæ in Hispania, 10. Martij St.N.

LVDOVICVS, Dux Wirtenbergicus, die 10. Martij, St.V. coniugio sibi iunxit VRSVLAM, Georgij Iohannis Comitis Palatini Lucelstenij filiam, Stutgardiæ.

IOHANNES WILHELMVS, Wilhelmi Senioris Ducis Iuliacensis filius vnicus, relicta Monasteriensis Diœcesis administratione, IACOBAM, Philiberti Marchionis Badensis filiam, in Ducis Bauariæ Gynæceo educatam, coniugem duxit, Dusseldorpij, die 6. Iunij, St.N.

HENRICVS IVLIVS Dux Brunsuicensis, Iulij filius, Halberstadensis Episcopus, cum DOROTHEA, Augusti Electoris Saxoniæ filia, nuptias in arce Guelphorum celebrauit, die 26. Septembris, St.V.

CAROLVS Dux Olsnensis & Munsterbergensis in Silesia, nuptias celebrauit cum ELISABETHA MAGDALENA, Georgij Ducis Silesiæ Lignicens. & Bregensis filia, Bregæ, 30. Septembris, St.N.

ERNESTVS FRIDERICVS, Caroli filius, Marchio Badensis & Hochbergensis, matrimonium iniit cum ANNA, Ezardi Comitis Frisiæ Orientalis filia, Ludouici Electoris Palatini vidua, 21. Nouemb. St.V.

IOHANNES GEORGIVS, Christiani Electoris filius, aui materni nomine insignitus, nascitur 5. Martij, St.V. hora 10. vespertina, Dresdæ.

Obierunt:

I. GREGORIVS XIII. Pontifex Romanus, die 10. Aprilis St. N. anno ætatis 80. cum sedisset

5555 an.12.m.10.d.27. In eius locum creatus SIXTVS V, antea Felix de Monte alto dictus, natione Calaber, 24. Aprilis. 1585

II. HENRICVS Archiepiscopus Bremensis, Osnabrugensis & Padebornensis, Dux Saxoniæ Leoburgensis, Francisci Senioris filius, die 20. Aprilis, St.V. anno ætat. 35. In eius locum à Collegio Bremensi electus est IOHANNES ADOLPHVS, Adolphi filius, Dux Holsatiæ.

III. ANNA, Christiani III. Regis Daniæ filia, coniunx Augusti Electoris Saxoniæ, 1. Octobr. St. V. an. ætat. 53.

IIII. MARTINVS Gerstman LL. Doctor, patria Boleslauiensis, ex vetusta & honestissima ciuium eius oppidi in Silesia familia oriundus, vir doctissimus & sapientissimus, EPISCOPVS VRATISLAVIENSIS, die 22. Martij, St.N. ætatis 58. Nissæ: Cum Episcopatui præfuisset an. 13. In locum Episcopi huius defuncti à Collegio Vratislauiensi surrogatus est Dn. ANDREAS Ierinus, natione Sueuus, Canonicus & Decanus Vratislauiensis, & Theologiæ Doctor, 1. Iulij, St.N.

V. IOHANNES Crato à Crafftheim, Med. D. & trium Imppp. FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. & RVDOLPHI II. Consiliarius & Archiatrus per annos 26. die 24. Octobr. St. N. an. ætat. 67. Vratislauiæ.

VI. CHRISTOPHORVS Herdessianus IC. magni nominis, & Reipub. Norimbergensis Cōsiliarius, C.S.E. 22. Dec. St.V. æt. 62. Norimbergæ.

VII. IOHANNES Bodinus Andegauensis (olim Francisci Ducis Alenconii, Cancellarius) cuius eruditissima extant scripta, die 10. Martij, St.N. æt. 68. Laoduni Veromanduorum.

VIII. MARCVS ANTONIVS Muretus Gallus, IC. Orator & Philologus, C. S. E. mense Iunio, ætat.

ætat. 60. Romæ, cum ibidem publicè docuisset annos 21. 1585

IX. LVDOVICVS Lauaterus, Theologus Tigurinus & Historicus, C.S.E. 15. Iulij, St.V. Tiguri.

X. ANDREAS Freyhubius Sprottanus Silesius, Theologus olim Lipsensis, Serucstæ.

XI. BARTHOLOMÆVS Schönborn Witeberg. Medicus & Philosophus insignis, Serucstæ, 24. Iunij, St. V. anno ætat. 56.

XII. FRIDERICVS Widebramus, Theologus, C.S.E. die 2. Maij, St. V. æt. 53. Heidelbergæ.

XIII. WOLFGANGVS Meurerus Aldenburg. Medic. & Professor in Acad. Lipsensi celebris, C.S.E. 6. Februarii, St. V. ætat. 72. Lipsiæ.

XIIII. AMBROSIVS Lobwasser IC. & Ducis Borussiæ Consiliarius, Odis Psalmodicis Vernaculis clarus, 27. Nouemb. St. N. æt. 71. Regiomonti Borussorum.

XV. SIMON Sulcerus, Theologus Basiliensis, & Ecclesiæ ibidem per annos 33. Pastor, C.S.E. die 22. Iunij, St. V. ætat. 77. Successit ei in ministerio Iohannes Iacobus Grynæus.

XVI. PETRVS Ronsardus Vindomiensis, Gallorum Poëtarum Princeps, obiit maximo eruditorum in Gallia dolore, 27. Decembr. St. N. ætatis 61. completo, Lutetiæ. *Boissard lib. 2. Iconum.*

XVII. M. IOHANNES Schösserus Æmilianus Senior, Poëta Laureatus & Professor Acad. Francofurtanæ ad Viadrum, die 3 Iulij, St. V.

ROBERTVS Dudlæus Lycestriæ Comes, Hollandiæ, Seelandiæ & prouinciarum vnitarum gubernator generalis, nomine Reginæ Angliæ publico edicto constituitur Calen. Febr. St. V. Chron. Belg. 1586

Mense Martio Mompelgarti consensu FRIDERICI Principis Wirtebergici institutum est colloquium inter THEODORVM Bezam, Ecclesiæ Geneuensis Doctorem, & IACOBVM Andreæ

5556 Theolog. Doct. & Acad. Tubingensis Cancellarium, in quo de quinque potissimum religionis capitibus controuersis disputatum, sed rursus infecta pace discessum est. 1586

CONSENSVS *mutuus siue concordia in Religionis Christianæ capitibus inter Ecclesias Maioris & Minoris* POLONIÆ, *Rußiæ, Lithuaniæ, Samogitiæ, quæ iuxta Confeßionem Augustanam, fratrum Bohemorum, & Helueticam, aliquo modo inter se dissentire videbantur, facta in Synodo, & typis in publicum edita est.*

FRANCISCVS Dracus, Anglicæ classis præfectus, à Regina Angliæ, anno præterito ad Hispaniæ litora & Americam versus missus, capto mense Nouembri PROMONTORIO VIRIDI, totam S. Dominici Insulam HISPANIOLAM ineunte Ianuario, & paulò post CARTHAGENAM in terra Firma (Hispanis ope incolarum, quibus datis donis libertatem promiserat, cæsis) occupauit: naues in portu plurimas pecunia & mercimoniis onustas intercepit: oppida ac reliqua Insulæ castra & propugnacula diripuit, & tormenta bellica 242. auexit. Postquam verò in toto illo noui Orbis pelago aliquot mensium spacio liberè vagatus esset: & sub finem mensis Maii Arcem S. AVGVSTINI in terra Florida cepisset, die 6. Augusti, St. V. viginti tribus nauibus prædam ingentem continentibus in Angliam reuersus est. *Chron. Belg.*

CONSTANTINOPOLI nebula quædam obscura, mense Iunio exorta fuit: qua desinente locustis pluit, quæ folia arborum, fructus & gramina vndique absumpserunt. *Leonclauius in Annalib. Turc.*

GRAVAM (*die 7. Iunij,*) *&* VENLONAM (*die 28. eiusdem mensis*) *oppida Geldriæ munitißima, Dux Parmensis occupauit.* Chron. Belg.

NOVESII *obsidio ab* ERNESTO *Archiepiscopo Colonien-*

5556 *loniensi cœpta, sed ob annonæ inopiam, alijsque de causis relicta est, quod tandem die 26. Iulij à Duce Parmensi & Hispanis rursum oppugnatum, captum, & plerisque militibus ac ciuibus trucidatis, eorumque præfecto Herimanno Friderico Clodio ex fenestra suspenso, direptum, incendiisque deformatum est.* Chro. Belg. 1586

FRIDERICVS Rex Daniæ, CHRISTIANVS Elector Saxoniæ, & socer illius IOHANNES GEORGIVS Elector Brandeburg. & huius filius IOACHIMVS FRIDERICVS Administrator Archiepiscopatus Magdeburg.

IOHANNES CASIMIRVS Administrator Elect. Palatinatus, Legati HENRICI Regis Nauarræ, ELISABETHÆ Reginæ Angliæ, IACOBI Regis Scotiæ, aliique Duces SAXONIÆ & POMERANIÆ &c. die 18. Iulij, St. V. Lunæburgi conuenerunt. Quo conuentu finito, IACOBO Segurio Pardeliano, Regis Nauarræi Legato, potestas conscribendi milites data est.

Pestis hoc ipso anno grassata est in Turcia, Vngaria & Austria.

Circa initium Septembris St. V. conspiratio Nobilium aliquot Anglorum instinctu MARIÆ Scoticæ aduersus Reginam Angliæ ELISABETHAM facta, detecta & literis Reginæ Scotiæ prolatis, confirmata est. Nobiles coniurati quatuordecim die 20. & 21. Septemb. supplicio proditoribus debito, in suburbio Londinensi affecti, & quadrifariam dissecti sunt. Regina verò Scotiæ turris Londinensis carceri imposita est, in quam Principes viri, vltimo supplicio afficiendi, conijci solent.

DRVSOBVRGVM vel Duisburgum in Comitatu Zutphaniæ à ROBERTO Dudlæo Comite Lycestrio, die 12. Septembr. St. N. deditione captum. Chron. Belg.

ITALIA hoc anno magna fame pressa est. Idem accidit Vngariæ, Flandriæ, Brabantiæ, Lotharingiæ & Sueuiæ.

5556 Circa mensem Octobr. Comes Arraniæ & Farnhurstius Baro, Scoti, à regni Scotiæ Senatu proscripti, adductis secum 3000. siluestribus Scotis, in HYBERNIAM irruunt, omnẽ illam regionem deuastaturi, sed à RICHARDO Binghamo viro bellicosissimo nobili clade affecti, & omnes ferè internecione sublati sunt. 1586

Sub finem anni huius, mense nimirum Decembri, Croatinis in finibus, aliquot Turcarum millia à Christianis numero longè imparibus cæsa fuêre. Periit inter alios Bassæ Bosnensis frater, cuius caput à ceruice recisum, & cum captiuis quibusdam ad ERNESTVM Archiducem Austriæ missum fuit. Leoncl. in Annalib. Turc.

AVGVSTVS Elector Saxoniæ Sexagenarius nuptias secundas, cum HAGNE HEDVVIGE, tredecim annorũ puella, IOACHIMI ERNESTI Principis Anhaltini filia, Dessauię 3. Ian. St. V. celebrauit: & CASPARVM Peucerum Medicum excellentiss. Philippi Melanchthonis generum, ex carcere duodecim annorum, intercessione Principis Anhaltini, & nouæ nuptæ, die 8. Febr. St. V. dimisit.

IOHANNES CASIMIRVS, Iohannis Friderici II. captiui filius, Dux Saxoniæ, Coburgensis, coniugem duxit ANNAM, Augusti Elect. Sax. filiam, die 16. Iun. St. V.

GEORGIVS GOSTAVVS, Georgii Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Veldentianus & Lützelstenius, matrimonio sibi iunxit ELISABETHAM, Ducissam Wirtẽbergicam, Georgij Ernesti Principis Hennebergij viduam.

CAROLVS Comes Palatinus Rheni Birckenfeldẽsis, Wolfgãgi filius, nuptias celebrauit Cellæ in Saxonia cũ DOROTHEA filia Wilhelmi Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis, die 13. Feb. St. V.

Nati sunt:

I. LEOPOLDVS, Caroli filius, Archidux Austriæ, Episco-

piscopus Argentinensis & Passauiensis, die 9. Octobris, St. N. hora 10. antemerid Gratii in Stiria. 1586

II. PHILIPPVS EMANVEL, *Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis filius primogenitus, 2. April.*

Obierunt:

I. STEPHANVS Bathoreus, Rex Poloniæ, Princeps Transyluaniæ, die 13. Decemb. St. N. Paroxysmis Epilepticis prostratus, obiit Grodnæ in Lithuania, cum vixisset an. 53. m. 2. d. 21. & regnasset an. 10. m. 7. d. 12. Hic Rex fortiss. & doctiss. moribundo ore Senatorẽ regni alloquens: *Liceat*, inquit, *affari te illis Tertulliani verbis: Annos tres & quinquaginta exegi: qui quales sint, scio: quales futuri sint, ignoro*

II. MAHVMETES HODABENDES Rex Persarum sapiens & magnanimus, postquã toto regni sui decennio cum Turcis bellum felici Marte gesserat & ab iisdem præclaras aliquot victorias reportauerat, expirauit eodem mense. Huic successit ABAS MIRISES, Cheriæ primò Regulus, nunc Rex Persarum.

III. AVGVSTVS Elector Saxoniæ, 11. Febr. St. V. hora 6. vespertina, Apoplexia extinctus, cum vixisset annos 59. m. 6. d. 11. hor. 12. Huic in Electoratu, CHRISTIANVS, Dux Sax. filius vnicus (ætat. 26.) successit.

IIII. GEORGIVS, Dux Lignicensis & Bregensis ex antiqua Regum Poloniæ gente PIASTÆA, nunquam interrupta stemmatis serie, prognatus, anno ætatis 63. climacterico, die 7. Maij, St. N. inter horam 11. & 12. noctis, Bregæ.

V. IOACHIMVS ERNESTVS, Princeps Anhaltinus, Iohannis filius, Ernesti nepos, Princeps pius & sapiens, pacis, iustitiæ ac literarum amantissimus, 6. Decembr. St. V. vesperi hora 8 cum vixisset an. 50. m. 1. d. 17. Dessauiæ.

VI FRIDERICVS Dux Saxoniæ Laoburgensis, Chorepiscopus Coloniensis, 8. Dec. St. V. ætat. 33.

VII. ADOL-

5556 VII. ADOLPHVS, Christiani III. Daniæ Regis frater, Friderici I. Daniæ Regis filius, Dux Slesuigæ & Holsatiæ, Princeps fortis & magnanimus, Cal. Octob. St. V. ætat. 61. Gottorpiæ. 1586

VIII. OCTAVIVS Farnesius, Parmæ & Placentiæ Dux, Alexandri pater, mense Septembri, in Italia.

IX. MARGARETHA Austriaca, Caroli V. filia, Octauij Farnesij coniunx, Alexandri Ducis Parmensis, Belgici gubernatoris mater, mense Febr.

X. GALEACIVS Caracciolus Vici Marchio in Italia, purioris religionis assertor acerrimus & constantiss. piè defunctus anno ætat. 69. mens. 4. Geneuæ Allobrogum.

XI. IOHANNES GVNTHERVS Comes à Schvvartzburg, de quatuor Sacri Romani Imperij Comitum ordine, heros generosus ac magnanimus, 28. Octobr. St. V. ætat. 54. Arnstadij.

XII. PHILIPPVS Sydnæus, Eques Anglicus, Nobilitatis literatæ in regno illo flos & decus præcipuum, gubernator Vlissingensis, militari prudentia & virtute excellens, globo tormentario ad Zutphaniam, die 22. Septemb. ictus, ex vulnere illo obijt Arnhemij 25. Septemb. St. N.

XIII. ANTONIVS Augustinus IC. & Episcopus Tarraconensis, 31. Martij, St. N. ætat. 69.

XIIII. PETRVS Victorius Florentinus Italus, vir nobilis, cuius singularis & excellens eruditio doctis omnibus nota est, ob vetustos autores Græcos & Latinos aut Commentariis illustratos, aut alioquin suæ integritati restitutos, die 8. Decemb. St. N. ætat. 86. m. 5. d. 6. Florentiæ.

XV. RVDOLPHVS Gualtherus, Pastor & Antistes Ecclesię Tigurinæ, lucubrationib. in omni genere doctrinæ propemodum innumeris, & Homiliis in libros ferè omnes Propheticos & Apostolicos Euangelicosque editis celeberrimus, die 25. Nouembr. St. V. an. ætat. 67. Tiguri.

XVI. Io-

XVI. IOHANNES Brandmyllerus Theologus Basiliensis, 7. Martij. 1586

XVII. MARTINVS Chemnitius, Theologus Brunsuicensis, C.S.E. die 8. Aprilis, St. N. noctis hora 12. an. æt. 64. ministerij 33.

XVIII. THEODORICVS Snepfius, Theolog. & Professor in Acad. Tubingensi, die 9. Nouem. St. V. media hora 4. ætat. 61. Tubingæ. M. Crusius in Annal. Sueu.

XIX. MATTHÆVS Wesenbecius Antuerpianus, IC. nobilissimus, Commentariis Iuris methodicis & responsis, alijsq; egregijs Operibus de vera Iurisprudentia præclarè meritus, VVitebergæ, die 5. Iunij. St. V. an. ætat. 55.

XX. MICHAEL Teuberus I. V. D. Electoris Saxon. Consiliarius, & Professor Acad. VVitebergensis, 16 Septemb. St. V.

XXI. REMBERTVS Dodonæus, Medicus Cæsareus, C.S.E.

XXII. IOHANNES IACOBVS VVeckerus Basiliensis, Medicus celebris, cuius extat Antidotarium, die 4. Maij, St. V. Colmariæ.

XXIII. LVCAS Cranach, Lucæ pictoris filius, pictor excellentissimus & Consul VVitebergensis, 14. Ian. St. V. Witebergæ.

IOHANNES. Comes Palatinus Rheni, Bipontinus, Ecclesias sui Ducatus à reliquijs fermenti Papatus reformat. 1587

MARIA Scotiæ Regina in arce Northamptoniæ Foteringhamo, die 8. Februarij, St. V. securi percussa est: an. æt. 44. à nece mariti 20. Historia supplicij huius & causæ, ex scriptis editis petantur.

GELDRIAM Vrbem, proditione Paytonis Scoti gubernatoris ibidem, CLAVDIVS Berlaymontius Hautepeni Dominus, nomine Ducis Parmēsis circa initium Iulij occupauit, & potestati Regis Hispaniarum subiecit. Chron. Belg.

Regni POLONIÆ proceres, die Petri & Pauli, St. N.

WAR-

5557 *VVARSOVIÆ conuenêre ad Regis noui electionem. Misêre eò præcipui Monarchæ Orbis legatos, Pontifex Romanus, Imp. Romanus, Rex Hispaniæ, Rex Suecorum, Moscouitarum Dux magnus, Imperator Turcarum, Rex Tatarorum & alij.* 1587

Die 22. Augusti St. N. Proceres POLONORVM post diuturnam deliberationem in partes discesserunt, quorum alij Regem designarunt SIGISMVNDVM filium Iohannis III. Regis Suecorum, Sigismundi I. Regis Poloniæ ex filia, Sigismundi verò II. Regis Poloniæ ex sorore nepotē. Altera pars Regē elegerunt MAXIMILIANVM Archiducem Austriæ, Rudolphi II. Imperatoris fratrem.

TVRCÆ magna strage à Christianis supra Catzerolacum, ad vnum à Canysia miliare, profligati sunt, mense Augusto, cæso Bego Mohatziense, Copanensi vero & Quinqueeclesiensi Begis, alijsque vltra 1300. captis.

In GERMANIA hoc anno exercitus quinque millibus equitum, & viginti millibus peditum constans, auspiciis HENRICI Nauarræ Regis collectus est, qui tandem die 12. Aug. St. V. ROBERTO GVILIELMO, Duce Bullionæo, Nauarræi legato, & FABIANO Burggrauio & Barone à Dhona, Iohannis Casimiri Comitis Palatini Rheni Tribuno, Ducib. iter ingressus, viam sibi per Lotharingiam, vi aperuit, & inter Sequanā ac Ligerim contendens in Galliam penetrauit, licet Rex ab vna, & Guisiani ab altera parte sequerētur, & commeatū intercluderent. NAVARRÆVS obuiam illis iturus, vt excipiat, suisque coniungat, subsequentem Galliæ Amirallium Ducem IOIEVSIVM, Regis Henrici III. Sororium, die 10. Octobr. fortiter reprimit ad oppidum Curtraciū, adeo, vt Iojeusius ipse cum fratre & duodecim suorum millibus, plurimisq; præcipuorum nobilium, occubuerit. Interea HENRICVS Guisius, exercitu suo Germanis obuiam procedit ad Mosellam,

sellam, eorumq; copias in oppido ANEAV, die 14. Nouembr. inuadit, cædit & in fugam compellit. 1587

FRANCISCVS Dracus Eques Anglus magno nauium grandiorum numero instructus ex Anglia soluit mense April.:& Hispanorum classem, quæ paulò post aduersus Anglos & Belgas emittenda erat, ante portum Caleti vrbis Andalusiæ (vulgò Caliz Malis) in freto Herculeo ex improuiso adortus, circiter 36. naues commeatu, machinis bellicis, & aliis mercibus onustas, partim diripuit, partim secum abduxit, plurimasque alias adhuc vacuas flammis exussit, & victoria ac præda insigni potitus est.

Die 4. & 5. Decembr. in finibus Croatiæ ad VVIHITZIVM quasi nubes quædam anatum & anserum aliquot sanè myriadum aduolauit, seque in stagnum proximū demisit, vbi noctu strepitus ingens pugnantium inter se volucrum in tota vicinia, seq; mutuis conficientium vulneribus, auditus fuit. Vnde postridie egreßi milites, ciues & agricolæ, eius loci maximam anatum & anserum copiam repererunt. Tandem è prato quodam latißimo sublatis superstites alis, auolarunt. Quam pugnam paulò post binæ Turcarum clades subsecutæ sunt. Leonclau. in Pand. Turc.

SIGISMVNDVS III. Sueciæ Rex, solenni more ac modo corona regni Poloniæ insignitus est Cracouię, die 27. Dec. St. N. in festo S. Iohannis Euangelistæ.

Circa idem tempus Cracouiam oppugnauit MAXIMILIANVS Arhidux Austriæ, Rex designatus: sed re infecta, multisq; amissis, tandem soluit obsidionem, & exercitum ad Silesiæ fines reduxit.

MARTINVS Schenck à Neydecken, Eques VVestphalus, egregio & planè admirādo stratagemate BONNAM, munitißimū ad Rhenū oppidū, portis de noctu p instrumenta tria pyrobola clanculū iisdē admota & succensa, magno cū fragore effractis & disiectis, atq; ita milite immisso, & præsidiariis excubias agētib & reliqs interfectis, die 23. Dec.

occu-

5557 *occupauit, & firmo præsidio, rebusque ad defensionem necessarijs muniuit, & propugnaculum ex opposito oppidi in terra Montensi firmißimum excitauit. Defensio huius facti ab ipso Schenckio edita est, 2. Ian. St. V.* 1587

MVLHVSIVM Heluetiæ vrbs à maioribus Heluetiorum pagis deuicta imperio eorundem subijcitur.

WILHELMVS LVDOVICVS Comes Nassouius, Iohannis filius, Frisiæ gubernator, coniugem duxit ANNAM, Wilhelmi Auraici Principis filiam, Mauritij Comitis Nassouij sororem germanam, 2. Nouemb. St. V.

IOHANNES FRIDERICVS, Philippi Ludouici filius, Comes Palatinus Rheni, nascitur 23. Aug. St. V.

Obierunt:

I. GOTTHARDVS Curlandiæ & Semigalliæ Dux, in Liuonia, 17. Maij, St. V.

II. FRIDERICVS Dux Holsatiæ, Adolphi filius, viginti annorum adolescens, 15. Iunij, St. V.

GVILIELMVS Gonzaga, Mantuæ & Montisferrati Dux, 4. Aug. St. N.

FRANCISCVS Medices, Magnus Hetruriæ Dux, 9. Octobr. St. N. Et quinque post eum horis, Blanca Veneta, ipsius coniunx.

V. ANTONIVS Perenottus, Nicolai filius, Cardinalis Granuellanus, Episcopus Atrebatensis, die S. Matthæi, æt. 70. in Hispania.

VI. SIGISMVNDVS Vicheuser, vir omni eruditionis genere præstans, & multis naturæ donis excellens, Imperat. Majestatis Procancellarius, 13. April. ætat. 56. Pragæ Bohemorum.

VII. ANDREAS Gail I C. olim Cameræ Imperialis Assessor, deinde Cæs. Maiest. Cōsiliarius, ac postea Electoris Archiepiscopi Coloniensis Cancellarius, scriptis editis celeberrimus, die 11. Decembr. St. N. Coloniæ Agrippinæ in patria sua, ætat. circiter 62. Forsterus.

VIII. Ni-

5557 VIII. NICOLAVS Rhedigerus Senior, genere, animo, sapientia, autoritate & virtute vir nobilissimus, Præfectus Senatus Vratislauiensis dignissimus, Mecœnas studiosorum, & inprimis patronus liberalissimus, cuius beneficia in autorem Indicis huius Chronologici dum vixit, largiter collata apud posteros ipsius nulla vnquam deletura est obliuio, die 28. Iunij, St. N. Vratislauiæ. 1587

IX. MICHAEL Beutherus, Polyhistor & Nestor alter, necnon IC. & Historicus eximius, C. S. E. 8. Nouembr. St. V. ætat. 65. Argentinæ.

X. IOACHIMVS Meisterus Gorlicensis Lusatius, Poëta, Orator & Philosophus præstantissimus, & Scholarum multarum Rector per annos plurimos felicissimus, Bremæ in Westphalia, die Scholasticæ, 10. Febr. St. N. cum vixisset annos 11. à morte Virgilij 1604.

XI. MATTHIAS Colerus Aldenburg. IC. clariss. collegij Iuridici in Academia Salana Ordinarius, & Professor primarius, C. S. E. die 22. April. St. V. ætat. 57. professionis 29. Ihenæ.

XII. LEONHARDVS Badehornus IC. & trium Electorum, Mauritij, Augusti & Christiani Consiliarius, Cal. Iulij, St. V. ætat. 77. Lipsiæ.

XIII. HENRICVS Husanus IC. & Poëta præstantissimus, & multorum Principum Consiliarius, ætat. 54. die 9. Decembr. St. V. Luneburgi.

XIIII. CASPAR Oleuianus Treuir, Theologus, C. S. E. 15. Martij, St. V. æt. 51. Herbornæ.

XV. M. MATTHÆVS Hostus, Græcæ linguæ in Acad. Francofurtana Professor per annos 53. C. S. E. die 29. Aprilis St. V. h. 11. antemerid. ætat. 79. Francofurti ad Viadrum.

XVI. PAVLVS Witychius Vratislauiensis, Mathematicus excellentissimus, die 9. Ianuarij, St. N. Viennæ.

XVII. IOHANNES Wigandus, Pomesanien

5557 ſis in Boruſſia Epiſcopus, C.S.E. die 20 Oct. St.V. 1587
XVIII. TIMOTHEVS Kirchnerus Theologus, qui Helmeſtatenſis Academiæ fundamenta prima docendo iecit, Vinariæ 17. Sept. St. V.
XIX. IACOBVS Schegkius Med. D. & Philoſophus, C.S.E. 9. Maij St.V. æt. 75. Tubingæ: cum ibidem docuiſſet an. 44.
5558 *Die 24. Ian. St N. Dominica tertia poſt Epiphania circa meridiem, commiſſum eſt prælium inter POLONOS, Duce IOHANNE Zamoiſcio, regni Poloniæ Cancellario & ſummo exercituum regni Imperatore, & MAXIMILIANI Archiducis Auſtriæ copias ad BITSCHINAM oppidũ Ducum Bregenſium. Poloni numero vicêre: multiſq; noſtrorum cæſis, ipſum Archiducẽ deditionem facere coëgerunt: quẽ oppido egreſſum Cancellarius in Poloniam 25. Ian. ſub exortum diei abduxit. Milites qui è pugna in oppidum profugerant, incerceßione Maxim. Archiducis ſalui & incolumes, ſed armis & pecuniis exuti, à Cancellario Zamoiſcio dimißi ſunt, die 26. Ian. Bitſchina direpta & exuſta eſt, ciues crudeliter tractati, multi trucidati, plurimique in triſtißimam ſeruitutem abducti.* 1588
HENRICVS III. Galliæ Rex, inſidias ſibi ab Henrico Duce Guiſiæ ſtructas metuens: Lutetia vnà cũ Regina matre in oppidũ Carnutum exceſſit, Guiſius Theſauros & armamentariũ Regis & arcem Baſtillam occupauit: ſed paulò poſt interceſſione Caroli Borbonii & reliquorum confœderatorum Regi reconciliatus eſt.
Claſſis PHILIPPI II. Regis Hiſpaniarũ, totum fermè triennium apparata, nauium militarium grandiũ 150. militib. veteranis ex Hiſpania, Italia, & aliunde collectis 20000. nautis 10000. tormẽtis 2650. pyrio puluere, globis & annona ad ſex menſes inſtructiſſima, die 28. mẽſis Maij ex portu Vlyſſibonenſi ſoluit, & Angliam petiit. Verũ ab Anglis CAROLO HOVVARDO Thalaſſiarcho Anglico, & FRANCISCO DRACO Inferiore Amiralio Ducib.
die

5558 die 1.2.3.4 & sequentib. vsq; ad 8. Aug. St. N. creberrimis incursionibus & conflictib. labefactata, pugna nauali vincitur & pfligatur: exercitu Hispanorũ numerosissimo fuso & fugato, triremib. multis captis, dissipatis aut mersis, plurimis belli ducib. captis, & pda ingenti in Reginæ potestatẽ redacta. Distat hæc pugna à pugna Actiaca annis 1617. 1588

THOMAS CANDISCHIVS Eques Anglus postquam duab. nauib. totius orbis terrarum ambitũ feliciter circumnauigasset, & per fretũ Magellanicum in Oceanum Australem traiecisset, apud promontoriũ Capitis Bonæ spei in 20. naues Hispanicas incidit, quas cũ partim dissipasset & diripuisset, partim incẽsas submersisset, amplissimã nactus pdã, vna dũtaxat naui comitatus, die 18. Feb (alij 15. Sep.) in patria portũ Plymuthũ, vnde prius an. 1586. die 21. Iul. exierat, cũ omnium admiratione reuersus est. Chr. Bel.

BONNA sexto obsidionis mense CAROLO Duci Chimæo sese dedidit: & duces qui vrbem fortissimè defenderant, & milites omnes complicatis vexillis, cum armis & bonis quæ gestare possent, dimissi sunt, 28 Sept. St. N.

BERGA ad Somum frustrà à Principe Parmensi obsessa mense Septembri.

Copiæ CHRISTIANORVM cum TVRCIS in Vngaria superiori propè SIXVM oppidũ, sex à Cassouia milliarib. distãs, die 8. Oct. St. N. felicissimè dimicarũt.

HENRICI III. Galliarum Regis iussu Blesis in Comitiis regni HENRICVS Princeps Guisius, Francisci filius, eò quod non tantũ regnum turbaret, illudq; occupare conaretur, verum ẽt in Regis vitã manifestò conspiraret, die 23 Dec. St. N. pugionib. cõfossus & sequẽti die 24. Dec. LVDOVICVS Cardinalis Guisius, Henrici frater, strangulatus est. Horum cadauera postea igne cremata, cineres in aẽrẽ Ligerimq; dispersi, & HENRICVS Guisius Dux Ianuillæus, Hẽrici filius, Dux Nemurius, aliquot Episcopi & multi nobiles factionis Guisianæ, capti & in custodiã dati sunt.

Hoc ipso mense Decembri CAROLVS EMANVEL

5558 Dux Sabaudiæ Marchionatum Saluzziarum partim vi, partim deditione occupauit, eumq; Henrico Galliæ Regi eripuit. 1588

VLRICVS Dux Megapolitanus nuptias celebrauit cũ ANNA, Ernesti Ludouici Ducis Pomeraniæ sorore.

IOHANNES GEORGIVS Princeps Anhaltinus coniugem duxit DOROTHEAM Comitissam Mansfeldicam, 22. Febr. St. V. Haderslebiæ.

IOHANNES Holsatiæ Princeps HAGNEN HEDWIGEN Anhaltinam, Electoris Augusti viduam, matrimonio sibi iunxit Sunderburgi, 14. Febr. St. V.

Nati sunt:

I. FRIDERICVS, Ioh. Georgij Elect. filius, Marchio Brandeb. die 22. Martij, St. V. inter noctis horam 11. & 12. Coloniæ ad Sueuum.

II. HENRICVS Borbonius Iunior, Henrici filius posthumus, Ludouici nepos, Princeps Condæus, mense Nouembri, in Gallia.

III. GVILIELMVS CHRISTIANVS, Ioachimi Friderici Administratoris Episcopatus Magdeburgensis filius, Marchio Brandeburgicus.

Obierunt:

I. FRIDERICVS II. Rex Daniæ, in regia Seelandiæ arce Andersouia, die 4. Aprilis, St. V. an. æt. 54. anno regni 30. ineunte.

II. ROBERTVS GVILIELMVS, Dux Bullionæus, Henrici Roberti filius, Esdainæ Dominus, ex nobilissima Ducum Cliuensium & Comitũ de Marca familia oriundus, cũ ex infelici contra Guisios expeditione pro Rege Nauarræo suscepta, Geneuam reuersus fuisset, ibidem in primo ætatis flore obiit Calend. Ianuariis.

III. HENRICVS BORBONIVS, Ludouici filius, Princeps Condæus, Henrici Borbonii Regis Nauarræi patruelis, qui varia iactatus fortuna, solum patriæ aliquandiu vertit, & tandem veneno impiè & nefariè per domesticũ suum è medio sublatus est.

IIII.

IIII. HENRICVS Dux Silesiæ Lignicensis & Bregensis, Cracouię, die 3. Mar. St. N. Dominica Esto mihi. 1588

V. PHILIPPVS Marchio Badensis, Mense Maio, Badenæ.

VI. ROBERTVS Dudlæus Anglus, Iohannis Dudlæi Ducis Northumbriæ filius, Lycestriæ Comes, Aureæ Periscelidis & S. Michaëlis Eques auratus, Academiæ Oxoniensis Cancellarius, vir ætate grauis, consilio prudens, & militari virtute clarus, 14. Sept. St. N. 4. Sept. St. V. ætat. 55 in Comitatu Oxoniensi.

VII. LAMBERTVS Distelmayer IC. clarissimus, duorum Electorũ Ioachimi II. & Iohannis Georgii March. Brandeb. Consiliarius & Cancellarius per annos 37. die 12. Octob. St. V. hora 11. pomeridiana, anno æt. 66. m. 7. d. 22. Berlini.

VIII. IOACHIMVS Mynsingerus à Frundeck, IC. excellentiss. & Iulij Ducis Brunsuicensis Cancellarius, C.S.E. 3. Maij, St. V. æt. 78. Alslebiæ.

IX. PETRVS Monauius, Patritius Vratislauiensis, Aulæ Imperatoris RVDOLPHI II. Augusti Medicus elegantissimus, Philosophus, & Philologus πολύγλωττος, die 12. Maij, St. N. æt. 37. Pragæ.

X. THEODORVS Zuuingerus Basiliensis, Philosophus, Medicus & Polyhistor eximius, & nunquam intermorituris in omni literarũ genere lucubrationib. celeberrimus, paulò post editũ ingens illud humanæ vitæ Theatrũ, ex febre Epidemia, die 10. Martij, St. V. an. æt. 54. m. 7. d. 8. Basileæ.

XI. PETRVS Beutrichius Mompelgartensis, IC. & militiæ Dux peritissimus, die 12. Febr. æt. 42. Heidelbergæ.

XII. IOSEPHVS Mascardus Sarzanensis IC. cuius extat opus de probationibus, in Italia. Forsterus.

XIII. IOACHIMVS Mollerus I.V.D. Consiliarius Ducum Brunsuicens. & Luneburg. mense Augusto, æt. 67. Bardouuicii.

5558 XIIII. EBERHARDVS Mollerus, Consul Reipub. Hamburgensis, die 1. Feb. post horam 4. pomerid. ætat. 61. Hamburgi. 1588

XV. CHRISTOPHORVS Stymmelius, Theologus & Poëta, C.S.E. 19 Feb St.V. æt. 63. Stetini.

XVI. TILEMANNVS Heshusius, Theologus & Professor in Acad. Iulia, C.S.E. mēse Septembri, æt. 61. Huic successit Daniel Hoffmañus, S. Theol. Doct.

XVII. M. CHRISTIANVS Vrstisius Mathematicus, Basileæ, 30. Martij.

5559 *Mense Ianuario anni huius ineuntis cœpta est pacis tractatio inter Imp. Romani & regni Poloniæ Commissarios ad Bythoniæ oppidum, in finibus Poloniæ & Silesiæ, vbi in primis de liberatione Archiducis MAXIMILIANI actum est, conscriptaq; conditiones certa die 9. Mar. St. N.* 1589

CONSTANTINOPOLI Mense Martio, Legionarii ex Persia reuersi, adiūnctis sibi Genizaris, ob nōn solutū iusto tempore iusti valoris stipendium periculosissimam seditionē & tumultū excitarunt: ita vt non solū Beglerbegum Græciæ & Quæstorē regni, Imperatori Turcico, diris & minis extortos & potestati suæ permissos, crudeliter dissecuerint: verum ēt vico Iudæorum ignē submouerint, qui tempestatis vi excitatus, tanta sumpsit incremēta, vt in potiore vrbis parte vltra 12. domorū millia, vnà cū magna tabernarum & officinarū copia absorpserit, & preciosissimæ merces, à militibus spoliis & rapinis inhiantibus deprædatæ perierint. Leoncl. in Pandect. Turc.

HENRICVS III. Galliæ Rex CAROLVM Ducem Maynium & AVMALIVM, publicis literis rebelles, ac lęsæ Maiestatis reos declarauit & proscripsit: cū HENRICO Rege Nauarræo mense Aprili inducias & fœdus fecit: eumq; legatū copiis suis cū summo Imperio præfecit: ipsiusq; ope & consilio vrbes & oppida multa occupauit, in rebellionis autores animaduertit: & confœderatorum exercitus diuersis in locis profligauit.

ELI-

ELISABETHA Angliæ Regina Antonium Lusitanũ exulem, in Portugalliæ regnũ reductura, instructissimã 140. nauiũ classem, quindecim millib. militum repletam, IOHANNE NORICIO & FRANCISCO DRACO Eqq. Anglis Ducib. Hispaniam & Portugalliam versus die 27. Ap. emisit: quæ ad portum Coronæ in Gallicia die 4. Maij appellens, suburbium ibidẽ occupauit, & naues aliquot Hispanicas omni genere commeatus aliisq; rebus instructas cepit. Vnde Angli sub finem Maij digressi, VLYSSIBONAM petierunt: & milite in terrã exposito Cascalim oppidum Vlyssibonæ vicinum, & quoddam eiusdem suburbium expugnarunt. Verùm cum non tam Hispanorum præsidiariorum crebris eruptionib. quam luis pestiferæ sæuitia, & aliorum incõmodorum causa, numerus Anglorũ in dies diminueretur, & aliquot militũ millia breui temporis interuallo extinguerentur: reliqui (triduo in castris ad Vlyssibonam exacto) in naues reiecti, circa finem Iunij discesserunt, & captis in Tagi ostio 60. Hanseaticarũ ciuitatum nauib. frumẽto onustis, & oppido Byscaiæ Viga in reditu intercepto, direpto & incenso, in Angliam mense Iulio reuersi sunt. 1589

TATARI Cosaccorum impressionibus ac iniuriis irritati, magnis agminibus in PODOLIAM & vicinas Poloniæ prouincias irruunt: ferro & flammis fœdissimè grassantur: & multa hominum captiuorum millia abducunt, circa mensem Iulium. Verum cum præda & captiuis ad Boristhenem redeuntes, à Cosaccis, Nissouiis impetiti, acri prælio funduntur ac profligantur: & plurimis, ac in his fratre CHAMI, cæsis captiui liberantur.

MAXIMILIANVS Archidux Austriæ à POLONIS propositis certis conditionibus, liber tandem dimissus, ad Silesiæ fines à copiis equitum Cæsareanorum excipitur, die 28. Iulii. St.N.

HENRICVS III. Rex Galliæ à IACOBO CLEMENTE Senensi, Monacho ordinis Prædicatorum, literas confictas sibi offerẽte, cultello oblongo & acuto in ventre inferiori

5552 *vulneratur, die 1. Augusti, St. N. & ex eo vulnere die 2. Augusti, hora 7. matutina, ætatis 37. anno regni 15. moritur: cum paulò antè Principes Regni præcipuos ad concordiam & constantiam adhortatus fuisset: & hæredem ac successorem Coronæ legitimum HENRICVM Nauarræum Regem, sororium suum designasset. Monachus Regicida multis à satellitibus regiis vulneribus confossus trucidatur. Sixtus V. Pontifex Romanus exhibitis 2. Septembr. læticiis publicis parricidium Henrici Regis laudauit, tanquam singulari DEI prouidentia factum, Iacobita in numerum Diuorum relato. Mariana Iesuita dicit, eundem parricidam ingens sibi nomen fecisse, cæso illo Rege.* 1589

HENRICVS III. Rex Nauarræ vna omnium voce HENRICVS IIII. GALLIÆ & NAVARRÆ Rex proclamatur. Vnde die 3. Augusti iuramentum fidelitatis præstat: & sanctè testatur, se Autonomiam concessurũ: vitam suam & omnia in discrimẽ pro regno & subditis positurum. Quo facto, Principes & proceres regni, vnà cùm nobilitate & omni exercitus turba, similiter fidem ei atque obedientiam vt suo Regi ac Domino sacramento promittunt, & indignam Domini sui necem vindicaturos iureiurando confirmant.

CAROLVS EMANVEL Dux Sabaudiæ GENEVAM mense Augusto obsidione cinxit: verùm Geneuenses amicos & confœderatos suos inuocantes, tam fortissimè ei restiterunt: vt parùm abfuerit, quin omni prouincia Feßinghana exueretur.

MARTINVS Schenckius à Neydecken Eques auratus Anglicus, bellator sui tẽporis audacia, prudentia, fortitudine & virtute militari clarissimus, NEOMAGVM Geldriæ metropolim noctu inuadẽs, ciuium virtute repellitur: cumq; se in nauiculã in Wahali fl. armatus cũ sociis fugientib. coniiceret, ea nimium onerata submersus in fl. periit. Postridie cadauer à piscatorib. inuentum, & in vrbẽ reuectum,

5559 uectum, in quatuor partes dissectum est: sed non ita multo post reb. mutatis, & Neomago virtute Mauritij Nassouij occupato, inter alias deditionis conditiones & hæc fuit, vt Schenckio honestæ exequiæ fierent, quod & factum. 1589

Gymnasium publicum ab ARNOLDO Comite Benthemio & Teckleburgico, ex singulari bonarum literarum amore, Schuttorfij apertum; quod postea propter maiorem loci commoditatem Steinfurtum translatum est.

MAVRITANI seditione contra Turcas mota, loca quædam Africæ, quæ Imperatori Turcico antea paruerant, circa initium autumni occuparunt.

Sub finem huius anni, vel sequentis initium, PAX inter Turcas & Persas constituta est.

IACOBVS VI. Rex Scotorum, ANNAM Christiani IIII. Danorum Regis sororem, Friderici II. filiam, vxorem duxit, nuptijs in arce Noruegiæ Aggershusiana 23. Nouemb. St. V. celebratis.

GEORGIVS Hassiæ Landgrauius, cum ELEONORA Christophori Ducis Wirtenbergici filia, Ioachimi Ernesti Principis Anhaltina vidua, nuptias secundas celebrauit.

CATHARINA, Caroli Lotharingiæ Ducis filia, FERDINANDO Magno Hetruriæ Duci nupsit, circa initium Maij.

LVDOVICO, Alberti filio, Comiti Nassouio Saræpontano, ANNA MARIA, Wilhelmi Hassiæ Landgrauij filia, nuptui elocata est.

AVGVSTVS Dux Saxoniæ, Christiani Electoris Sax. filius nascitur die 7. Septemb. St. V. inter 6. & 7. horam vespertinam Dresdæ.

Obierunt:

I. IVLIVS Dux Brunsuicens. & Luneburg. fundator Academiæ Iuliæ Helmestatensis, die 3. Maij St. V. inter horam 6. & 7. vespertinam, an. ætat. 60. m. 10. d. 8. gubernationis 21.

5559 II. CATHARINA MEDICÆA, Laur. Med. filia, Henrici III. Galliæ Regis mater, quæ hactenus cõsilijs suis regnum rexerat, & Guisianas partes fouerat ac confirmarat, die 5. Ianuarij, St. N. non sine suspicione veneni (vt quidam volunt) obijt. 1589

III. ADOLPHVS Comes Morsensis & Nuenarius vir bellicosissimus, die 3. Octob. pulueris tormentarij flammis extinctus, Arnhemij.

IIII. IACOBVS Zabarella Illustris Comes Patauinus & Philosophus excellẽtissimus, cuius eruditissima scripta (quibus Logicæ & Physiologiæ studia illustrauit) in doctorum manibus versantur, die 25. Octobr. St. N. Patauij

V. ANDREAS Dudithius ab Horehovvizagenere, virtute, eruditione, diuersissimarũ linguarũ cognitione, & maximarum rerũ vsu vir verè illustris, trium Imppp. Auggg. Cõsiliarius & Orator, summis honorib. tum sacris tùm profanis, & legationib. amplissimis apud exteros Reges & Principes prçclarè pfunctus, die 23 Feb. St. N. æt. 56. m. 7. Vratislauiæ.

VI. IOHANNES Sturmius communis literarũ parens, & studiorum eloquentię ac politioris doctrinæ instaurator clarissimus, & Argentinensis Academiæ Rector, 3. die Martij, St. V. an. æt. 81. m. 5. d. 2. cum Argentinæ docuisset annos 51. eiq; aliquot ante mortem annis in studij eloquẽtiæ professione Melchior Iunius Witebergensis, vir doctissimus & humanissimus, successisset.

VII. IACOBVS Segurius Pardelianus, Legatus Henrici Regis Nauarræi, d. 11. Iunij, in Gallia.

VIII. MARTINVS Cromerus Varmiensis in Borussia, Episcopus, & Polonicæ historiæ Scriptor, die 13. Martij.

IX. LVDOLPHVS Schraderus Patritius Brunsuicensis & Eques, I C. Germaniæ celeberrimus, S. Cæs. Maiest. & plurimorum Principum Consiliarius, C. S. E. Brunsuigæ.

X. HEN-

X. Henricvs Mollerus, Theologus doctissimus & grauissimus, & olim Academiæ Witebergensis Professor, C.S.E die 26. Nou. æt. 59. Hamburgi. 1589

XI. Georgivs Sohnius Hassus, Theologus Heidelbergensis, pietate & iudicij dexteritate eximius, C.S E. ætat. 38. d 23. Aprilis.

XII. Pavlvs Fabricius Mathematicus Cæsareus, & Acad. Viennensis Professor, d. 19. Aprilis, St. N. in prædio suo Laachano prope Viennam.

XIII. Philippvs Apianus, Mathematicus, Tubingæ 15. Nouemb.

XIV. David Voitus Theologus, & Ecclesiæ Witebergensis Pastor, ætat. 60. Witebergæ.

XV. Tilemannvs Stella Sigensis, Astronomus & Geometer celeberrimus, 18. Feb. St. V. æt. 64.

XVI. Christophorvs Plantinus Turonensis, ciuis Antuerpianus & Architypographus Regius, cuius industria & studio, infinita opera tam vetera quàm noua, magno rei literariæ bono in publicum prodierunt, Calendis Iulij, St. N. ætat. 75. Antuerpiæ.

XVII. Moses Pflacher Theologus, C.S.E. Campoduni, 14 Augusti

5560 *Sub anni huius exordium nouum & atrox inter MOSCOS & SVECOS bellū exardescere cœpit. Moscus dum Naruam Liuoniæ obsedit, Kexholmam, Coporiam & Iuanogrodum siue Naruam Rußicam à Suecis ante nouennium occupatas, partim deditione, partim vi & armis mense Februario recuperauit.* 1590

Breda vrbs Brabantiæ munitissima, à Mavricio Principe Auraico, Wilhelmi filio, insigni stratagemate militari (abscondito nimirum in naue quadam, cespites arefactos, quibus lignorū loco iis in locis vti solent, in arcem vehente, certo militum numero) circa noctis concubium sine cæde & sanguine feliciter, die 4. Martij, St. N. occupata est. Chron. Belg.

Hen-

5560 HENRICVS IIII. Galliæ & Nauarræ Rex insignem victoriam de CAROLO Duce Maynio & confœderatis in prælio ad Druidum vrbẽ prope pagum Iurij, die 14. Martij. St. N. reportauit, in quo PHILIPPVS Lamorali filius, Comes Egmondanus, Belgicorum auxiliorum, à Rege Hispaniæ subsidio confœderatis missorum, dux cæsus, equites profligati & dissipati, & Heluetij ac cęteræ pedestres copiæ omnes in Regis potestatem traditis vexillis & armis venerunt. Hac victoria parta Nauarræus exercitum ad vrbem LVTETIAM sub finem Aprilis deduxit: quam cum totos quinque menses vsque ad initium Septembr. vndique obsessam grauiter adflixisset: & cõmeatus importatione interclusa, ad famem extremam (ita vt tredecim millia hominum trimestri spacio fame necati interierint) adegisset: tandem obsidionem soluere cogitur, ALEXANDRO Farnesio Duce Parmensi cum selectis Hispanorum, Italorum & Belgarum militibus veteranis circiter 15000. ab Hispaniarũ Rege in Galliam misso. 1590

Terræ motus ingens & horribilis Viennã Austriæ, & multa Morauiæ ac Bohemiæ loca grauiter cõcussit, d. 15. Sep. St. N.

MAVRITIVS Princeps Auraicus, Hollandiæ & Seelandiæ gubernator, Duce Parmensi cum exercitu suo in Gallia belligerante, collectis copijs, omnes penè arces & propugnacula ad Mosam & Rhenum extructa, mense Octobri facili negotio recuperauit.

FRANCISCVS LADIGERIVS regius in Delphinatu contra Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem præfectus, GRATIANOPOLIM vrbem ope Lavalleti collegæ sui sub finem mensis Nouembris deditione captam occupauit: VIENNAM ad Rhodanum Galliæ Regi adiunxit, & Berray oppidum obsidione Sabaudi liberauit.

...usæ Treuirorum, in Sueuia, Saxonia, Dania, Marchia & mul-

& multis alijs in locis magnus hoc ipso anno Magorum & Sagarum numerus tam plebeij quàm superioris ordinis & sortis hominum igne exustus est. 1590

ANNA, Iacobi VI. Scotiæ Regis coniunx, in magno Procerum conuentu Regina Scotiæ coronatur Lethæ 17. Maij, St. V. & biduo post Edinburgū ingressa, summo omniū Ordinū applausu excipitur.

HENRICVS IVLIVS Dux Brunsuicensis cum ELISABETHA Christiani IIII. Daniæ Regis sorore nuptias celebrat Croneburgi ipso die Paschatis, St. V.

CAROLVS, *Caroli filius posthumus, Archidux Austriæ, Episcopus Vratislauiensis, nascitur die 7. Augusti, St. N. hora 3. m. 45. post meridiem.*

Obierunt:

I. SIXTVS V. Pontifex Romanus, die 27. Augusti, St. N. postquam sedisset an. 5. mens. 4. d. 3. & vixisset an. 70.

II. VRBANVS VII. in Sixti V. locum 15. Septembr. electus, obijt die 27. Septemb. St. N. Pontificatus sui die 13. anno ætat. 70. (alij 72.) cui die 5. Decembr. St. N. substituitur NICOLAVS Sfondrata, Cardinalis Cremonensis, ætat. 55. qui GREGORIVS XIIII. appellari voluit.

III. CAROLVS Archidux Austriæ, Ferdinandi Imperatoris filius, Maximiliani II. Imperatoris frater, 10. Iulij, St. N. æt. 50. Huic successit FERDINANDVS filius natu maximus, ætat. 14.

IIII. IACOBVS Marchio Badensis, Caroli filius, cum à Iohanne Pistorio Apostata seductus Proselytus Pontificiorum factus esset, Ministris Euangelij è territorio Hochburgensi submotis, sacrificos vocasset, ventris profluuio exstinctus, obijt 7. Augusti, St. N. an. ætat. 28.

V. PHILIPPVS, Adolphi filius, Dux Holsatiæ, die 18. Octobr. St. V. ætatis 21.

VI. ELISABETHA Saxonica, Augusti Electoris filia

5560 filia, Iohannis Casimiri Comitis Palatini Vxor, 2. April. St. V. Heidelbergæ. 1590

VII. HEDVVIGIS Wirtembergica, Ludouici Hassiæ Landgrauij coniunx, die 4. Martij, post hor. 2. matut. ætat. 43. Marpurgi.

VIII. IACOBVS Cuiacius Tholosanus, Iureconsultorum Coryphæus, C.S.E. 3. Octobr. St. N. Biturigibus Auaricum.

IX. BARNABAS Brissonius IC. magni nominis, excellentis ingenij, solidæque eruditionis laude (quam scripta ipsius edita testantur) clarissimus, Consiliarius regius & Præses Senatus Parisiensis, tempore obsidionis LVTETIANÆ per furores plebis, aut quorundam potius, qui in plebis fece vltimi Lutetiam Regi suo rebellantem tum regebant, indignissimè strangulatus in carcere, ac postea publicè suspensus est. Vrbe verò tandem Anno 1594. HENRICO IIII. Nauarrogalliæ Regi reddita: Senatui vehementer facinus hocce displicuit: adeo, vt eodem patibulo, eadem hora, carnifex ipse, apparitor & à confessionibus Presbyter, quod Brissonio è viuis tollendo operam suam locassent, suspensi iussu Senatus fuerint.

X. FRANCISCVS Hotomannus, magna & excellenti Iuris peritia & variis scriptis, solidaque eruditione celeberrimus, C.S.E, 12. Febr. St. V. ætat. 65. m. 6. d. 20. Basileæ.

XI. NICOLAVS à Nostitz, Eques Lusatius, S. Cæs. Maiest. in Camera Regni Bohemiæ Consiliarius, eruditæ doctrinæ, virtutis, pietatis ac prudētiæ laude domi forisq; celebris, die 24. Maij, Pragæ.

XII. CAROLVS Dancæus, Regum Galliæ legatus apud Christianum III. & Fridericum II. Reges Daniæ.

XIII. ADRIANVS Albinus IC. Iohannis Georgii Elect. Brand. Cōsiliarius intimus, & Nouæ Marchiæ Cancellarius, die 4. Iul. St. V. æt. 77. Custrini.

XIV. AN-

5560 XIV. ANDREAS Paul, IC. duorum potentissimorum Saxoniæ Ducum, Augusti & Christiani Electorum &c. Consiliarius intimus, die 4. Maij, St. V. æt. 47. Cassellis in Hassia, quam cum Christiano Electore Saxoniæ Domino suo ingressus erat. 1590

XV. HIERONYMUS Zanchius Italus, sacrarum literarum, Argentinæ, in Acad. Heidelbergensi, & in Schola Neapolitana Nemetum Professor, multis in re Theologica scriptis libris optimè de Ecclesia Christiana meritus, die 19. Nouembr. St. V. mane hora 6. ætat. 75. Heidelbergæ.

XVI. FORTUNATUS Crellius, Philosophus Heidelbergēsis, C.S.E. Calend. Nou. St. V. Heidelbergæ.

XVII. IACOBUS Theodorus Tabernæmontanus, Medicus excellentiss. C.S.E. mense Septembri Heidelbergæ.

XVIII. GEORGIUS Tilenus, I. V.D. & Poëta eximius, Caroli Ducis Olsnensis & Monsterbergensis Consiliarius, nocte sequente diem 4. Martij, St. N. Vratislauiæ.

XIX. HIERONYMUS Mencelius Suidnicensis Silesius, placidissimi ingenij Theologus, C.S.E. 15 Febr. St. V. Islebiæ, an. ætat. 73. completo, postquam Ecclesias, Comitatus Mansfeldensis annos 30. piè & fideliter gubernasset.

XX. IOHANNES Auenarius Theologus, C.S.E. 5. Decembr. St. V. Citij ad Elistrum.

XXI. IACOBUS Andreæ Schmidelinus, Theologus, ob operā in conscribendo libro Cōcordiæ præstitā vbiq; notissimus, die 7. Feb. St. V. h. 9. ante merid. æt. 61. d. 13. ministerij 43. Tubingæ. Crus. in An. Sue.

XXII. NICODEMUS Frischlinus Balingensis Wirtenbergicus, Philosophus, Medicus & Poëta Cæsareus, dum ex captiuitate arcis Hohen Auracensis in Ducatu Wirtēbergico effugere conatur, rupto funiculo in aliā atq; aliā Petram subiectam præcipitās, partib corporis miserabiliter cōfractis, inter-

5560 interiit, die 24. Nouembr. St. V. nocte ante diem S. Andreæ proxima, ætat. 44. M. Crusius. 1590

5561 COMITIA *regni Poloniæ mense Ianuario habita sunt VVarsauiæ : in quibus istiusmodi transactione Polonis, intercessione Legati Reginæ Angliæ, cum Turcis & Tataris pax restituta est, & fœdera antiqua confirmata : vt Poloni damna, quæ Cosacci Nisouij in amplissimis inter Boristhenis & Tyræ ostia campis vagantes, excursionibus, rapinis & cædibus iisdem intulerant, præstarent, & pristinam aureorum Vngaricorum pellium Zabellinarum & Ouinarum pensionem exsoluerent.* 1591

GENEVENSES Ducibus Sancæo & Guitrio cum exercitu Ducis Sabaudiæ mense Martio feliciter bellum gesserunt, & aliquot arces recuperarunt.

In LIVONIA extrema ad Reualiam & Naruam bellũ infelix inter Moscos & Suecos continuatur.

Lues pestifera Reualiæ & in aliis Liuoniæ locis acerrimè grassatur, & multa hominum millia absumit.

IOHANNES Rex Sueciæ nouo collecto exercitu bellum aduersus MOSCOS instaurat, & cum TATARIS belli societatem init, qui meridianâ Moscouiæ orâ passim vastatâ, ferè vsque ad ipsam vrbem Moscouiam penetrarunt, & pugnam acerrimam aliquot dies durantem cum Moscis commiserunt. Cuius exitus hic fuit: vt duobus Tatarorum Principibus captis, reliquus exercitus omnis dissiparetur.

MAVRITIVS Princeps Auraicus, prouinciarum in Belgico vnitarũ Dux supremus, ZVTPHANIAM fortitudine & stratagemate memorabili, hoste fortiter etiam resistente, occupauit die 29. Maij, St. N & DAVENTRIAM 10. Iunij, St. N. recuperauit: ac paulò post non tantùm in Frisia quoq; ciuitates & municiones quasdam Ordinib. subegit: sed etiam septem turmas equitum Italorum Duci Parmensi (qui Knodsenburgum è regione Neo-magi

magi à se obsessum strenuè oppugnabat) seruientium, exigua sclopetariorum & equitum manu circumuētas, die 24. Iulij St. N. cæcidit & profligauit: atque ita Knodsenburgum obsidione liberauit. 1591

OCTAVIANVS Comes Mansfeldius, Petri Ernesti filius, in ipsa obsidione globo sclopeti ab erumpentib. Comitis Solmensis militibus, traiectus occubuit: inter captiuos verò, quorum ducenti numerabantur, Petrus Franciscus Nizellius, Parmensis præfectus, Alphonsus Daualus Marchio Guasti, Diomedes Carafa, & Decius Manfredus Comes &c. reperti fuerunt. Chron. Belg.

Fames hoc anno maxima Lutetiam Parisiorum, Italiam & præcipuè Romam Vrbem grauiter adflixit.

Rex Nauarræus Vrbem CARNVTVM 6. April. & NOVIODVNVM in Picardia 8. August. St. V. occupauit.

CHRISTIANVS *Princeps Anhaltinus florentissimum exercitum* 8000. *equitum, &* 15000. *peditum Germanorum, in Palatinatu, Saxonia, Thuringia, Misnia & ditionibus Brandeburgicis collectum, duxit in Gallias: ad ferendam* HENRICO IIII. *Galliæ & Nauarræ Regi contra Hispanum & reliquos confœderatos opem (quam ille annos iam aliquot apud Germaniæ Principes per Legatos suos anxiè implorauerat) qui duobus infra Moguntiam miliaribus, sub initium Augusti Rhenum trayciens, & inde per Lotharingiam, nemine admodum resistente, ad Galliæ fines penetrans* 13. *Septembris St. V. demum à Rege, qui Sedanum ad Mosam vsque processerat, excipitur, & copijs eiusdem coniungitur.*

Circa idem tempus MAVRITIVS *Princeps Auraicus in VVasiam Flandriæ prouinciam, impreßione facta,* HVLSTVM *oppidum probè munitum, die 24. Septemb. St. N. deditione occupauit: & collocatis in eo præsidijs firmißimis, reliquas copias ad* NEOMAGVM *Geldriæ metropolim reduxit, illamque paucißimorum*

 die

1561 *dierum interuallo Ordinum auspicijs ad deditionem compulit 21. Octobr. St. N. & Martini Schenckij membra dissecta colligi, templo primario inferri, atque in sepulchro Ducum Geldriæ solenni pompa condi curauit. Vrbis huius gubernator à Mauritio Principe Auraico PHILIPPVS Comes Nassouius, Iohannis filius, constitutus est.* Chron. Belg. 1591

HENRICVS Rex Nauarræ Germanos, Anglos & Gallos coniungens, ROTOMAGVM Normandiæ Metropolim arctissima obsidione, die 30. Septembr. cingere cœpit: quam tamen septem mensium interuallo frustra obsessam, anno sequenti rursus deseruit.

CAROLI EMANVELIS Sabaudiæ Ducis exercitus circiter decem millium recens collectus, LADIGERII & LAVALLETI regiorum in Prouincia ac Delphinatu Præfectorum virtute ac felicitate, duobus à Gratianopoli miliaribus mense Septembri fusus, fugatus, & præda amplissima capta est.

ABAS Mirises Rex Persarum VSBEGVM Chamum Tataricum & Baheræ vel Bactræ Dominum hoc ipso anno repreßit: & cæso cum exercitu filio ipsius, per quem bellum toto iam quadriennio contra Persas gesserat, CHORASANEM Prouinciam, proximis his sibi per vim ereptam annis, recuperauit. Leonclau. in historia Muselmana.

LVDOVICVS Hassiæ Landgrauius, coniugem secundam duxit MARIAM Comitissam Mansfeldicam, die 5. Iulij, Marpurgi.

FRIDERICVS WILHELMVS Dux Saxoniæ, Administrator Electoratus Sax. nuptias secundas celebrauit, cum ANNA MARIA, Philippi Ludouici Comitis Palatini ad Rhenum, Neoburgici, filia, die 29. Augusti, St. V.

Nati sunt:

I. GEORGIVS ALBERTVS, Iohannis Georgij Electoris

5561 *ris filius, Marchio Brandeburg. die 20. Nouembr. St. V. h. 6 matutina, Coloniæ ad Sueuum.* 1591

II. FRIDERICVS VDALRICVS, *Henrici Iulij filius, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis.*

III. IOHANNES CHRISTIANVS, *Ioachimi Friderici filius, Dux Lignicensis & Bregensis, die 28. Augusti (St. N.) hora 8. minut. 30. post meridiem, Bregæ.*

Obierunt:

I. GREGORIVS XIIII. Pontifex Rom. 15. Octobr. St. N. Pontificatus sui, m. 10. d. 10. cui successit INNOCENTIVS IX. qui cum & ipse sedisset menses 2. obijt 29. Decembr. ætat. 71. m. 4.

II. CHRISTIANVS Elector Saxoniæ, Princeps pius, sapiens & heroicus, die 25. Septembr. St. V. circa horam 7. matutinam, Dresdæ, an. ætat. 31. gubernationis an. 6.

III. HENRICVS WENCESLAVS, Caroli filius, Dux Silesiæ Olsnensis & Monsterbergensis, præclaræ indolis & virtutis Princeps, in ipso ætatis vere, die 10. Octob. St. N. ætat. 16. d. 16. Romæ.

IIII. IOHANNES Orientalis Frisiæ Comes, Embdæ, 29. Septemb.

V. FRANCISCVS Lanouius (vel de la Noue) Eques Gallus nobilissimus, à strenuitate, fortitudine ac bellandi peritia (quod res ipsius in Belgico & Gallia gestæ testantur) laudatissimus, & Regis Galliarum Consiliarius sapientissimus, ad oppidum Lauallium in Britannia Armorica siue inferiore, sclopeti globulo per frontem transuerberatus, occubuit.

VI. FABIANVS à Schönaich, Eques auratus Silesius, & Sacri Romani Imperij in rebus bellicis Consiliarius, bellica virtute ac laude celebris, 23. Septembr. St. N. an. ætat. 83. Bethaniæ ad Oderam.

VII. ANTONIVS Sadeel, Baro Chandæus, Theologus, C. S. E. febri hectica extinctus, die 23. Febr. St. V. circa meridiem, ætat. 57. postquam in mune-

5561 re Ecclesiastico tam docendo quàm scribendo 1591
consumpsisset an.36. Geneuæ.

VIII. ADOLPHVS Metkerchus Brugensis, Eques, & Flandriæ Concilij præses, Ordinumque Belgici Legatus, omnium virtutum & scientiarum genere vir clarissimus, 6. Octobr. St. V. ætat. 63. m. 6.

IX. DANIEL Rogerius Anglus, vir magni nominis, & Sereniss. Reginæ Angliæ Orator ac Legatus, 9. Febr. St. V. ætat. 50.

X. WOLFGANGVS Hallerus, Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani II. Imppp. nec non Friderici III. Ludouici & Ioannis Casimiri Comitum Palatinorum Rheni Consiliarius, die 2. Septembr. St. V. Ambergæ.

XI. HVGO Donellus Gallus, IC. clarissimus, & Academiæ Altorfianæ Professor, C. S. E. die 4. Maij, St. V. an. ætat. 68. Altorfij.

XII. ESROMVS Rudingerus Papebergensis, excellens Philosophus & Theologus, & quondam in Academia Witebergensi Professor, C. S. E. 2. Decembr. St. V. ætat. 68. Norimbergæ.

XIII. IOANNES Pincierus Wetteranus, Theologus scriptis ἰυχαριςικοῖς clarus, die 21. Ian. St. V. ætat. 70. Francobergæ.

XIIII. M. IOHANNES Posselius, Græcæ linguæ & Sapientiæ in Acad. Rostochiana Professor, C. S. E. die 15. Augusti, St. V. Rostochij.

XV. SIMON Pauli, Theologus Rostochiensis, C. S. E. circa mensem Augustum, Rostochij.

XVI. IACOBVS Händel Carniolanus, Musicus suauissimus, die 4. Iulij, St. N. ætat. 41. Pragæ.

5562 *HIPPOLYTVS Aldobrandinus Patricius Florentinus, Pontifex Romanus renunciatur, assumpto Clementis VIII. nomine, 30. Ian. St. N.* 1592

ANNA Caroli Archiducis Austriæ filia, die 26. Maij, St. N.

5562 St.N. Cracouiam ingressa, pompa ac solennitate 1592
regali à Rege excipitur. Inde die 31. Maij, SIGISMVNDVS III. Sueciæ & Poloniæ Rex eandem matrimonio sibi copulat, nuptiis solenniter Cracouiæ celebratis.

IOHANNE Comite à Manderscheidt Episcopo Argentinensi defuncto, IOHANNES GEORGIVS, Ioachimi Friderici Administratoris Primatus & Archiepiscop. Magdeburg. filius, à Canonicis religionem reformatam amplectentibus, & ab ipsa vrbe Episcopus Argentinensis eligitur 20.Maij, St. V. Verum Canonici religionis Pontificiæ alium 30. Maij designant Episcopum, nempe CAROLVM, Caroli Ducis Lotharingici filium, Cardinalem & Episcopum Metensem: vnde bellum exoritur.

BELLI INTER RVDOLPHVM II. ROM. ET AMVratem Turc. Impp. initium.

TVRCÆ mense Iunio ex BOSNA magnis copijs progressi, VVIHITZIVM situs amœnitate, soli fertilitate & incolarum opulentia celeberrimum Croatiæ oppidum, vnà cum arce munitissima, ex insperato aliquandiu obsessum & oppugnatum, die 19. Iunij, St. N. deditione occuparunt, & trucidatis duob. hominum millibus, cæteris in captiuitatem ipsa morte tristiorẽ deductis, vniuersum loci illius territorium sibi subiecerunt. Hæc inopinata Turcarum Bosnensium in Croatiam impressio, initium fuit ruptarum & violatarum induciarum, quarum prorogatio Anno 1584. inter vtrumque Imperatorem Romanum & Turcicum ad an. 8. instituta fuerat, & caussa, cur funestissimum bellum exarserit, & sequentibus annis à Christianis omni virium contentione contra Turcas gestum & continuatum fuerit.

MAVRITIVS Comes Nassouius, STEINVVIGAM oppidum in finibus Transisulanæ & Frisiæ muni

munitissimum, aliquandiu grauissimè oppugnatum, & tandem cuniculis suffossum ac fame domitū, die 4. Iulij, St.N. occupauit: Die verò 12. Septembr. St.N. COVERDAM oppidum Drentiæ regionis caput, ad arcendam vim externā ita munitum, vt nulla ratione capi posse videretur, expugnauit, & potestati Ordinum restituit. 1592

REFORMATIO seu visitatio Academiarum WITEBERGENSIS & LIPSENSIS, Ecclesiarumque in Saxonia & Misnia, certis articulis, de Persona Christi, de Baptismo, de Cœna Domini, & de Prædestinatione, mense Iulio, mandato FRIDERICI WILHELMI Ducis & Administratoris Electoratus Saxoniæ instituta, & prior status religionis mutatus est.

Die 20. Decembr. St.N. visæ sunt hora 7. vespertina paraselinæ circa Lunam naturalem, varij coloris radios in orbem de se spargentes, vnà cum alba cruce per paraselinas extensa.

CAROLVS Dux Sueciæ & Finlandiæ coniugem secundam duxit CHRISTINAM Holsatiæ Ducissam, de 27. Augusti, nuptiis Nicopiæ in Suecia celebratis.

HENRICVS Vice Comes Turainius, Mommorentij vltimi regni Galliæ Conestabilis sororis filius, Galliæ Marescalcus, matrimonio sibi iunxit CAROLAM Ducissam Bullioneam, Roberti Wilhelmi Ducis Bullionæi sororem Esdainæ, Iamesij ac reliqui Ducatus à fratrum interitu hæredem vnicam Sedani in Gallia.

Nati sunt:

I. SIGISMVNDVS, Iohannis Georgij Electoris Brandeburgici filius, Marchio Brandeburg. die 20. Nouembr. St.V. hora 3. matut. Coloniæ ad Sueuum.

II. HENRICVS VVENCESLAVS, Caroli filius, Dux Silesiæ Olſ. & Monsterberg. die 7. Octobr. paulò ante h. 2. pomeridianam, St.N.

Obie-

5562 Obierunt: 1592

I. IOHANNES III. Rex Sueciæ, Gostaui filius, Sigismundi Sueciæ & Poloniæ Regis pater, præclaris de Moscorum Duce partis victoriis, & prouinciis Carelia, Ingria, Wolzouia & Esthonia Liuoniæ regno adiectis clarus, 17. Nouembr. St. V. ætatis 55.

II. IOHANNES CASIMIRVS Comes Palatinus Rheni & Electoralis Palatinatus Tutor & Administrator, Dux sapiens, magnanimus & bellicosus, die 6. Ianuarij, St. V. an. ætat. 49. Heidelbergæ.

III. GVILIELMVS Hassiæ Landgrauius, Princeps sapientiæ, iustitiæ, eruditionis & inprimis studiorum Mathematicorum laude clarissimus, die 25. Augusti, St. V. cum vixisset an. 60. m. 2. d. 1. h. ferè 13. gubernationis suæ salutaris & pacificæ an. 25. completo, Cassellis.

IIII. GVILIELMVS Dux Cleuensis & Iuliacensis, die 6. Ianuarij, St. N. cum amplissimas suas ad vtramque Rheni ripam prouincias gubernasset an. 53. & vixisset annos 75. Dusseldorpij, relicto filio vnico Iohanne Wilhelmo & aliquot filiabus.

V. ERNESTVS LVDOVICVS, Philippi filius, Dux Pomeraniæ, 17. Iunij, St. V. an. ætat. 47.

VI. IOHANNES GEORGIVS, GEORGII filius, Dux Silesiæ Lignicensis & Bregensis, 6. Iulij, St. N. an. ætat. 40.

VII. GEORGIVS IOHANNES, Ruperti filius, Princeps Palatinus Rheni Veldentianus, mense Februario.

VIII. GVILIELMVS, Ernesti filius, Dux Brunsuicens. & Luneburgensis, 20. Aug. St. V. ætat. 57. Cellæ Saxonum.

IX. CHRISTOPHORVS, Alberti filius, Dux Megapolitanus, 4. Martij, St. V. ætat. 56.

X. IOHANNES, Iohannis Alberti filius, Dux Megapolitanus, 22. Martij, St. V. ætat. 34.

XI. STANISLAVS Comes à Gorka, Palatinus

1592 Posnaniensis, Regni Poloniæ Senator grauissimus, literarum ac literatorũ (literatus ipse) Mecœnas egregius, ex Comitijs Warsauiensibus discedens, in Blonia oppido 4. mill. Warsauia distante, 29. Octobr. St. N. 1592

XII. ALEXANDER Farnesius, Parmæ & Placentiæ Dux, postquam à morte D. Iohannis Austriaci, belli Belgici molem annis 14. sustinuisset: & res magnas in Gallia, Brabantia, Flandria, Frisia, Geldria, & in Archiepiscopatu Coloniensi gessisset: & iam tertiam in Galliam ad reprimendos Regis Nauarræi conatus expeditionem suscepturus esset, 2. Decembr. St. N. hora 1. post meridiem, ætat. circa 46. Atrebati in Cœnobio Vedastino.

XIII. ELISABETHA, Caroli IX. Regis Galliæ vidua, Maximil. II. Imp. filia, Rudolphi II. Imp. soror, die 22. Ianuarij, St N. Viennæ Austriæ.

XIIII. WILHELMVS Vrsinus Rosebergius, Princeps & generis claritate, & sapientia celebris, S. Cæs. Maiest. Consiliarius intimus, regni Bohemiæ columen & supremus Burggrauius, die 31. Augusti, St. N. Pragæ.

XV. IOHANNES Comes à Manderscheidt, Episcopus Argentinensis, die 22. April. St. V. anno Episcopatus 23. m. 3 Tabernæ Alsatiæ.

XVII. CVNRADVS Comes Solmensis Braunfelsius. 27. Decemb. æt. 52.

XVII. AVGERIVS Gislenius Busbequius, Belga, D. FERDINANDI Rom. Imp. ad SOLYMANNVM Turc. Imp. Legatus & Orator ordinarius, à prædonib. in ipso limine patriæ hoc anno occisus est.

XVIII. CHRISTOPHORVS Ehemius IC. Friderici III. & Ioh. Casimiri Elect. Palat. ad Rhenum Cancellarius, die 1. Iunij, St. V. ætat. 64. Heidelbergæ.

XIX. IOHANNES RVDOLPHVS Stumpfius, Tigurinæ Ecclesiæ Episcopus, ætat. 61.

XX. NI-

5562 XX. Nicolavs Selneccervs, Theologus Lipsensis, cuius plurima de rebus Theologicis extant scripta, 24. Maij, St. V. ætat. 60. Lipsiæ. 1592

XXI. Matthias Bergius Brunsuicensis, vir doctiss. die 22. Aug. St. V. Altorfii.

XXII. Samvel Heilandus, Ethicus, Tubingæ æt. 58. postridie Pentecostes.

5563 *Bellum inter IOANNEM GEORGIVM Marchionem Brandeburgicum, & Carolum Cardinalem Lotharingũ, discordib. Canonicorum Argentinensium suffragiis electos Episcopos, in 9. vsque mensem gestum, à Commissariis Imperatoris Rom. die 17. Febr. St. V. tandem sedatum, & arma vtrimque deposita sunt.* 1593

Tvrcæ ad Sissekivm in Croatia, vincuntur à Cæsareanis, die 22. Iunij, St. N. Sissekium Turcis eripitur quidem, sed paulò post in eorum potestatem redit.

Palmam Ciuitatem & arcem munitissimam in Foro Iulij, tribus minus miliarib. ab Aquileia distantem, Veneti hoc anno condere cœperunt.

Mense Iunio, lues pestifera in Anglia grassari cœpit: & mẽsib. sequentib. in multam vsque hiemem durauit: adeoque vehementer grassata est: vt multa hominũ millia sustulerit.

Mavritivs Princeps Auraicus, cum sub finem mensis Martij Gertrvdebergam vrbem in Brabantiæ & Hollandiæ finibus, & natura loci, & cæteris rebus omnibus ad sustinendam obsidionem necessariis, firmiter munitam, obsidere cœpisset: tandem 25. Iunij, St. N. vi & fame ad deditionem coactam occupauit.

Henricvs Borbonius IIII. Galliæ & Nauarræ Rex, cum per annos 23. Catholicos acerrimè persecutus fuisset: & plurima aduersus eosdem bella gessisset: religionem reformatam, quam hactenus coluerat, deseruit, & Pontificiæ sese iterum adiunxit, audito Missæ sacrificio in Vrbe Sandionysiana, 25. Iulij, St. N.

5563 *Die 3. Augusti, St.N. Cometa apparuit, caudam oblongam à Septentrione meridiem versus conuertens: qui postquam aliquot Septimanarum spacio se conspiciendum præbuisset, rursum euanuit.* 1593

NARVA Liuoniæ vrbs celebris & emporium nobile, pulueris sulfurei in armamentario succensi flammis mense Augusto miserè deformatum est: muri, valla & munitiones ruptæ ac disturbatę, ædificia euersa, & vltra 70. homines interfecti.

SIGISMVNDVS III. Sueciæ & Poloniæ Rex ad capiendam vnà cum Regina vxore regni Sueciæ coronam, sub finem Augusti Cracouiâ discedens, in Sueciam iter suscepit.

SINANES Bassa Vezires, ducto ex Thracia milite, sub finem Septembr. Vngariam ferro & igne depopulare cœpit. VESPRIMIVM, cui Ferdinandus de Samaria & Georgius Andreas Baro ab Hoffkirchen præerant, arctissimè obsessum, die 6. Octobr. St.N. expugnauit: & PALOTTAM circa 10. Octobr. deditione cepit, captis præfectis, reliquis præsidiariis omnibus contra fidem datam crudeliter trucidatis.

TVRCÆ ad Albam Regalem cæsi, die 3. Nouembr. St.N.

CHRISTOPHORVS à Teuffenbach, Baro Mayrhofiæ, ZABATICAM, FILECKVM, DEVINVM, SECZIENVM, HAYNIACZKVM, BLAVENSTEINAM, HOLLOKVM, SAMOZKVM, DREGELLAM, PALANKAM, BESEKVM, BVIAKVM & LEVVAM, arces, diuersis annorum superiorum interuallis, Turcarum imperio subiectas, & vltra 30. annos ab iisdem retentas, trium hebdomadarum spacio, vnâ hac expeditione recuperauit: & DEO bene aspirante, multa Christianorum millia ex seruitutis tristissimæ, & tyrannidis immanissimæ iugo, multis hostium interfectis, & octingentis pagis tributariis subactis,

5563 actis, liberauit, & præda insigni ac opima potitus est. 1593

Die natali Christi, tempestas procellosa iuxta Texellam Seelandiæ Insulam exorta, ex ducentis Hollandicis & Hanseaticis nauibus frumento onustis, & in Hispaniam ac Italiam soluturis, vltra 40. naues grandiores, malis & antennis vi ventorum confractis, rudentibus ruptis, & clauis disiectis, vnà cum nautarum ingenti numero euersas & fluctibus coopertas submersit.

FRIDERICO IIII. Electori & Comiti Palatino ad Rhenum, LVDOVICA IVLIANA, Wilhelmi Auraici Principis filia, ex Carola Mompenseria suscepta, sub finem mensis Maij, à Philippo Marnixio Aldegundio Dillenbergam in matrimonium adducta est: nuptiis ibidem, die 12. Iunij, St. V. (quo ipso die ante annos 18. Carola Mompenseria, mater sponsæ, VVilhelmo Auraico patri nupserat) solenniter celebratis.

MAVRITIVS Hassiæ Landgrauius, VVilhelmi filius, HAGNEN, Iohannis Georgii Comitis Solmensis Labacensis filiam, matrimonio sibi iunxit, sacro nuptiali Cassellis peracto 12. Septemb. St. V. die verò 22. Septembr. quæ incidit in diem Mauritii, St. N.

IOANNES Dux Saxoniæ & Vinariæ, nuptias celebrauit cum MARGARETHA, Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filia, 8. Ianuarii, St. V. Altenburgi in Misnia.

CAROLVS FRIDERICVS, *Caroli filius, Dux Olsnensis & Monsterbergens. nascitur* 18. *Octob. St. N.*

Obierunt:

I. LVDOVICVS, Dux VVirtenbergicus, Christophori filius, Stutgardiæ, die 8. Augusti, St. V. ætat. 40. cum Ducatum VVirtenbergensem annos 25. gubernasset.

II. BARTHOLDVS à Mandeslo, Nobilis Electoris Brandeburgici Consiliarius, literarũ ac literatorũ Mecœ-

5563 Mecœnas ac fautor optimus, 9. Martij, St. V. Custrini. 1593

III. IOHANNES Leonclauius Amelburnus, nobilis Angriuarius Westphalus, Xenophontis & Zosimi Comitis, aliorumque Græcorum autorum Versione, & Annalium Turcicorum ac historiæ Musulmanę Turcarum elucubratione celebris, mense Iunio, Viennæ Austriæ.

IIII. IOHANNES Schröterus Medicus & Philosophus nobilis, & primarius in Acad. Ihenēsi Professor, die 31. Martij, St. V. ætat. circiter 80. Ihenæ ad Salam.

V. PAVLVS Lutherus, D. Martini Lutheri filius, Medicinæ Doctor, & Augusti Electoris Saxoniæ archiatrus, 8. Martij, St. V. Lipsiæ.

VI. MARTINVS Mirus Theologus, 24. Augusti, St. V. ætat. 61.

VII. IOHANNES Lauterbachius, Poëta nobilis & coronatus, qui per multos annos optimarum artium studia in Schola Hailbrunnensi feliciter rexit, 11. Octobr. St. V.

VIII. ORLANDVS de Lasso, Musicorum seculi nostri Princeps, die 13. Iunij, St. N. ætat. 73. Monaci in Bauaria.

5564 *ERNESTVS Archidux Austriæ, ad suscipiendam amplissimæ Prouinciæ Belgicæ gubernationem, sibi à PHILIPPO II. Hispaniarum Rege oblatam, die 30. Ianuarij, St. N. Bruxellas venit, ibique magna pompa ac solennitate exceptus est.* Chron. Belg. 1594

HENRICVS IIII. Galliæ & Nauarræ Rex, ætat. 41. in oppido CARNVTVM plenario ritu à suis coronatus est, die 27. Febr. St. N.

Eodem mense LVGDVNVM, Galliæ Narbonensis vrbs florentissima, obedientiæ & potestati Henrici IIII. Nauarrogalliæ Regis se subiecit: cui & AVRELIA, BITVRIGES, MELODVNVM, LAVDVNVM, AMBIANVM, CAMERA-

Digitized by Google

5564 MERACVM, Normandia tota & aliæ regiones subinde accesserunt. 1594

SIGISMVNDVS III. Rex Poloniæ, Suecorum Rex solenni pompa coronatur in regia vrbe Vpsalia, Cal. Martij, St.N. 19. Febr. St.V.

NOVIGRADVM in Vngaria superiori à MATTHIA Arhiduce Austriæ, 10. Martij, St.N. expugnatur, & Turcis dimissis occupatur.

HENRICVS Galliæ & Nauarræ Rex, LVTETIAM Parisiorum selectissimo comitatu ingressus, hostibus Hispanis, eorumque ducibus sese dedentibus, & liberè cum impedimentis suis dimissis, & pace ac tranquillitate inter ciues restituta, absque omni seditione & cæde, die 24. Martij, St. N. occupauit.

Eodem mense Martio BRESENZA, SECZINVM & SEGESTVM arces Vngariæ inferioris, non procul Canysia distantes à Comite Serinio & Francisco Nadastio expugnatæ & euersæ sunt.

COVERDÆ obsidio à Francisco Verdugone soluitur, Mauritio Nassouio aduentante, Mense Maio.

RVDOLPHVS II. Rom. Imperator Comitia celebraturus, Ratisbonam venit 18. Maij, St.N. vbi ad bellum contra TVRCAS persequendum ab Imperij Romani Ordinibus auxilia & sumtus decreti, & ERNESTO Arhiepiscopo & Electori Coloniensi, FRIDERICO IIII. Electori Palatino ad Rhenum, & quibusdam Pomeraniæ Ducibus, feuda, ceremonia & more vsitato ab Imp. Rom. collata sunt.

ERNESTVS Archidux Austriæ, prouinciarum Belgicarum Gubernator, missis ad Ordines Confœderatos Belgici, 6. Martij literis, illos relicto bello, ad pacem amplectendam & ad obedientiã Regi Hispaniarum præstandã hortatur. Verum Ordines misso 27. Maij responso prolixo, & rationib.

ac

5564 ac causis plurimis adductis, pacem omnem re-spuunt, seque patriæ & libertatis defendendæ gratia bellum contra Hispanos persecuturos confirmant. 1594

HOLLANDI nouum iter in Indiam Orientalem per Septentrionem quærunt, sed hac vice non inueniunt.

SIGISMVNDVS Bathoreus, Transyluaniæ Regulus, deficit à Turcis, & se Cæsari RVDOLPHO associat.

GRONINGA Frisiæ Occidentalis vrbs, die 22. Iulij, St.N. in Mauritij Comitis Nassouij; TATTA, IAVRINVM, PAPA, Vngariæ propugnacula, in Turcarum potestatem hoc ipso anno venerunt.

IOHANNES Chastelius Parisiensis, Collegij Claremontani Iesuitarum ibidem alumnus, natus annos 19. HENricum IIII. Galliæ & Nauarræ Regem interfecturus, dum cultro gulam Regis petit, aberrante ictu, per maxillam in illius dentes impegit, vnumque elisit, die 27. Decembr. St.N. inter horam 6. & 7. vespertinam. Sicarius ilicò comprehensus, voluntatem interficiendi Regis apertè confessus est: deque eo supplicium (iuxta sententiam à Senatu Curiæ supremæ Parisiensis latam) die 29. Decembr. St.N. sumptum, & IESVITÆ Claremontani, & cæteri in toto regno intra triduum ex Collegijs suis extre, & post quindecim dies toto Galliæ regno excedere iussi sunt.

IOHANNES SIGISMVNDVS Marchio Brandeburgicus, Ioachimi Friderici March. Brand. & Administr. Episcopatus Magdeb. filius, coniugem duxit ANNAM, Alberti Friderici Marchionis Brandeb. & Ducis Borussiæ filiam, nuptijs in magna Principum & procerum frequentia feliciter & tranquillè peractis, 20. Octobr. St.V. Regiomonti Borussorum.

Nati sunt:

I. HENRICVS FRIDERICVS, Iacobi VI. Scotorum

Digitized by Google

5564 rum Regis filius, ex Anna, Christiani IIII. Daniæ Regis sorore, primogenitus, & regni hæres, nomen ab vtroque auo in Baptismo sortitus, die 19. Februarij, St. N. 1594

II. OTHO, Mauritij Hassiæ Landgrauij filius primogenitus, ipsa natali Christi nocte h. I. Cassellis.

Obierunt:

I. CAROLA Ducissa Bullionæa, Esdainæ Domina, HENRICI Ducis Bullionæi & Vice Comitis Turainij vxor sine hæredibus, Sedani in Gallia.

II. IACOBVS Curtius à Senftenauu, S. Cæs. Maiest. Consiliarius intimus, & Romani Imperij Procancellarius, omnium studiorum, inprimis verò Mathematicorum amator, Mense Maio, cum se ad iter Comitiorum Ratisbonensium pararet.

III. MARTINVS Forbisserus, Eques Anglus, rei naualis peritia clarissimus, classis Anglicanæ contra Hispanos in Britanniam Armoricam emissæ Amiralius, in oppugnatione propugnaculi Brestensis fortiter pugnando cæsus occubuit.

IIII. GERARDVS Mercator Rupelmondanus Flander, Guilielmi patris, & Iohannis Guilielmi filii, Iuliacensium & Cliuensium Ducum, Cosmographus exercitatissimus, Mathematicorum sui temporis facile princeps, qui globis artificiosis, radio dimensis, cœlum ac terram interius & exterius, qua licuit demonstrauit, & editione Chronologiæ vtilissimam rei literariæ operam præstitit, die 2. Decembr. horis 11. ante meridiem, ætat 82. m. 8. h. 5. Duisburgi Cliuorum.

V. LAVRENTIVS Ludouicus Leobergensis Silesius, vir clariss. & doctissimus, die Veneris post Pascha, 15. April. St. N. hora 4. post meridiem, ætat. 57. m. 7. d. 28. quo ipso die ante an. 34. Philippus Melanchthon Præceptor ipsius obierat: postquã augustam Gorlicensium Scholam magna cum dexteritatis, fidei & felicitatis laude docuisset & guber-

5564 accausis plurimis adductis, pacem omnem respuunt, seque patriæ & libertatis defendendæ gratia bellum contra Hispanos persecuturos confirmant. 1594

HOLLANDI nouum iter in Indiam Orientalem per Septentrionem quærunt, sed hac vice non inueniunt.

SIGISMVNDVS Bathoreus, Transyluaniæ Regulus, deficit à Turcis, & se Cæsari RVDOLPHO associat.

GRONINGA Frisiæ Occidentalis vrbs, die 22. Iulij, St.N. in Mauritij Comitis Nassouij; TATTA, IAVRINVM, PAPA, Vngariæ propugnacula, in Turcarum potestatem hoc ipso anno venerunt.

IOHANNES Chastelius Parisiensis, Collegij Claremontani Iesuitarum ibidem alumnus, natus annos 19. HENricum IIII. Galliæ & Nauarræ Regem interfecturus, dum cultro gulam Regis petit, aberrante ictu, per maxillam in illius dentes impegit, vnumque elisit, die 27. Decembr. St.N. inter horam 6. & 7. vespertinam. Sicarius ilicò comprehensus, voluntatem interficiendi Regis apertè confessus est: deque eo supplicium (iuxta sententiam à Senatu Curiæ supremæ Parisiensis latam) die 29. Decembr. St.N. sumptum, & IESVITÆ Claremontani, & cæteri in toto regno intra triduum ex Collegijs suis exire, & post quindecim dies toto Galliæ regno excedere iussi sunt.

IOHANNES SIGISMVNDVS Marchio Brandeburgicus, Ioachimi Friderici March. Brand. & Administr. Episcopatus Magdeb. filius, coniugem duxit ANNAM, Alberti Friderici Marchionis Brandeb. & Ducis Borussiæ filiam, nuptijs in magna Principum & procerum frequentia feliciter & tranquillè peractis, 20. Octobr. St.V. Regiomonti Borussorum.

Nati sunt:

I. HENRICVS FRIDERICVS, Iacobi VI. Scotorum

rum

5564 rum Regis filius, ex Anna, Christiani IIII. Daniæ Regis sorore, primogenitus, & regni hæres, nomen ab vtroque auo in Baptismo sortitus, die 19. Februarij, St. N. 1594

II. OTHO, Mauritij Hassiæ Landgrauij filius primogenitus, ipsa natali Christi nocte h. 1. Cassellis.

Obierunt:

I. CAROLA Ducissa Bullionæa, Esdainæ Domina, HENRICI Ducis Bullionæi & Vice Comitis Turainij vxor sine hæredibus, Sedani in Gallia.

II. IACOBVS Curtius à Senftenauu, S. Cæs. Maiest. Consiliarius intimus, & Romani Imperij Procancellarius, omnium studiorum, inprimis verò Mathematicorum amator, Mense Maio, cum se ad iter Comitiorum Ratisbonensium præpararet.

III. MARTINVS Forbisserus, Eques Anglus, rei naualis peritia clarissimus, classis Anglicanæ contra Hispanos in Britanniam Armoricam emissæ Amiralius, in oppugnatione propugnaculi Brestensis fortiter pugnando cæsus occubuit.

IIII. GERARDVS Mercator Rupelmondanus Flander, Guilielmi patris, & Iohannis Guilielmi filii, Iuliacensium & Cliuensium Ducum, Cosmographus exercitatissimus, Mathematicorum sui temporis facile princeps, qui globis artificiosis, radio dimensis, cœlum ac terram interius & exterius, qua licuit demonstrauit, & editione Chronologiæ vtilissimam rei literariæ operam præstitit, die 2. Decembr. horis 11. ante meridiem, ætat 82. m. 8. h. 5. Duisburgi Cliuorum.

V. LAVRENTIVS Ludouicus Leobergensis Silesius, vir clariss. & doctissimus, die Veneris post Pascha, 15. April. St. N. hora 4. post meridiem, ætat. 57. m. 7. d. 28. quo ipso die ante an. 34. Philippus Melanchthon Præceptor ipsius obierat: postquã augustam Gorlicensium Scholam magna cum dexteritatis, fidei & felicitatis laude docuisset & guber-

5564 gubernasset an. 30. Ex huius viri ludo tanquam ex equo Troiano (quod idem Ludouicus de Trozendorfio, Præceptore quondam suo, frequenter referre solebat) plurimi prodierunt viri docti: quorum opera & consilio fideli ac felici, Ecclesiæ, Aulæ Principum, Respublica & Scholæ multæ hodie feliciter vtuntur. 1594

VI. IOHANNES Borcholten IC. clariss. & in Acad. Iulia Antecessor, C. S. E. mense Nouembri, ætat. 57. Helmestadii. Huic successit VALENTINVS Forsterus IC. præstantissimus.

VII. CHRISTOPHORVS Cornerus, Theologiæ Doctor & Professor in Acad. Francofurtana, & generalis Marchiæ totius Superintendens, C. S. E. Francofurti ad Oderam, 17. April. St. V. ætat. 76. postquam in Academiis docuisset an. 54. Successit ei in munere CHRISTOPHORVS Pelargus Suidnicensis Silesius.

5565 *Circa huius initium AARON Moldauiæ, & MICHAEL Valachiæ Transalpinæ Reguli, SIGISMVNDI Bathorei Principis Transyluaniæ (qui & ipse paulò ante à Turcis defecerat) suasu & conatu, à partibus & societate Turcarum recesserunt, & Turcis, Iudæis ac Græcis omnibus in ditione sua degentibus, promiscuè cæsis & fœdere literis vtrimque missis icto, Transyluanorum protectioni se submiserunt, & iisdem coniuncti, Turcis bellum inferre cœperunt.* 1595

Mense Ianuario pax perpetua inter duo amplissima regna, SVECORVM & MOSCORVM, post triginta fermè annorum bella, breuibus induciis subinde interpolata, singulari Dei beneficio, per Legatos SIGISMVNDI Regis Sueciæ & Poloniæ, THEODORI Magni Ducis Moscouiæ, & RVDOLPHI II. Imp. Rom. sancita est.

In Gallia HENRICVS IIII. Nauarrogalliæ Rex bellum aduersus HISPANOS terra mariq; apertum denũtiari, & in finib. omnium prouinciarũ ad tubæ sonitũ exclamari

5565 *ri iussit exeunte Ianuario. Idem edictum nomine PHILIPPI II. Regis Hispaniarum contra GALLOS Bruxellis sub initium mensis Martii promulgatum est.* 1595

CRACOVIÆ, die 6. Febr. St. N. incoata sunt Comitia regni Poloniæ, in quibus Imperatoris Romani, Ordinum Vngariæ, Principis Transsyluaniæ, & Michaëlis Valachiæ Transalpinæ Principis Legati in solenni Procerum & Senatorum regni consessu à Sigismundo Rege Poloniæ copias auxiliares contra Turcas petierunt. Verum nihil in his Comitiis certi constitutum: quin potius ea, quæ implicata hæsêre, ad nouas deliberationes reiecta sunt.

RVDOLPHVS II. Imp. Rom. cum SIGISMVNDO Bathoreo Christophori filio, Transsyluaniæ Principe, & adiunctis ipsi MOLDAVIS & VALACHIS, societatem & fœdus aduersus Turcas certis conditionibus iniit hoc ipso mense Februario.

CAROLVS Comes Mansfeldiæ, Petri Ernesti filius, Pragæ ab Imp. Rom. consuetis ceremoniis Equitis Aurati dignitate, & titulo Principis Rom. Imperii, die 28. Aprilis, St. N. insignitus, & Vicarius Archiducis MATTHIÆ (supremi exercitus Cæsarei aduersus Turcas Imperatoris) creatus est.

AARON Moldauiæ Princeps & Vaiuoda, ob proditionis suspicionem, literis interceptis aliisq; indiciis confirmatã, iussu Sigismundi Transsyluaniæ Principis captus, & Albã Iuliam, die 24. Maij, adductus, eique STEPHANVS Rosuuanus Transsyluanus in Moldauiæ dominatu substitutus est.

FERDINANDVS Comes ab Hardeck Iaurinensium Præfectus, ob arcem illam SINANI Bassæ Veziri, neglecta & violata iurisiurandi religione, deditam, manu dextra ferro prius amputata, capite truncatur Viennæ Austriæ, vna cum Nicolao Berlinio Lotharingo, ædili & excu-

1595 biarum Iaurinensium præfecto, 15. Iunij, St. N. 1595

Hanum & Castilletum, Picardiæ oppida non ignobilia, PETRVS Comes Fontanus Hispanus mense Iunio expugnauit & occupauit.

CAROLVS Princeps & Comes Mansfeldiæ, exercitus Cæsarei præfectus, STRIGONIVM arcem Vngariæ ad Danubium munitissimam exercitu viginti millibus militum instructo, ipsis Calendis Iulij, St. N. obsidere cœpit.

BABOTZCA 5. Sigetho miliaribus distans, à Cæsareanis militibus capta & expugnata est, 30. Iulij, St. N.

GALLI Dorlentio in confinibus Picardiæ ab Hispanis obsesso succurrere cupientes, ab Hispanis Duce PETRO Comite Fontano 24. Iulij St. N. prælio victi & superati sunt: in quo ipse VILLERIVS Rotomag. præfectus, Galliæ Amiralius, vnà cum aliis quibusdam proceribus, plurimisque nobilibus cæsus occubuit. Vnde oppidum ipsum arte & naturâ loci munitissimum vnà cum arce, die 31. Iulij, St. N vi expugnatum, incolis & præsidiariis Gallis vltra 1500. Tribunis, Centurionibus, aliisque militum præfectis 40. ibidem partim cæsis partim vulneratis & captis, in Hispanorum potestatem peruenit.

MAHVMETES Græciæ Beglerbegus, SINANIS Veziris Bassæ filius, ad Strigonium à Carolo Mansfeldio profligatur.

Vere & æstate anni huius in Hollandia, Geldria, tractu Rhenano, Austria, Bohemia, Saxonia, Misnia, Lusatia, Silesia, aliisque Germaniæ locis, stupenda & insolita extitit aquarum inundatio: quæ non tantum vicos pagosque plurimos destruxit: verum etiam homines & magnam pecorum multitudinem absorpsit & suffocauit.

Amplissima THEODORI Magni Moscorum & Russorum Ducis Legatio, die 16. Augusti, St. N. Pragam aduenit: & die 30. eiusdem mensis à RVDOLPHO II. Imperat. primum audita est, eidemq;

5565 demq; loco auxilii contra Turcas preciosissimum thesaurum obtulit, & fœdus ac perpetuam amicitiam Principis sui nomine expetiuit. 1595

FRANCISCVS Dracus & IOHANNES Haukius, Equites Anglici, sub initium Augusti in AMERICAM siue INDIAM OCCIDENTALEM, nauigant, HAVANAM, amplissimum CVBÆ Insulę, auri & cupri fodinis abũdantis, Emporium, expugnaturi. Sed vtroq; Duce dysenteriâ exstincto, nihil memorabile gestum est.

In VALACHIA Transalpina, die 23. Augusti St. N. SINANEM Bassam Vezirem profligant Transsyluani.

HENRICVS IIII. Nauarrogalliæ Rex absolutionem à fulmine excommunicationis, an. 1593. per Ludouicum Gonzagam Niuerniæ Ducem petitam, tandem missis Romam legatis suis, à CLEMENTE VIII. Pontifice Romano, die 17. Septemb. St. N. obtinuit, & in gremium Romanæ Ecclesiæ receptus est. Ad cuius rei memoriam postmodum anno 1596. 3. Maij Romæ Columna marmorea ad ædem S. Antonii erecta est.

STRIGONIVM deditione occupatur à Matthia Archiduce Austriæ Calend. Sept. St. N.

PHILIPPVS & ERNESTVS CASIMIRVS, Iohannis filii, Comitis Nassouii fratres, & ERNESTVS Comes Solmensis, in Sylua Dinslacensi, non procul à Lippa fluuio ab Hispanis die 2. Sept. St. N. oppressi, cum animosè confligendo hostium suorum multitudini exigua equitum manu fortiter restitissent, tandem cæsi & capti sunt. Inter quos PHILIPPVS Nassouius equitum ductor & præfectus generalis, Neomagensium gubernator, & ERNESTVS Solmensis, Comites, lethaliter vulnerati, paulò post Rhinobergæ obierunt. ERNESTVS verò Philippi frater, λύτρῳ persoluto, ad suos dimissus est.

VIZZEGRADVM (*Germanicè Plindenburg*)

5565 supra Budam arx (quæ olim theca Coronæ regni Vngariæ habita est) in altissima rupe sita, & fossâ 12. pedum saxis incisâ, cincta, probéque munita, à copiis Cæsareanis, die 21. Septembr. St. N. expugnata: & PETRINIA quoque castellum Croatiæ ad fluu. Colapim non ignobile, vnà cum HRASTOVIZIA die 24. mensis eiusdem St. N. in Christianorum potestatem concessit. 1595

CAMERACVM Vrbs in finibus Picardiæ Hannoniam versus celeberrima, post grauissimam duorum mensium obsidionem, vnà cum castello situ & opere inexpugnabili, à Balygnio præfecto Gallico, postquam annos 14. eam tenuisset, PETRO Comiti Fontano Hispano, die 9. Octob. deditum, & præsidiarij Galli & ac Heluetij cum armis, vexillis & impedimentis suis, incolumes dimissi sunt.

MOLDAVIA à POLONIS occupatur.

MAXIMILIANVS Archidux Austriæ, Castellum S. Nicolai, Saruuascham, Bekescham, Erdeckum & Czongradum, arces infra Solnockum versus Gyulam sitas, occupat.

VALACHIA Transalpina à Transsyluano recuperatur.

GENOA superioris Vngariæ propugnaculum, non procul à Gyula, à Transsyluanis & Varadiensium copiis, die 23. Octobr. St. N. deditione captum. Vnde & paulò post VilagoZuar, Panckota, Feltot, VVarsocZ, BecZkerek, Siry, Lagk, Eperyes, Arad, Solymos & Totuuaradya arces in eorundem potestatem peruenerunt.

STEPHANVS Rosuuanus Moldauiæ Vaiuoda, dum regionis istius dominatum, quo non multò ante à Polonis expulsus fuerat, recuperare conatur, à HIEREMIA Mogila Moldauorum Principe & Cosaccis, mense Decembri, multitudine superatus, cum suis copiis cæsus, ipse verò captus & viuus palo adfixus est.

CHRISTIANVS Princeps Anhaltinus coniugem duxit illustrem & generosam Comitissam ANNAM, Arnoldi Comitis Benthemii & Tecklebur-

5565 leburgici filiam, nuptiis 3. Iulij, St. V. Lorbaci in Electorali Palatinatu celebratis. 1595

IOHANNES GEORGIVS Princeps Anhaltinus matrimonium iniuit, cum Iohannis Casimiri Comitis Palatini ad Rhenum relicta filia vnica DOROTHEA, sacro nuptiali in Electorali aula Heidelbergensi feliciter peracto, 31. Aug. St. V.

SIGISMVNDVS Transsyluaniæ & Valachiæ Princeps, cum MARIA CHRISTINA (alii Christierna) Caroli Archiducis Austriæ filia, die 5. mensis Martii, St. N. sibi Grætii in Stiria præsente Legato suo Stephano Botsckay legitimè desponsata, nuptias celebrauit in Metropoli Transsyluaniæ Alba Iulia, die 6. Augusti, St. N.

HENRICVS Dux Bullionæus, & Vice Comes Turainius, nuptias secundas cum ELISABETHA Flandrica, Wilhelmi Principis Auraici filia, ex Carola Mompenseria progenita, circa hiemem, Sedani in Gallia celebrauit.

MAXIMILIANVS, Guilielmi filius, Dux Bauariæ, nuptias celebrauit in Lotharingia cum ELISABETHA, Caroli Ducis Lotharingici filia, mense Februario.

PHILIPPVS Comes ab Hohenlohe, Baro in Langenberg, postquam per annos 23. Ordinibus Belgici confœderatis militârat, & variâ sæpenumerò cum hostibus fortunâ decertârat, MARIAM Wilhelmi Nassouiæ Principis Auraici filiam, ex Anna Egmondana natam, vxorem duxit, nuptiis die 7. Febr. in arce Burena celebratis.

GEORGIVS EBERHARDVS Comes Solmensis, Ordinum Belgici Halstensis in Wasia Flandriæ prouincia gubernator, coniugio sibi iunxit SABINAM Comitissam Egmondanam, Lamorali Comitis Egmondani relictam filiam, ex Sabina Palatina prognatam, nuptiis Delphis in Hollandia mense Martio solenniter peractis.

5565 Nati sunt: 1595

I. *VLADISLAVS, Sigismundi III. Succorum & Polon. Regis filius, 9. Iulij, St. N. Cracouiæ.*

II. *GEORGIVS RVDOLPHVS, Ioachimi Friderici filius, Dux Silesiæ Lignicensis & Bregensis, die 22. Ianuarij, St. N. vesperi hora 7. Bregæ.*

III. *GEORGIVS VVILHELMVS, Iohannis Sigismundi Marchionis Brandeb. filius 3 Nouemb. St. V. intra horam 3. & 4. pomeridianam, Coloniæ ad Sueuum.*

Obierunt:

I. AMVRATHES III. Turcarum Rex decimus quartus & SEXTVS Imp. Orientis, paroxysmis Epilepticis (vel vt alii volunt nephritide) extinctus 18. Ianuarij, St. N. ætat. 47. regni 21. à morte Amuratis II. 144. aui sui Solymanni, 29. Huic successit MAHVMETES III. filius natu maximus, æt. 31. qui regni auspicia pro more gentis 18. fratrum cæde consecrauit, & iugulatos cum patre sepeliuit.

II. FERDINANDVS Archidux Austriæ Senior, Ferdinandi Imp. filius, Maximil. II. & Caroli frater, 24. Ianuarii, St. N. æt 66 Oeniponte.

III. ERNESTVS Archidux Austriæ, Rudolphi II. Imp. Rom. frater, Princeps benignus, clemens & pacificus, gubernator prouinciarum Belgicarum recens ab Hispaniæ Rege constitutus, noctu die 20. Februar. St. N. ætat. 42. Bruxellis. Huic vsque ad ALBERTI Archiducis Austriæ aduentum successit PETRVS de Gusman Comes Fontanus Hispanus.

IIII. IOHANNES FRIDERICVS II. Dux Saxoniæ captiuus, die 9. Martii, inter h. 7. & 8. vespertinam, Stiræ oppido Austriæ, ætat. 66. m. 5. ea ipsa die in cœlestem patriam ab exilio ex captiuitate in æternam libertatem euocatus, qua in eam ante annos 28. integros fuerat ex patria & libertate abductus.

V. BAR-

5565 V. BARBARA, filia Ioachimi II. Elector. Brandeburgici, Ioh. Georgii Electoris soror, Georgij Ducis Lignicensis & Bregensis vidua, die 2. Ianuarij, æt. 68. 1595

VI. ELISABETHA MAGDALENA, Ioachimi II. Elect. Brand. filia, Ioh. Georgii Elect. Brandeburg. soror, Francisci Ottonis Ducis Luneburgensis vidua, die 22. August. St. V. hora 12. meridiana, ætat. 56. m. 9. d. 14. viduitatis anno 36. Coloniæ ad Sueuum.

VII. CAROLVS Princeps & Comes Mansfeldius, prudentiæ, fortitudinis & peritiæ militaris laude celebris, Regis Hispaniæ in Belgico Thalassiarchus, & exercitus Cæsarei contra Turcas Dux & Imperator, in ipso rerum in Vngaria exigui temporis spatio præclarè gestarum limine dysenteria extinctus Comaræ, die 14. Aug. St. N. intra 8. & 9. horam vespertinas, ætat. 52. Fuit enim natus anno 1543. quo ipso STRIGONIVM, consilio ipsius & ductu hoc anno recuperatum, à Turcis expugnatum & occupatum fuerat.

VIII. ANTONIVS Lusitanus, Ludouici filius, Emanuelis Portugalliæ Regis nepos, mense Septembri, æt. 65. Lutetiæ Parisiorū. Reliquit duos filios, Carolum Emanuelem & Christophorum.

IX. IVLIVS Comes Salmæ & Neoburgi ad Oenū, MAXIMIL. II. & RVDOLPHO II. Impp. Augg. ab Imperialis aulæ consiliis, heros inclytus & generosus, qui Martem cum Musis feliciter iunxit, die 12. Iul. St. N. æt. 63 Gœdingæ.

X. IOHANNES SEPTIMIVS, L. Baro de Lichtenstain & Nicolspurg, heros optimis & literis & linguis excultus, quiq; difficillimis multorum annorum peregrinationibus magnam Europæ Asiæque partem peragrauit, belli & pacis artibus inclytus, die 10. Nouembr. St. N. ætat. 37. Viennæ Austriæ.

5565 XI. DITERICVS Baro à Zerotin, Dn. in Hermanstadt & Czernikouitz, Sacræ Cæs. Maiest. à Consiliis, & Lusatiæ superioris Præses, Calendis Ianuariis intra h. 11. & 12. pomerid. Budissinæ. 1595

XII. LEVINVS Torrentius Episcopus Antuerpianus, vir in omnibus linguis & artibus longè doctissimus, die 26. Aprilis, St. N. Bruxellis.

XIII. GVILIELMVS Witackerus Anglus, cum docuisset Theologiam τῷ λόγῳ καὶ τῷ τρόπῳ, Cantabrigiæ, 4. Decemb. ætat. 47.

XIIII. REINERVS Reineccius Steinhemius, Professor historiarum in inclyta Acad. Iulia celeberrimus, C. S. E. die 14. April. St. V. hora 4. matut. Helmestadii.

XV. HENRICVS Pantaleon Basiliensis, Medicus, Philosophus & Historicus, postquam in Acad. Basiliensi docuisset an. 40. die 3. Martii, St. V. ætat. 72. m. 8. d. 22.

XVI. MARTINVS Schillingus, Patritius Vratislauiensis, Vir optimus & doctissimus, die 12. Iunij, St. N. Vratislauiæ.

XVII. M. MAVRITIVS Hellingus, Superintendens & Pastor Ecclesiæ Norimbergensis, ætat. 74. Norimbergæ.

XVIII. MICHAEL Neander Sorauiensis Silesius, Vir doctiss. & Scholæ Ilfeldensis ad annos 45. Rector felicissimus, C. S. E. die 26. Aprilis, St. V. ær. 70. Ilfeldæ.

XIX. IACOBVS RVNGIVS Theologus Pomeraniæ, 11. Ian. æt 76.

5566 *Sub finem mensis Ianuarij, ACHMETES Bassa Temesuariensis, cum suo comitatu à Transsyluanis cæsus, occubuit.* 1596

Principes ANHALTINI, HANOVICVS item & ISENBVRGICVS Comites, Ecclesias ditionum suarum à reliquiis fermenti Papistici repurgant, idola destruunt: & ritus Ecclesiasticos Palatinis Ecclesiis conformant. AL-

5566 ALBERTVS, Archidux Austriæ, & Vice Rex Portugalliæ, gubernator prouinciarum Belgicarum à PHILIPPO II. Rege Hispaniarum constitutus, vnà cum PHILIPPO WILHELMO, Wilhelmi filio, Principe Auraico & Comite Burano, Bruxellas, die 11. Febr. St.N. intra horam 3. & 4. ingressus, & magnificè exceptus est. 1596

MASSILIA Vrbs in finibus Prouinciæ maritima, splendida & populosa, quæ hactenus Regi Hispaniarum paruerat, ab HENRICO Guisio Duce Ianuillæo, Henrici filio, die 27. Febr. St.N. deditione capta, & expulsis Hispanis obedientiæ HENRICI Nauarrogalliæ Regis subiecta est.

CLISSA arx Dalmatiæ, & situ & opere munitissima, à Zenganis & Croatinis militibus (quos Vskochos vocant) stratagemate militari Turcis erepta, & occupata est, die 7. April. St.N. quam postea, die 31. Maij, St.N. Turcæ cæsis Zenganorum & Croatorum copiis, proditione cuiusdam Dalmatæ recuperarunt.

ALBERTVS Archidux Austriæ & Belgici gubernator, CALETVM vrbem maritimam & portum celeberrimum in Gallia Belgica die 17. Aprilis occupat.

FERA Vrbs Galliæ in Veromanduis fortissima, 7. mensium obsidione pressa, tandem die 16. Maij, St. N. ab HENRICO Nauarrogalliæ Rege ad deditionem certis conditionibus coacta, ciuibus vita donata & præsidiarij Hispani dimissi sunt, die 22. Maij, St. N.

ARDA oppidum situ & opere munitissimum, & Caleto vicinum, ab ALBERTO Archiduce Austriæ deditione, die 23. Maij, occupatum est.

Classis ELISABETHÆ Reginæ Angliæ, ROBERTO Essexiæ Comite & CAROLO Houuardo supremo Amiralio ducibus, die 28. Iunij, St. N. CALETVM Andalusiæ expugnat, diripit, incendit.

5566 VACIAM arcem infra Nou gradum non procul à ripis Danubij, copiæ Cæsareanæ, Turcis expulsis, vnà cum arce, die 22. Iulij, St. N. expugnarunt & occuparunt. 1596

HVLSTVM oppidum in Flandriæ prouincia Wasia fossis & propugnaculis egregiè firmatum, post grauem & cruentam aliquot septimanarum oppugnationem, & plurimorum præfectorum ac militum ab vtraque parte internecionem, ALBERTVS Archidux Austriæ Belgici gubernator, die 18. Augusti, St. N. deditione cepit.

CHRISTIANVS IIII. Rex Daniæ, Friderici II. filius, in magna Principum & procerum frequentia, die 29. Aug. St. V. solenni pompa Hafniæ inauguratus, & regni corona insignitus est.

AGRIA arx & propugnaculum Vngariæ superioris fortissimum, & Episcopali sede nobilitatum, MAHVMETI III. Turcarum Imperatori die 12. Octobr. St. N. deditum est.

Die 26. Oct. St. N. MAXIMILIANVS Austriacus cum MAHVMETE III. ad Agriam dimicauit, & penè victor victus est.

Hoc ipso anno tertium completur Cyclus magnus annorum 532. videlicet à nato Christo. Sicuti enim à condito mundo, ad natum Mosen decurrerunt anni 1596. ita vicissim à nato Christo ad hunc annum decurrerunt anni 1596.

IOHANNES ADOLPHVS Dux Holsatiæ, & Archiepiscopus Bremensis coniugem duxit AVGVSTAM, Friderici II. filiam, Christiani IIII. Regis Daniæ sororem, die 30. Augusti, St. V. Hafniæ in arce regia.

PHILIPPVS LVDOVICVS, Hanouiæ Comes, matrimonio sibi iunxit CATHARINAM Belgicam, Wilhelmi Principis Auraici, & Comitis Nassouij filiam, nuptiis mense Octobri Dillenbergæ celebratis.

Nati

5566 Nati sunt. 1596

I. *FRIDERICVS V. Friderici IIII. Electoris Palatini ad Rhenum filius primogenitus, die 16. Augusti, St. V. hora 8. vespertina, Ambergæ.*

II. *IOHANNES CASIMIRVS, Iohannis Georgij filius, Princeps Anhaltinus, die 7. Decembris, St. V. Dessauiæ.*

Obierunt:

I. ANNA IAGELLONIA, Sigismundi I. Regis Poloniæ filia, Sigismundi Augusti soror, Stephani Bathorei relicta vidua, Regina Poloniæ.

II. GEORGIVS Hassiæ Landgrauius, Philippi filius, Guilielmi & Ludouici Hassiæ Landgrauiorũ frater, die 6. Feb. St. V. intra h. 2. & 3. antelucanam, æt. 49. Darmstadij: relictis post se 4. filiis, Ludouico, Philippo, Friderico & Henrico: ex quib. Ludouicus primogenitus paternas ditiones gubernat.

III. FRIDERICVS IIII. Friderici III. filius, Dux Silesiæ Lignicensis & Bregensis, die 6. Aprilis, St. N. ætat. 44. nulla ex tribus Vxoribus mascula sobole relicta. Vnde Ducatus LIGNICENSIS ad IOACHIMVM FRIDERICVM Ducem Lignicensem & Bregensem defuncti patruelem, iure hæreditario deuolutus est.

IIII. VLRICVS Dux Megapolitanus, anno ætatis 63. mense Maio.

V. PHILIPPVS Dux Brunsuicensis in Grubenhagen, Philippi filius, vltimus inter sex fratres, sine liberis, die 3. Aprilis, St. V. decessit. Huius ditionem HENRICVS Iulius Dux Brunsuicensis singulari celeritate solus occupauit.

VI. ERNESTVS & AVGVSTVS, Iohannis filij, Duces Holsatiæ fratres, in prælio Agriensi à Turcis cæsi occubuerunt, Mense Octobri.

VII. BERNHARDVS. Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, copiarum equestrium è Saxonia superiori aduersus MAHVMETEM III. Tur-

5566 Turcarum Imp. ductor, ex pugna ad pagũ Kereſteſch prope Agriam, non ſine præclara bellicæ virtutis laude & decore, in patriam rediturus, febri ardenti extinctus Tirnauiæ Pannoniæ oppido, die 4. Dec. poſt horam 7. veſpertinam, St. N. ætat. 25. m. 2. d. 2. 1596

VIII. ANDREAS Ierinus Epiſcopus Vratiſlauienſis, Princeps pacificus, doctus & ſapiens, die 4. Nouembr. St. N. Vratiſlauiæ, Epiſcopatus ſui an. 11.

IX. ADAMVS de Noua domo, Sacræ Cæſ. Maieſt. Conſiliarius, & ſupremus regni Bohemiæ Burggrauius, die 24. St. N. Pragæ.

X. FRANCISCVS Dracus, Eques auratus, & Angliæ Amiralius, poſtquam conſilio, celeritate & armis res magnas mari geſſerat, in tertia expeditione maritima Americana, verſus Indiam Occidentalẽ ſuſcepta, Oceanico profluuio ventris correptus, obijt die 28. Ianuarij manè in portu maritimo, qui vocatur Porto bello, ætat circiter 46.

XI. IOHANNES PHILIPPVS Baro Altoſaxius, in ipſa merenda à fratris filio, Hulricho Georgio, huius patre ſpectante, nefariè impetitus & lethalibus vulneribus confectus octauo poſt die 12. Aprilis obijt. Hic Cainus an. 1601. eodem menſe Viennæ ob varias cædes ἀμετανοήτως iuſſu Cæſaris ita decollatus eſt, vt humerum vna cum capite vno ictu carnifex præſcinderet.

XII. CHRISTOPHORVS Dragonius, Nobilis Hiſpanus, arcis Antuerpianæ Præfectus, & veteranus militum Dux, bellis in Belgico geſtis clarus, die 4. Ianuarij, St. N. æt. 89. Antuerpiæ.

XIII. SEPTIMIVS Florens Chriſtianus Henrici IV. Nauarro-Galliæ Regis præceptor, ætatis 59.

XIV. LAMBERTVS Danæus Theologus Gallus, cuius plurima erudita extant ſcripta Theologica,

circa

5566 circa initium anni, Orthesij, oppido ad montes 1596
Pyræneos sito.

XV. Iacobvs Kimedoncius Belga, Theologus & Professor Acad. Heidelbergensis, peste extinctus die 26. Nouemb. St. V. Heidelbergæ.

XVI. Hieronymvs Panschmannus I.C.C.L. Aulæ Saxonicæ Septemviralis Senator, idemque in Iudicio supremæ Cameræ supra 13. an. integros adsessor, præclaro illo Quæstionum Iuridicarum opere posthumo, monimento ingenij sempiterno post se relicto, decessit an. ætat. 55.

XVII. Ianvs Douza, Iani filius, iuuenis summo ingenio, excellente doctrina, & amabili morum suauitate, fatis concessit Lugduni Batauorum die 21. Decembr. ætatis anno 24. cum domum rediisset ex peregrinatione cum præstantissimo Philippo Mornæo fil. & Petro Perillæo, per aliquot regna & regiones obita.

XVIII. Sigefridvs Saccus, S. Theolog. D. & Metropolitanæ Ecclesiæ Magdeburg, Pastor, cuius didactica quædam in Theologicis extant scripta, apoplexia extinctus, die 2. Septembr. hora 5. vespertina, St. V. ætat. 70. Magdeburgi.

XIX. Lambertvs Lvdolphvs Helmius Pythopæus Dauentriensis, Oratoriæ & Poëticæ facultatis in Acad. Heidelberg. per annos 33. Professor, die 29. Ianuarij, sub horam noctis 12. St. V. ætat. 60. Heidelbergæ.

XX. Fridericvs Sylburgius Hassus, vir eruditissimus, & de bonis literis bene meritus, febri ardenti correptus, die 16. Februarij, St. V. Heidelbergæ.

XXI. Petrvs Ximenius Lusitanus, vir in omni facultatum genere doctissimus, ætat. circiter 70. Coloniæ Agrippinæ.

XXII. Sinanes Bassa Vezires, natione Epirota, qui regnum Tunetanum Anno 1574. Hispanis, eripuit,

5566 eripuit, & hoc etiam postremo bello Turcico 1596
summus exercitus Turcarum contra Christianos Imperator fuit, apoplexia tactus (vt quidam referunt) Beligradi, ineunte Mense Maio, ætat. 84. In huius locum IBRAHIMES Bassa, Amuratis III. defuncti gener, à MAHVMETE III. Imp. Turc. suffectus, & paulò pòst, propter timaria, siue possessiones militares nimis licenter distributas, loco motus, eidemque MAHOMETES Bassa substitutus est.

XXIIII. LEONHARDVS Thurnheuser Astrologus in Germania celebris, Coloniæ, 8. Sept.

5567 *MAVRITIVS Princeps Auraicus, exercitus vnitarum Belgici prouinciarum summus Imperator, lectissimas quatuor veteranorum Germanorum & Hispanorum peditum legiones, & quinque equitum turmas, sub ductu Comitis Varrasii, Domini de Balanzon, die 24. Ianuarij, St. N. sub ipsum crepusculi tempus prope Turnhutum in Campinia ad Syluam Thyllensem oppressit, fugauit atque dissipauit: & cæsis cum Comite Varrasio, copiarum duce supremo, circiter bis mille militibus, ducentis (inter quos multi Tribuni militares & Centuriones reperti fuerunt) captis, vexillis peditum circiter 38. hostibus ereptis, victoriam cum præda non contemnenda consecutus est: ipsam q; arcem Turnhutanam die sequenti deditam occupauit.* 1597

SIGISMVNDVS Princeps Transsyluaniæ dignitatem ordinis aurei velleris sibi à RVDOLPHO II. Rom. Imp. beneficio PHILIPPI II. Regis Hispaniarum consuetis ceremoniis collatam, Pragæ die 6. Martij, St. N. accepit.

AMBIANVM metropolis Picardiæ non tam situs opportunitate, quàm propugnaculorum firmitate munitissima & amplissima, ab Hernantello Portocarera Hispano, Dorlenij gubernatore & Duce Aumalio, mirabili planè stratagemate militari, die 11. Martij, St. N. ex insperato occupata est.

TATTA

5567 TATTA & PAPA in Vngaria à Cæsareanis recuperantur. 1597

MAVRITIVS Princeps Auraicus Bergam ad Rhenum vel Rhenobergam, Mœrsiam, Alpenum, Grollam Bredefortum, Enschedam, Oldenselam, Oetmarsum, Goëram & Lingam Ordinum potestati subiicit.

AMBIANVM Picardiæ metropolis, HENRICO Nauarrogalliæ Regi die 25. Septembr. St. N. certis conditionibus dedita.

In Comitiis Imperij RATISBONÆ celebratis non nisi de bello Turcico continuando agitur.

Pestilentis luis contagia hoc anno in Palatinatu, Hassia, Thuringia & Saxonia inferiori Lubecæ, Hamburgi, Brunsuigæ, Magdeburgi, Erfordiæ, & passim alibi atrociter grassata sunt, multaque hominum millia è medio sustulerunt.

CHRISTIANVS IIII. Rex Daniæ, matrimonio sibi iũxit ANNAM CATHARINAM Marchionissam Brandeburgicam, Ioachimi Friderici Administratoris Archiepiscopatus Magdeburg. & March. Brandeb. filiam, nuptijs Haderslebiæ, die 27. Nouemb. celebratis.

CAROLVS EMANVEL Princeps Portugalliæ, Antonij Portugalliæ Regis filius, coniugem duxit ÆMYLIAM Nassouiam, Wilhelmi Principis Auraici filiam, ex Anna Saxonica prognatam, in Belgio.

Nati sunt:

I. IOHANNES, Iohannis Georgij Elect. Brandeb. filius, Marchio Brãdeburgicus, die 13. Iul St. V. Coloniæ ad Sueu.

II. IOHANNES PHILIPPVS Dux Saxoniæ, Friderici VVilhelmi Administratoris Electoratus Saxon. filius, die 25. Ianuarij, St. V. hora 6. matutina, Torgæ.

Obierunt:

I. ALPHONSVS Dux Ferrariæ, Marchio Estẽsis, die 26. Oct. St. N. Ferrarię sine liberis. Ducatũ Ferrariensẽ CÆSAR Estensis, defuncti Ducis frater patruelis, & ab

1567 VII. CAROLVS Barth. I.V.D. Iohannis Georgii Elect. Brandeb. Consiliarius, & Nouæ Marchiæ Cancellarius, die 6. Febr. St. V. noctis hora 2. æt. circa 50. Custrini. 1597

VIII. IOHANNES Posthius Germersheimensis Palatinus, Medicus & Poeta clariss. & in omni genere literaturæ vir excultissimus, quondam Episcopi VVirtzburgensis, sed proximis ante mortẽ annis Friderici IV. Elect. Palat. Archiater, C.S.E. Mosbaci 24. Iunii St. V. ætat. 60. sepultus Heidelbergæ in templo Petrino.

IX. CASPAR Cruciger, Theologus doctissimus, C.S.E. die 16. Aprilis, St. V. ætatis 72. Cassellis in Hassia.

X. IODOCVS Nahumius Süntzheimensis Palatinus, Theologus, quondam Scholæ Herbornensis professor, & Ecclesiæ ibidem Pastor, C.S.E. Hanouiæ.

XI. MARTINVS Kinnerus à Scherffenstain, Vir doctissimus, Musicus & Poeta egregiè præstans, qui de nulla re magis solitus fuit gloriari in vita sua, quam quod fuisset per annos multos & auditor, & familiaris Philippi Melanchthonis, die 24. Aprilis, St. N.

XII. Hoc anno mortui sunt in Italia ALDVS, Paulli F. Aldi Magni nepos, Manutius, sub finem mẽsis Octobris Romæ: & in Galliis PETRVS Pithæus: qui duo crediti sunt inter homines doctos priuatos possedisse Bibliothecas præstantissimas, & copia bonorum librorum, ac præsertim veterum scriptorum amplissimas.

XIII. SVFFRIDVS Petri Leouardensis Frisius I C. & historicus, C.S.E. hoc etiam anno obiisse scribitur Coloniæ Agripp. æt. circa 57. vel. 58.

XIV. HIERONYMVS Commelinus Gallus, Typographus eruditissimus, die 27. Nouemb. St. V. Heidelbergæ.

5568 AQVISGRANENSES à Rudolpho Imp. Rom. decreto publicè edito mense Iulio proscribuntur. 1598

PACE inter Hispanos & Gallos sancita & cõfirmata, HENRICVS Rex Galliæ, Caletum, Ardam, Dorlentium, Castilletum, Capellam, Monthulinum & Blauetum, Britanniæ Armoricæ arcem munitissimam, ab Hispanis, vigore transactionis recipit.

Cæsareani in Vngaria inferiori arces aliquot occupant, mense Augusto.

SIGETVM arx Vngariæ munitissima, fortitudine ac cæde Nicolai Comitis Serinii notissima, incendio die 6. Aug. St. N. circa meridiem diuersis in locis repente exorto, vna cum tribus oppidis tota fere conflagrat.

SIGISMVNDVS III. Rex Sueciæ & Poloniæ infelici successu in Sueciam nauigat.

HISPANI, Duce FRANCISCO de Mendoza, Admirante Arragoinæ, mense Semptembri, magnis copiis in Ducatum Iuliacensem irruperunt, ac inde in terram Cliuensem Comitatum Marchiæ, & Episcopatum Monasteriensem progressi, vltra & cis Rhenum plurima oppida & arces partim vi partim deditione, mensib. Octobri, Nouembri & Decembri occuparunt.

Mense huius anni Octobri Turcæ BVDAM contra Christianus, Christiani VARADINVM in finibus superioris Vngariæ propugnaculum, cõtra Turcas defenderunt.

ROMAE *tanta tamq; insolita die 23. Decemb. St. N. extitit fluuii Tyberis eluuio & inundatio: vt plerasq; ædes in ipsius Vrbis meditullio sitas ad medietatem vsq; eluerit; & fundamẽta illarũ ita cõuulserit: vt nulla fere Vrbis alias amplissimæ pars reperta fuerit: quã tignis ac tibicinib. suffulcire & sustẽtari nõ oportuerit: multis ædibus collapsis, reliquis casum & ruinã in horas minitantibus. In hac eluione, præter magnã pecorũ in cãpis hinc inde suffocatorũ*

5568 *multitudinem, mille & quingenti circiter homines perierunt. Damnum verò Vrbi illatum multis aureorum miriadibus æstimatur.* 1598

Terræmotus Thuringiam, Saxoniam & Misniam die 26. Decemb. St. N. grauiter concußit.

Albertvs Archidux Austriæ & Margarita Caroli Archiduis Austriæ filia, Philippi III. Regis Hispaniarum sponsa, die 13. Nouembr. St. N. Ferrariam ingressi, incredibili pompa ac solennitate nomine Clementis VIII. Pontificis Romani excepti sunt. Die 15. Nouem. nuptiale sacrū institutū: vbi post pactorum dotaliū in summo tēplo publicationem & prælectionem, præsentib. aliquot Principibus, multis Comitibus, Baronibus, Cardinalium collegio, magno Episcoporum numero, & exterorum quoq; quorundam Principum ac procerum legatis, ipse Pontifex Rom. prima Albertvm Archiducem Austriæ & Belgici gubernatorem nomine ac mandato Philippi III. Regis Hispaniæ cum Margarita noua Regina; Ducissam verò de Sessa, nomine ac mandato Isabellæ Claræ Evgeniæ Principis Hisp. Philippi Regis III. Hisp. sororis, cum Alberto Archiduco Austriæ, summa ceremoniarū festiuitate coniunxit & copulauit: pompa nuptiali tridui spatio plurimorum spectaculorum varietate splendidissimè & magnificentissimè peracta & celebrata.

Lvdovicvs, Georgii filius Hassiæ Landgrauius, nuptias cum Magdalena Marchionissa Brandeburgica, Ioh. Georgii Elect. Brand. relicta filia Darmstadii celebrauit.

Obierunt:

I. Philippvs II. Rex Hispaniæ & Indiarum, die 13 Septembr. St. N. paulò ante horam 6. matut. ætat. 71. in monasterio Escuriali, vulgò D. ui Laurentii. Huic successit Philippvs III. filius vnicus

1568 cus, Rex Hispaniæ, cui pater viuus adhuc regium 1598
diadema imponi curauerat.

II. ANNA Regina Poloniæ, Sigismundi III. Sueciæ & Poloniæ Regis coniunx, Caroli Archiducis Austriæ filia, die 10. Febr. St. N. VVarsauiæ.

III. THEODORVS Magnus Dux Moscouiæ & Russorum Imperator, sub initium Ianuarii ætat. 36. imperii an. 14. Cumque sobolem nullam reliquisset, de nouo Principe, cui regni gubernacula deferrentur, diu disceptatum, & tandem BORISIVS PHEDOROVVITZIVS GODVNOVV, cuius sororē germanā Theodorus Princeps defunctus in matrimonio habuerat, electus, & per Patriarcham regno inauguratus est.

IV. IOHAN. GEORGIVS Marchio & Elector Brandeburgicus, die 8. Ianuarii, St. V. inter 7. & 8. horas antemeridianas, extinctus catarrho suffocatiuo, ætat. 72. m. 4. Coloniæ ad Sueuum. Huic in Electoratu successit filius IOACHIMVS FRIDERICVS Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis.

V. RICHARDVS, Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Simmerensis, die 13. Ianuarii, St. V. noctu inter horam 12. & 1. ætat. 76. absq; liberis obiit. Vnde Ducatum SIMMERENSEM FRIDERICVS IV. Elector Palat. Rheni iure hæreditario consecutus est.

VI. HENRICVS, Ernesti filius, Dux Brunsuic. & Luneburg. Tannenbergæ ad Albim aulæ sedem habens, die 17. Ianuar. St. V. Tannenbergæ.

VII. PHILIPPVS Dux Bauariæ, Comes Palatinus Rheni, Cardinalis & Episcopus Ratisbonensis, mense Maio.

VIII. NEYDHARDVS Episcopus Bambergensis, die 13. Decembr. St. N. Herbipolis.

IX. VVLRICVS à Dhaun, Comes in Falckenstein & Oberstain, crudeliter ab Hispanis interfectus,

1568 ac mortuus crematus est, die 10. Octobris. 1598

X. CHRISTOPHORVS à Teuffenbach, Baro Mayrhofiæ Austriacus, militiæ per Hungariam superiorem dux & præfectus, occupato inprimis Fillecko, victoriaque pugnæ Hatuanensis celebris, mense Octobri, Prægæ.

XI. PHILIPPVS Marnixius, Dominus S. Aldegundæ, Leudæ, 15. Decemb.

XII. BENEDICTVS ARIAS Montanus Hispalensis, Vir magnus & doctissimus, in patria sua, die 6. Iulii St. N. ætat. anno 70. Autor Editionis Bibliorum quadrilinguium Antuerpiensium.

XIII. ABRAHAMVS Ortelius Antuerpianus, Cosmographus excellentissimus, Antuerpiæ die 29. Iunii, St. N. æt. 71. cũ sæpe in morbo suo vocẽ istã vsurpasset: *Nihil se in hac vita relinquere, quo non possit & velit carere.* Vsus est annis vitæ suæ postremis loco Symboli aut Emblematis pictura orbis seu globi terrestis, cum addita inscriptione: *Contemno & orno: Mente, Manu.*

XIV. IOACHIMVS, Ioachimi filius, Camerarius, Medicus inclytæ Norimbergensiũ Reip. & aliquot Principum Archiater, Philosophus & Polyhistor doctissimus, cuius per omnem vitam fuit hoc studium summam; vt prodesset omnibus, noceret nemini, &c. die 12. Octob. æt. 64. Norimbergæ.

XV. IACOBVS Schollius, vtriusq; Medicinæ Doctor, verè πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, Illustrissimæ aulæ Rosenbergicæ Archiator, peste extinctus, die 3. Septemb. St. N. Cromauiæ.

XVI. NATHAN Chytræus, olim Professor Acad. Rostochianæ, postea Scholæ Bremensis Rector, C. S. E. die 27. Febr. æt. 55. Bremæ.

XVII. THOMAS Hubner⁹, Ioachim. Frid. Elect. Brãdeb. Consiliarius, Vir integerrim⁹; peste extinct⁹ Spandouiæ in Marchia, die 28. Sept. St. V. hora 5. post meridiẽ, æt. 65. relicto magno sui desiderio amicis

5568 amicis omnib. quos habuit in locis plurimis plu- 1598
rimos. Fuit in eo præter excellentem in omni pe nè ſcibili(vt olim dictum eſt)doctrinã, & eximiã eloquentiam, ſumma & pietas in Deum, & vitæ integritas, ac amabilis morum probitas.

XVIII. LEONHARDVS Kräntzheimius, Theologus & Chronolog. optimus, Lignicẽſis & Fraunſtadianæ Eccleſiæ in Polonia Paſtor, C.S E. die 12. Decem. St.N. æt. 66. m. 2. d. 26. Fraunſtadii.

XIX. PETRVS Calaminus Sileſius, Theolog. & Profeſſor primum VVitebergæ, poſtea in Acad. Heidelbergenſi, die 25. Nouẽb. St. V. Heidelb. æt. 42.

XX. LAVRENTIVS Circlerus Sileſ⁹, Illuſtriũ Scholarũ Goldbergẽſis in patria ſua, & Bregẽſis Rector: pluriũ illuſtris nominis diſcipulorũ, & prælertim Baronũ in Bohemia ac Morauia doctor & ductor poſt multorũ annorũ varias peregrinationes deceſſit Spirę Nemetum die 28. Iulii, St. V. an æt. 64. poſtquã exẽplo magiſtri & Præceptoris ſui Trozẽdorfii in multum vſq; ſenectam cœlebs vixiſſet.

XXI. M. HVLDERICVS Schober⁹ Lubenẽſis Sileſius Poeta & Gymnaſii Thorunienſis in Boruſſia Rector, die 2. Octo. St. N. inter 7. & 8. horas antemeridianas, æt. 39. Thoronii Boruſſorum.

XXII. HENRICVS, Roberti fil. Stephanus, Pariſienſis, de re literaria cum ſcriptis proprio Marte elaboratis, tum typis elegantiſſimis excuſis, optimè meritus, circa menſem Februarium vel Martium. Lugduni in Gallia Narbonenſi. &c.

5569 ERNESTVS Fridericus Marchio Badenſis, publico 1599
ſcripto cãs exponit, cur formulæ cõcordiæ patrũ Bergenſium nec ſubſcripſerit nec ſubſcriptur⁹ ſit.

VESALIÆ religio Põtificia reſtituitur, quæ poſt abitum MENDOZÆ rurſum exterminatur.

ALBERTVS & Iſabella Auſtriaci, Louanii inaugurantur die Catharinæ ſacro.

PHILIPPVS Auraicus patrio principatui inauguratur.

BATAVI reperiunt inſulas Salis. Bbb 4 Ger

5569 GERMANI, Comite Lippienſi Duce, infeliciter obſident Reſam. 1599

MICHAEL Walachus cum magna militum manu Tranſſyuaniā ingreſſus, eam Cæſari vendicat.

Bellis ciuilibus in Gallia exſtinctis, Dux Mercurius in Hungariam proficiſcitur, vt arma, quib. aduerſus Principem infeliciter erat vſus, in Turcā conuerteret.

CREQVIVS, Ladigeri gener, D. PHILIPPINVM, Ducis Sabaudiæ fratrē nothum, monomachia ſeu duello, vt vocant, enecat. 2. die Iunii.

SABAVDIÆ dux Regem Galliæ inuiſit, vt cum eo de Marchionatu Saluſſiæ tractaret, re tñ infecta domū reuerſus eſt, exaſperato ēt magis Regis animo.

HENRICVS Dux Ioyenſius, Galliæ Mareſcallus, matre inſtigante denuò Cappucinorum Conuentum ingreditur, 8. die Martii.

Edictum pacificationis, quo rex religionis libertatem conceſſit, hoc anno per totam Galliam, cōmiſſariis ad id deputatis, publicatum fuit.

ROBERTVS Bellarminus, contra ordinis ſui decreta & votum initiationis, fit Cardinalis.

NVPTIAS celebrarunt:

PHILIPPVS III. Hiſpaniæ Rex, cum Margareta Auſtriæ.

ALBERTVS Archidux Auſtriæ, Valentiæ in Hiſpania, cum infanta D. Iſabella Clara Eugenia: cum qua 7. Iunii Barcellona ſoluit, in Flandriam tendens: quo cum perueniſſet, ſplendidiſſimè fuit exceptus Bruxellis. 5. Septemb.

HENRICVS, Caroli Lotharingæ Ducis primogenitus, cum Catharina Borbonia, vnica Galliarum Regis ſorore. m. Februar.

IOHANNES VVILHELMVS Dux Iuliacenſis, cum Antonia Lotharingica. 20. Iunii. Diſſeldorpii.

Matrimoniū, quod procurāte Catharina Medicea & eius filio Carolo IX. Rege Galliæ, inter Henricū

IV.

5569 IV. tunc Nauarræ nunc autem Galliæ Regem, & Margaretham Valesiam, Caroli IX. sororem, cõtractum fuerat, Clemens VIII. Papa nullum esse declarat; tum propter consanguinitatem : tum quod nullus vnquam fuisset partium consensus. 1599

CHRISTIANVS, Christiani Principis Anhaltini filius, florentissimæ spei Princeps, nascitur 4. August. Ambergæ.

Obierunt:

I. IOHANNES à Schônberg, Elector & Archiepiscopus Treuirensis. Kal. Maii.

II. PETRVS de PINACO, Archiepiscopus & Comes Lugdunensis. æt. 59. die 9. Ian.

III. ANDREAS BATTORI Cardinalis, cum inuito Cæsare Transyluaniæ dominatum arripuisset, à VValacho victus, & in fuga à rusticis occisus. 14. Decemb.

IV. SAMVEL GRYNÆVS, Simonis filius, asthmate & hydrope exstinctus Basileæ, æt. 60. sepultus 6. die in sepulchro patris sui, 58. anno post. Hoc Promotore Doctores & Licentiati Iurium creati fuerunt circiter 360.

V. ROBERTVS ROLLOCVS, celebris Scotorum Theologus. C.S.E. Edimburgi.

VI. PETRVS BINSFELDIVS Treuir, suffraganeus, Theologiæ Scholasticæ Doctor, C.S.E. Augustæ Treuirorum.

VII. GEORGIVS Iani F. Dousa, itinere Constantinopolitano celebris: peste, in expeditione Batauorum ad Canarias, exstinctus.

VIII. FRANCISCVS Schoricmannus, Ecclesiastes, finitis sacris in ipso templo à iuuene quodam nefarie interfectus, Dauentriæ 22. Decemb.

5570. CLEMENS VIII. Papa, Romæ Iubilæum celebrat, quo ineunte quantumvis grauiter podagra laboraret, ipse tamen portas templi D. Petro sacri aureo malleolo reserat. 1600

5570 Ad Iubilæum profecti sunt homines infiniti cuiusuis status & conditionis, inter alios Dux de Bar, habitu tamen ignoto, vt à Papa absolutionem impetraret, quod vxorem alterius religionis duxisset, quam ob causam Lotharingiæ Episcopi ipsum à communione altaris arcebant. 1600

FONTENOBLII in Gallia præsente Rege colloquium instituitur inter Plessæum & Episcopum de Eureux. 4. Maii.

MAVRICIVS Comes Nassouiæ, inter Ostendam & Neoportum commisso prælio, de Hispanis victoriam reportat. 2. Iulii. St. N.

Mense Aprili fœmina Lutetiæ combusta est, quæ Regem veneno tollere moliebatur.

MERCVRIVS Dux secũda vice in Hungariã ꝓficiscit', eiq; ab Imperator tot' exercitus cõmittitur.

Rex Galliæ cum videret Sabaudum pactis non stare, 11. Augusti bellum ei indicit, & in Gallia proclamari iubet: & intra 3. mensium spacium totã fere Sabaudiam occupat, præcipuis arcibus deditione partim, partim vi captis.

CONFLANS 28. Aug. deditione capit'. Charbõnieres 10. Sept. Mõtmeilliaũ, arx munitissima, 16. Nou.

Papa de pace inter Regẽ & Sabaudũ admodũ laborat, eamq; ob causam Cardinalem Aldobrandinum ad Regem mittit.

MARIA Medicæa, Henrico IV. Galliæ Regi desponsata, 3. Nouemb. Massiliam appellit: cũ qua Rex m. Decemb. Lugduni nuptias celebrat.

Turcæ CANISCHAM obsidione cingũt. Dux Mercurius obsessis suppetias ferre conat', sed re infecta recedere cog't, vnde deditio Canischæ seq't.

MICHAEL VValachus Sigismundum Bathorium & Ieremiam Moldauiæ Regulum profligat, sed ꝓpter crudelitatem à suis paulo post desertus, & à Georgio Basta oppressus, Pragam proficiscitur, coram Imperatore ad obiecta sibi crimina responsurus.

MAV-

1570 MAVRICIVS Nassouius 6. Maii Castellum Sanctandreanum deditione capit, ędificiisq; variis ornat: & sic omnium superioris biennii victoriarum fructum Hispanis extorquet. 1600

Nati sunt:

FRIDERICVS MAVRICIVS, Ioh. Georgii Principis Anhaltini filius, 18. Febr. Dessauiæ.

MAVRICIVS, Mauritii Hassiæ Landgrauii filius, 14. Iulii. Cassellis. Obierunt:

I. ANDREAS Austriac. Cardinalis, Episc. Cōstātiēsis, Ferdinādi Archiducis Austriæ fil. m. Nou. Romę.

II. CARDINALIS Caietanus. C.S.E.

III. CARDINALIS PRINC. Patriarcha Venetus.

IV. CARDINALIS RADERICVS, m. Ianuario.

V. CARDINALIS ARRAGONIÆ, Febr.

VI. PAVLVS ALBERTVS, Constantiensis, Episcopus Vratislauiensis, non sine suspicione veneni. 6. Maii. Nissæ Silesiorum.

VII. CAROLVS, VVolfgangi filius, Comes Palatin. Rheni, Dux Bauariæ. 6. Decemb. Birckenfeldæ.

VIII. IOH. FRIDERICVS, Dux Pomeraniæ. 9. Febr.

IX. EDVARDVS FORTVNATVS, Christophori filius, Marchio Badensis, 8. Iunii, intra hor. 12. & 1. noctu, ex lapsu miserrimo. Castellonii.

X. IOACHIMVS, Comes imperii veteris prosapiæ Ortenburgicus, qui à ditionib. suis exsulis instar 26. annos, libertatis à maiorib. acceptæ & orthodoxæ religionis studio, vitans Bauari indignationem, abfuit, cōfectus ærumnis & senio, 19. Mart. Norinbergæ, cum vixisset annos paulo min⁹ 70.

XI. ADOLPHVS, Baro Schwartzeburgicus, laurini recuperator, in tumultu militari ad Pappam ictus glande: nocte Cal. Aug. præcedente.

XII. VVALPVRGIS, Comitissa Mōrsēsis, primū Philippi Momorencii Comitis Hornani, deinde Adol. Nucnarii Comitis vx. m. Maii. Hęc Mauritio Nassouio Comitatū Mōrsēsē: Georg. Eberh. Sol-

5570 mensi Comitatum Hornanũ: Arnoldo Benthe- 1600
mensi Comiti dynastiam Bedburensem, testamento legauit.

XIII. Melchior à Redern, Liber Baro, heros ac bellator celebris, in Vngaria, die 20. Sept. St.N. Brodæ Teutonicæ, oppido Morauiæ & Bohemiæ contermino, æt. 45.

XIV. Philippvs senior, Baro VVinneburgicus, Consiliarius Friderici IV. Electoris Palat. & Burggrauius Alzeanus, 9. Sept. Alzeæ. æt. 62.

XV. Carolvs Vthenhouius, cum vespere languidiusculus cubitum se recepisset, nec multò pòst meliusculè se habere dixisset, manè hor. 4. corpore cõposito, ore & oculis clausis in Domino dormiens inuentus est in suo lectulo, 31. August. Coloniæ.

XVI. Fvlvivs Vrsinus, è clarissimis Italorum vnus. Romæ.

XVII. Nicolavs Hemmingius, Daniæ clarissimus Theologus. 23. Maii. ætat. 87.

XVIII. David Chytræus, Theologus & Historicus. 25. Iunii. æt. 70. Rostochii.

XIX. Iacobvs Heerbrandus, Theologus Tubingensis, 22. Maii. Tubingæ.

XX. Iohan. Conradvs Vlmerus, ecclesiæ Scaphusianæ Antistes, 7. Aug. æt. 81. ministerii 53.

XXI. Iohannes Maior, Doctor & Poeta, 16. Mart. Seruestæ.

XXII. Georgivs Lieblerus, Physicus Tubingensis. æt. 76.

5571 Hic annus verè fuit Mauortius. Nam, 1601
Montoivs proRex Hiberniæ, Hispanos & Hibernos rebelles profligauit in Hibernia.

Mercvrivs Dux, cum copiis Cæsareanis Albam Regalem occupauit in Hungaria. 22. Sept.

Michael VValachus, & Georgius Basta, Sigismundũ Bathorium iterum Transyluaniæ dominatu exuerunt, mense Augusto. Mav-

5571 MAVRICIVS Nassouius Bercam & Mörsam per deditionem cepit: syluam Ducis verò irrito conatu obsedit. 1601

AVSTRIACI ArchiDuces: Albertus quidem Ostendam, mense Iulio, magna cũ exercitu: Ferdinandus V. Canisiam in Hungaria obsederũt. Sed hic tandem re infecta post magnas molestias obsidionem soluit.

Rex Hispaniæ classem Duce DORIA emisit aduersus Turcas, quæ tamen re infecta domum rediit.

CAROLVS Austriacus, Marchio Burgauius, Ferdinandi Archiducis Austriæ filius, Andreæ Cardinalis Episcopi Cõstãtiẽsis frater, matrimoniũ iniuit cum Sibylla, VVilhelmi Ducis Iuliacensis & Cleuensis filia, die nuptiali 4. Martii Dusseldorpii peracto.

Colloquium Ratisbonense inter Euangelicos & Pontificios, præsentibus Duce Bauariæ & Palatino Neoburgico, inchoatum 28. Nouemb. Collocutores ex parte Euangelicorum D. Hunnius & D. Heilbrunner : ex parte Pontificiorum D. Hungerus & D. Gretserus, Iesuita.

CHRISTIANVS II. Dux Saxoniæ, completo anno ætatis decimo octauo, suscipit gubernationem Electoratus, 9. Cal. Octob.

PAX inter Gallum & Sabaudum sancitur: hoc Salussiæ Marchionatum retinente: illo Bressam, totumque tractum Geneuam vsq; obtinente.

Hoc anno insignis quidam impostor: qui sese Sebastianum Portugalliæ Regem cum esse dicebat, qui anno 1578. à copiis Abdelmeleci Regis Fessani in Aphrica die 4. Aug. fusus fuerat : ad triremes condemnatus est. Tanto autem artificio Sebastianum fingebat, vt multi Portugallenses eum ipsum esse crederent.

Ingens fuit terræ motus, qui multa loca concussit, præsertim in Heluetia. 8. Sept. St. V.

Nati

1571 Nati sunt: 1601

I. LVDOVICVS XIII. Galliæ Rex 27. Septem. St.N.Fontenoblii.

II. ANNA MARIA MAVRITIA, Infans Hispaniæ.22. Septemb.

III. MAVRITIVS CHRISTIANVS Friderici IV.Electoris Palatini fil.8.Sept.Heidelbergæ.

Obierunt:

I. VVOLFGANGVS à Dalburg, Archiepiscopus & Elector Moguntinus. Ei successit Iohannes Adamus à Bicken.26.April.

II. GEBHARDVS Truchsesius, electus & confirmatus Archiepiscopus Coloniensis & Elector, Decanus Cathedralis ecclesiæ Argentinensis, Argentinæ.21. Maii.æt.54.

III. LVDOVICVS PHILIPPVS, Georgii Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Veldentianus, in hastiludio vulneratus.14.Octob.ætat.24. Heidelbergæ.

IV. FRANCISCVS, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis in Tannenberg, Canonicus Coloniẽsis & Argentinensis, Rastadio Argentinam iter facturus, de ponte Renchæ torrentis, qui tum solito increuerat altior, in subiectam voraginem cum equo præcipitatus in aquis periit: ipsa natiuitatis Christi vigilia.æt.29.

V. IOHANNES ERNESTVS, Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filius, trium millium copiarum pedestrium ad bellum contra Turcas conductarum præfectus ac ductor, febri maligna correptus.12.Decemb.ætat.23. Viennæ, Austriæ metropoli.

VI. HENRICVS, Georgii Filius, Hassiæ Landgrauius, die 9. Ian.Darmstadii.

VII. ESSEXIÆ Comiti, fato mundi circumuento, 7.Martii, Reginæ iussu, carnifex securi tribus ictibus caput amputat.

VIII.

5571 VIII. MICHAEL VValachus, cum de coniuratione noua suspectus, vocatus ad Georgium Bastam venire renueret, à VValone quodam confossus & capite truncatus, periit 18. Aug. 1601

IX. LVDOVICA, Henrici III. Regis Galliæ vidua. m. Ianuario.

X. ALDOBRANDINVS Cardinalis, Clementis VIII. nepos, in obsidione Canischæ. Cadauer Romam delatum est.

XI. RICHARDVS, Liber Baro à Strein in Austria scriptor antiquitatum Romanarum.

XII. IOH. VVILHELMVS, Liber Baro à Losenstein.

XIII. TYCHO BRAHÆ, Eques danus, Astronomus Cæsareus. 24. Octob. Pragæ Bohemorum.

XIV. IOHANNES, vltimus è nobili & vetusta familia Hentschuchshemia à nobili Hirschhornio lethaliter vulneratus, Heidelbergæ, mense Ianuario. ætat. 16.

XV. NICOLAVS Crellius, I.V.D. & Cancellarius quondam Christiani Electoris Saxon. capite truncatus die 9. Octob. Dresdæ.

XVI. XVII. XVIII. Argentinæ Conradus Dasypodius Mathematicus, PHILIPPVS Glaserus, & Iohannes Loppecius, Iurisconsulti, fatis concesserunt.

Cum Lucernates, Vrii, Suicii, & Vnderwaldii, gaudium publicum, ob natam Philippo Regi Hispaniarum sobolem, testari vellent, igne arte accenso, primiq; Vrii duabus nauibus arcem ligneã imposuissent, ignibus excitatis pridiæ ascens. Christi, comœdia in tragœdiam versa, arx illa ardere cœpit, inflammato ἀπροσδοκήτως puluere tormentario. Vriorum Stratocles Lyssius, sedens in sublimi, & Regis personam referens, in ignem prolapsus ex alto, cruribus, brachio vtroque, capite ambustus, periit. Vnus ex tragœdis amissus: Salii læsi. OLI-

patibulo intra mœnia erecto fuerunt suspensi. 1602

LVDOVICVS PHILIPPVS, Friderici IV. Elector. Palatini filius nascitur 23. Nouemb. Heidelbergæ.

Obierunt:

I. FRIDERICVS WILHELMVS, Dux Saxoniæ, Administrator & Tutor Electoratus, die 7. Iulii, æt. 40. Vinariæ.

IOACHIMVS FRIDERICVS, Dux Silesiæ Lignicensis & Bregensis, Archiepiscopatus Magdeburgens. Præpositus, 25. Mart. æt. 52. Bregæ.

III. ABDVL ZAMAT, Legatus Regis Sumatræ apud Illustriss. Principem Mauritium Nassouium. 9. Aug. Mittelburgi. æt. 71.

IV. PHILIPPVS EMANVEL, Dux Mercurii, ex Hungaria in Galliam tendens, Noribergæ febre ardenti exstinctus. 8. Febr.

V. CAROLVS GONTALDVS, Dux Bironius, Marescallus Galliæ, Ord. Franciæ Eques auratus, & Gubernator Burgundiæ, ob perfidiæ & conspirationis crimen iussu Henrici IV. Galliæ Regis decollatus, 31. Iulii. Lutetiæ Parisiorum. Vir in vita: fœmina in morte.

VI. AMELIA, Friderici III. Electoris Palatini vidua, 10. Aprilis.

VII. MAXIMVS MARGVNIVS, Episcopus Cytherensis, qui aliquot opuscula Nysseni de græco in latinum transtulit, multa etiam ipse scripsit lingua græca. Venetiis.

VIII. IOACHIMVS à Berg, Herndorfii & Cladæ Dominus. Eques Silesiæ, trium Imppp. Ferdinandi, Maximiliani, & Rudolphi Consiliarius, multorum studiosorum beneficus & munificus patronus. 5. Martii. St. N. ætat. 76. Herndorfii Silesiorum.

5572 IX. LAZARVS SORANTZIVS, Patritius Venetus, scriptis politicis celebris, in patria. 1612

X. HIERONYMVS BAVMGARTNERVS, Duumvir Norinbergens. Academiæ Altorphianæ Τροφεὺς 18. Decemb.

XI. CASPAR PEVCERVS, Budissinus Lusatius, Medic. D. & Consiliarius Principum Anhaltinorum, Melanchthonis gener, die 25. Sept. ætat. 78. Dessauiæ. 16. anno à liberatione è custodia siue carcere decennali, cui propter constantem ὀρθοδοξίας de Persona Christi & Cœna Domini professionem, iussu Saxoniæ Electoris Augusti, fuerat inclusus.

XII. DANIEL TOSSANVS, cum 22. Decemb. Theologicam professionem resignasset, cum testificatione εὐσυνειδησίας de orthodoxę doctrinæ professione, die Epiphaniæ Cygnea concione explicuisset illud: *Surge illuminare. Esa.* 60. (& superiore anno liberos suos Ambergæ salutasset, nec multo post nuptiis Doctoris Pauli filii, interfuisset) per triduum catarrho & febri laborans, 10. Ianuar. mane, inter preces ad Deum & pia cum bonis colloquia dixit: *Iam sentio afflatum discessus & resolutionis meæ:* & hora tertia vespertina, cum signum ad concionem daretur, spiritum Christo seruatori tradidit. Sepultus Heidelbergæ in templo S. Petri, 13. Ianuar. Vixit annos 60. menses 5. dies 26.

XIII. FRANCISCVS IVNIVS Gallus. Theologiæ in Batauorum Academia Professor primarius, 13. Octob. æt. 57.

XIV. LVCAS TRELCATIVS, S. Theol. D. & Ecclesiastes in vrbe Leidensi. m. Aug.

XV. IOHANNES TAFFINIVS, Theolog. m. Maio.

XVI. WILHELMVS PERKINSIVS, Theologus Anglus, Cantabrigię, sub finem anni. æt. 43. nondum completo.

5572 XVII. PAVLVS MELISSVS Schedius Francus. Ciuis Romanus, P.C. Consiliarius & Bibliothecarius Electoris Palat. Heidelbergæ, 3. Febr. ætat. 63. 1602

XVIII. DAVID PEIFERVS, Cancellarius Saxonicus, postrid. Non. Februar.

XIX. IOANNES FERINARIVS, Historicus. Marpurgi. ætat. 67.

XX. MARTINVS RVLANDVS, Medicus. C.S. E. 3. Febr.

5573 VAPPINCII, in Delphinatu Galliæ, Synodus Reformatorum celebratur, m. Octobri, quæ Confessionem fidei ecclesiæ Gallicanæ repetit, eiq; inserit assertionem hanc: *Romanum Episcopum esse ipsißimum Antichristum.* 1603

Asiæ præfectus cum MAHVMETEM III. totum delitiis deditum videret, ex contemptu ipsius iugum excutit & rebellat, ac permultos in suas trahit partes: vnde Ianizari magnam Constantinopoli suscitant seditionem, quæ sedari non potuit nisi supplicio duorum Imperatoris Turcarum Cubiculariorum, in quos reiiciebatur culpa malæ administratæ reipublicæ.

MAHVMETES III. Coniugem in aquis suffocari, & filium strangulari curat, eo quod coniunx imprudenter quæsiuisset: An non filius Mahumeti in imperio esset successurus?

Equites Cruciferi, qui Maltam insulam obtinent, arcem Lepanto dictam occupant, magna cum Turcarum strage.

ELISABETHA, Angliæ Regina, paulo ante mortem, Iacobum VI. Scotiæ Regem, successorem suum designat, & regni procerib. hac de re eã interpellantib. declarat, Angliæ coronam iure hæreditario ad Iacobum VI. Scotiæ Regẽ pertinere. Hæc Reginæ declaratio effecit, vt post ei⁹ mortem regnum pacatum & tranquillum maneret:

5573 eo ipso enim die quo exspirauit Regina, omnes Angliæ proceres vnanimi consensu Iacobum VI. Angliæ Regem proclamant. 1603

Comitia Imperii m. Martio Ratisbonæ habita, Matthia Archiduce Austriæ præsidente.

IACOBUS VI. Scotiæ Rex, eius nominis in Anglia I. coronatur Londini 25. Iulii. Paulo post coronationem, magna detecta conspiratio aduersus Regem, qui aduersus coniuratos partim iustitiam partim clementiam exercuit: alios enim supplicio affici curauit: alios ad carceres perpetuos condemnauit, quamuis omnes plusquam rei mortis essent.

Veneti cum Rhœtis seu Grisonibus fœdus sanciunt ad decennium: quod Regem Hispaniæ maxime offendit.

Hollandi & Seelandi de Hispanis in conflictu maritimo triumphant, Friderico Spinola classis Hispanicæ præfecto, & multis aliis interfectis.

Catholici in Anglia liberum religionis exercitium petunt: eoque non impetrato contra Regem conspirant.

MAURICIUS Hassiæ Landgrauius nuptias secundas celebrat cum Iuliana, Iohannis iunioris Comitis Nassouiæ filia, 21. Maii. Dillenbergæ.

Obierunt:

I. ELISABETHA, Regina Angliæ & Hiberniæ: 24. Mart. anno regiminis 45. æt. 70.

II. MARIA, Caroli V. Imperatoris Rom. filia, Philippi II. Regis Hispaniarum soror, Maximiliani II. Imper. Rom. coniunx, Rudolphi II. Imp. Rom. mater in Hispania. m. Martio.

III. MAHUMETES III. Turcarum Rex XV. & VII. Imperator Orientis. Constantinopoli 21. Decemb. St. N. Successit filius eius ACHMETES puer 9. annor.

5573 IV. IOH. ADAMVS à Bicken, Archiepiscop. Moguntinus & Elector, 31. Decemb. Huic successit Iohannes Suicardus à Cronberg. 1603

V. GEORGIVS FRIDERICVS, Marchio Brandenburgicus Onolsbacensis. 6. April. æt. 64. Onolsbaci. Præfuit regimini an. 47.

VI. CHRISTOPHORVS RADZIVIL, Dux Birzarum, Palatinus Vilnensis, heros inclytus. 20. Nouemb. æt. 56. Vilnæ.

VII. IACOBVS MONAVIVS, patritius Vratislauiensis, Consiliarius Ioachimi Friderici, Ducis LigioBregensis, die 6. Octob. æt. 56. Vratislauiæ, Silesiorum metropoli.

VIII. PETRVS WESEMBECIVS, ICtus. Coburgi, m. Septemb.

IX. ANDREAS CÆSALPINVS, Archiater Clementis VIII. Papæ, celebris Peripateticus. Romæ.

X. HERMANNVS WITTEKINDVS, Radensis VVestphalus, auditor Melanchthonis, Professor Mathematum in Academia Heidelbergensi, die 7. Febr. æt. 81. Heidelbergæ.

XI. ÆGIDIVS HVNNIVS, VVinendanus VVirtembergicus, Theol. D. & Professor in Acad. VVittebergensi, calculi doloribus exstinctus, die 4. Apr. ætat. 53. VVittebergæ.

5574 SIMON Comes Lippiensis repurgationem ecclesiarum ditionis suæ à reliquiis fermenti Papistici molitur. 1604

Rex Angliæ Iesuitas, simulque omnes pontificiæ religionis ecclesiasticos, edicto pub. toto regno exire iubet.

Insula CASSAND: propugnaculum ISENDICK: vrbs ARDENBVRGVM: & SCHLVSA in Flãdria, à Mauritio Nassouio occupantur. 20. August. St. N.

OSTENDA post obsidionem trium annorum, &

1574 ferme trium mensium, ab Ambrosio Spinola deditione capitur. 21. Septemb. St. N. 1604

Rex Hispaniæ & Rex Angliæ pacem, ad Commercii mutui libertatem spectantem, inter se faciunt.

Pesta in Hungaria à præsidiariis Christianis militibus vano metu perculsis deserta, in Turcarum potestatem redit.

Comes Aluerniæ in Gallia, in infidelitate & in Regem conspiratione perseuerans, iussu Regis capitur, & Lutetiam deducitur, vbi ad perpetuos carceres relegatur, & arci quam Bastille vocant, prope armamentarium, includitur.

Iohannes, Iohannis senioris filius, Comes Palatinus Rheni Bipontinus, nunc temporis Electoralis Palatinatus Administrator ac Tutor, matrimonio sibi iunxit Catharinam, Henrici Ducis Rotomagensis & Lugdunensis filiam, nuptiis in Galliæ celebratis, m. Augusto.

Obierunt:

I. Catharina Ducissa de Barri, Regis Galliæ soror, Nanceii, 13. Febr. St. N. ob cuius mortem tota aula regia in luctu erat; simulq; omnes Legati exterorum Principum qui aderant, inter quos Papæ nuncius, quid tali in casu agendum primo dubitabat, existimans, nequaquam lugendam hæreticam, sedis Apostolicæ inimicam: tandem tamen & ipse veste lugubri coram Rege comparuit, quem in hæc verba est allocutus: *Serenißime Rex, quotquot me norunt mirabuntur quod ago, sed maiores causas habeo luctus quam reliqui, quia illi omnes lugent iacturam corporis, Papa vero Dominus meus, & ego, interitum animæ.* Respondit *Rex: se non dubitare de sororis suæ animæ salute.*

II.

5574 II. IOHANNES Senior, Wolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni Bipontinus, 12. Aug. æt. 54. Germershemii: relictis tribus filiis, Iohanne, Friderico Casimiro, Iohanne Casimiro. 1604

III. OTTO HENRICVS, VVolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni Sultzbacensis, 19. Aug. absque hærede masculo, Sultzbaci. æt. 48.

IV. LVDOVICVS Senior, Hassiæ Landgrauius, 9. Octob. æt. 67. Marpurgi.

V. ERNESTVS FRIDERICVS, Marchio Badensis, 14, April. æt. 44. Durlaci.

VI. PETRVS Comes Mansfeldius, Regis Hispaniarum in Ducatu Lucenburgico Gubernator: 25. Maii. æt. 87. Lucenburgi.

VII. LVDOVICVS GVNTHERVS Nassouius, Iohannis Senioris filius. Schlusæ. m. Octob.

VIII. CHRISTOPHORVS PEZELIVS, Theologus. C.S.E. Bremæ, æt. 65. die 25. Febr.

IX. THEOPHILVS MADERVS, Heluetius, Medicus & Philosophus Academ. Heidelbergens. æt. 63. Heidelbergæ.

X. CYRIACVS SPANGEBERGER, Theologus & Chronologus. 10. Febr. Argentinæ. æt. 76.

XI. LVCAS Osiander, Theologus aulæ VVirtembergicæ, postea Eslingensium. 17. Sept.

XII. CHRISTOPHORVS Colerus Francus, Antiquarius. C.S.E. in Austria.

XIII. IANVS Dusa Senior. Leidæ.

XIV. NICOLAVS Varenbuler, ICtus, ætat. 85. 20. Aug. Tubingæ.

XV. ARNOLDVS Clapmarius, Bremensis, Professor Historicus Altorphi, qui plurima ad editionem elaborata habuit. Norinbergæ, m. Iunio.

XVI. HVBERTVS Giphanius, ICtus. Pragæ. 26. Iunii. septuagenario maior.

5574 XVII. MELCHIOR IVNIVS, Rector Acad. Argentinensis. 26. Ian. æt. 59. 1604 557

5575 STEPHANVS BOTZKAIVS Hungarus, Iohannis Iacobi Barbiani Belgiosæ Comitis tyrannide compulsus, à Cæsare deficit: patriæ libertatem religionis restituit: hostes feliciter vincit: aurea corona VLADISLAI olim Hungariæ Regis à Turcarum Sultano donatur. 1605

BRVNSVIGA, aduersus HENRICVM IVLIVM Ducem Brunsuicensem, ex opinato eam 16. Octobr. inuadentem, fortiter à ciuibus defensa.

PADEBORNAM occupat Episcopus Theodoricus Fürstenbergius: & Liborium Vichardum Consulem post varios cruciatus viuum in quatuor partes dissecari iubet.

SPINOLA Lingam & Oldenselium: Comes Busquoius VVachtenduncum & Cracouiam occupat.

DEMETRIVS quidam, Theodori Moscorum Ducis, vt præ se tulit, frater, inauguratur regno Moscouico: Sponsam è Polonia petit: in ipsis gaudiis nuptialibus interficitur. SVSKIVS 20. Maii nouus Dux eligitur.

MARPVRGI in Hassia 16. Aug. rituum quorundam aliarumque rerum in sacris mutatio magnum excitauit tumultum, qui Principis MAVRICII prouida cura statim fuit sopitus.

Theologi Electoralis Palatinatus Ecclesias Euangelicas in Germania edito scripto hortantur, vt fraternitatem mutuo alant, stantibus & manentibus locis controuersis, quod pie fieri posse, multis demonstrant.

Rex Galliarum HENRICVS IV. Iesuitas ante decennium à se eiectos certis conditionibus restituit, pyramide, in eorum ignominiam ante erecta, Lutetiæ deiecta.

Con-

5575 Coniuratio THOMÆ PERCII, nobilis Angli, in necē Regis IACOBI I. Reginæ, liberorum, & Parlamenti, detegitur 15. Nouemb. 1605

Strigonium 24. Septemb. à Turcis recuperatur. SIGISMVNDVS III. Sueciæ & Poloniæ Rex nuptias secundas celebrauit cum CONSTANTIA CAROLI Archiducis Austriæ filia, die 11. Decem. Cracouiæ.

PILIPPVS DOMINICVS VICTOR Philippi III. Hispaniarum Regis filius nascitur: & 29. Maii Valladoleti à Cardinali Toletano salutari lauacro immergitur.

Obierunt.

I. CLEMENS VIII. Pontifex Romanus Kalend. Martii Romæ. Sedit an. 13. In huius locum electus est die 1. Aprilis. ALEXANDER Cardinalis Florentinus, Octauiani filius, ex familia Medicæa. Obiit, postquam sedisset dies 26. & aliquot horas. Appellatus est LEO XI. Successit die 29. Maii Cardinalis Borghesius ex familia Senēsium oriundus, anno ætatis 53. assumto PAVLO V. nomine.

II. LVDOVICVS à SAYN, Comes VVittgensteinius 2. Iulii. ætat. 75.

III. THEODORICVS TRIVVLTIVS, Comes ex Insubria, vir magnæ virtutis & experientiæ, in conflictu Milhemico ad Ruram. m. Octobri.

IV. IOHAN. LVDOVICVS Comes Nassouius, vltimus in familia Idstenia, 9. Iunii. ætatis anno 9.

V. IOHANNES ZAMOISCIVS, magnus Regni Poloniæ Cancellarius, 3. Iunii. St. N. apoplexia exstinctus, dum inter occupationes meditabundus in sellam Consederat. Zamoisciæ. ætatis 63. Reliquit filium vnicum THOMAM Zamoiscium.

5575 VI. SEBASTIANVS HOFMANNVS in Hennerſdorff & Soravv, vir nobilis, & reipub. Gorlicenſis Conſul, morbo epidemio. 4. Maii. St. N. ætat. 53. Gorlicii Luſatiorum. 1605

VII. THEODORVS BEZA, Vezelius nobilis, Theologus Geneuenſis, die 13. Octob. ætat. 87. Geneuæ Allobrogum.

5576 HVNGARI, Tranſyluani, VValachiæ & Moldauiæ Reguli, Stephanum Botzcaium principem agnocunt, & in eius verba iurant. 1609

VENETI, quod legem, quam anno 1337. 21. Maii in maiori Concilio tulerant, (*ne quis inconſultis Patribus, cuiuſcunq; ordinis exſiſtat, Venetiis noua monaſteria, Xenodochia, templa erigat, vel quauis alia ſacella, quo hominibus pateat concurſus.*) anno 1603. 10. Ianuar. ad omnes prouincias & ciuitates ditionis ſuæ extendiſſent: hoc anno à Paulo V. Papa excommunicantur: qui cauſam ſuã aduerſus Pontificem publicis ſcriptis editis maſculè defendunt.

IACOBVS Rex magnæ Britanniæ Conformat eccleſias Scotiæ cum Anglicanis, præficiendo iis Epiſcopos: contra intentibus pleriſq; Scotorum Theologis, quorum alii cum Iohanne Forboſio in exſilium miſſi, alii aliter mulctati ſunt. Andreas Meluinus eruditiſſimus Scotorum in arce Londinenſi diu detentus fuit.

Pax inter Imperatores, RVDOLPHVM & Turcam, in annos 20. ſancitur, 14. Septemb. propè Gomorram in Hungaria.

AMBROSIVS Spinola Reinbercam, Grollam, Lochenum, occupat: MAVRITIVS Naſſouius Holdiam aduerſus Spinolæ impreſſiones fortiter & prudenter defendit.

SCHLVSA per inſidias tentatur, magno cum Hiſpanorum damno.

PHI-

1576 PHILIPPVS Nassouius, VVilhelmi Aurangiæ Principis, filius CONDÆI Principis sororem vxorem ducit m. Nouem. 1606

BRVNSVIGÆ obsidio 17. Mart. soluitur, quam secuta est Principis in fugam actio.

Obierunt.

I. STEPHANVS BOCZKAY de Kismaria, Transsyluaniæ Princeps & Siculorum Comes, 30. Decembris Cassouiæ in Vngaria. ætatis, 51. In huius locum substitutus ab Ordinibus Princeps ac Gubernator SIGISMVNDVS Ragorius.

II. IOHAN. senior, Comes Nassouius. 8. Oct. ætat. 71. Dillenbergæ.

III. PHILIPPVS Comes Hoëloënsis, Baro Langenbergensis, celebris apud Ordines confœderatos Belgici bellator per annos 34. Isselsteinii, die 5. Martii.

IV. ARNOLDVS Benthemii Comes. 11. Ianuar. æt. 51. Teckleburgi.

V. ANDREOTTVS AVRIA, opulentissimus princeps Geneuæ.

VI. IVSTVS LIPSIVS Belga, Professor & Historicus Regius. C.S.E. Louanii in Brabantia. æt. 59. April. St. N.

VII. LAVRENTIVS FINCKELHVSIVS, Lipsensis, I.V.D. Reipub. Lubecensis protosyndicus, à scriba sua, quem ille nonnihil acrius obiurgarat, ferro ictus, sinistro latere & crure sauciatus, 11. Martii, exspirauit nocte sequente. Lubecæ.

VIII. HENRICVS GARNETVS Iesuita. ætatis, 70. proditionum consors in Anglia, 28. Martii supplicio affectus est, cum pro eo redimendo 30000. floreni ab Hispano Legato oblata essent. Londini.

IX. M. WOLFGANGVS AMLINGVS, Theologus Anhalti-

5576 Anhaltinus, 18. Maii, ætatis 63. annum ingressus. Seruestæ. 1806 5577

X. LAVRENTIVS RHODOMANNVS. C.S.E. VVittebergæ 10. Ian.

XI. NICOLAVS TAVRELLVS, Philosophus Altorphianus.

5577 Archidux ALBERTVS Ordinib. Belgii confœderatis inducias octo mensium offert, intra quos cum iis de pace sit acturus, tanquam cum libera republica. 1607

DONAVVERDA Ciuitas Imperialis in Sueuia, à RVDOLPHO II. Imperatore Rom. proscripta, à copiis MAXIMILIANI Bauariæ Ducis m. Decembri occupatur.

Academia GIESSENA in Hassia à LVDOVICO Hassiæ Landgrauio aperitur. 7. Octob.

ERNESTVS Nassouius nuptias celebrat cum Ducis Brunsuicensis filia.

Biblia sacra in Italicam linguam eleganter versa prodeunt, auctore IOHANNE DEODATO. Nati sunt.

I. CAROLVS, Philippi III. Regis Hispaniarum filius. 14. Septemb.

II. N. SIGISMVNDI III. Poloniæ Regis filius secundogenitus. 26. decemb.

Obierunt:

I. CAROLVS, Caroli Lotharingiæ Ducis filius, Cardinalis Metensis & Episcopus Argentinensis. 24. Nouembr. Ei in episcopatu successit LEOPOLDVS Archidux Austriæ, Episcopus Passauiensis.

II. CATHARINA, Iohannis iunioris Comitis Palat. Rhen. Bipontini coniunx. 10. Maii Biponti. 5578

III. VIRICVS DVNIVS, Comes Brochensis, ad Tremoniam ab Hispanis interfectus, cum improuide itineri cum paucis se dedisset.

IV.

5577 IV. CÆSAR BARONIVS Cardinalis, Annalium Ecclesiasticorum conditor. Romæ. vltim. Iunii. 1607

V. IOHAN. RAINOLDVS, clarissimus Anglorũ Theologus. C.S.E. Oxoniæ.

VI. IOH. VVILHELMVS Stuckius, Theologus Heluetius. 3 Sept. ætat. 65. Tiguri.

VII. GEORGIVS MYLIVS Augustanus, Theologus VVittebergensis. 28. Maii, ætatis 59. VVitterbergæ.

VIII. OTHO CASMANNVS, C.S.E. exstinctus peste, Stadæ Saxonum. Cal. August. ætatis, 45.

IX. MARTINVS CRVSIVS, græcæ linguæ in Academ. Tubingensi professor. ætat. 81. Tubingæ. tempore verno.

X. IVSTVS REVBERVS ICtus, & Electoralis Palatinatus Cancellarius. C.S.E. Odernhemii in Palatinatu. 17. Iunii. æt. 65.

XI. ANDREAS PLANERVS, Medicus Tubingensis. C.S.E.

XII. ERHARDVS CELLIVS, Professor poeseos & historiarum Tubingæ.

XIII. LVCAS TRELCATIVS, Professor Theologus Læidæ. 12. Sept. ætat. 34.

XIV. MATTHÆVS DRESSERVS, Professor Lipsensis. C.S.E. senex. Lipsiæ. 5. Octob.

XV. PAVLVS MERVLA, Historicus Leidensis. Rostochii. ætat. 49.

XVI. HIRONYMVS TREVTLERVS, Silesius, ICtus. C.S E. Budissinę Lusatiorum.

5578 Comitia Imperii Ratisbonæ: præside FERDINANDO Archiduce Austriæ, cum pax religionis Confirmanda ante omnia peteretur: rebus infectis dissoluta sunt. 1608

MATTHIAS Archidux Austriæ, qui paulò ante Posonii, cum ordinibus Hungariæ & vtriusque

Archi

5576 Anhaltinus,18. Maii,ætatis 63.annum ingressus. Seruestæ. 1806

X. LAVRENTIVS RHODOMANNVS. C.S.E. VVittebergæ 10.Ian.

XI. NICOLAVS TAVRELLVS, Philosophus Altorphianus.

5577 Archidux ALBERTVS Ordinib. Belgii confœderatis inducias octo mensium offert, intra quos cum iis de pace sit acturus, tanquam cum libera republica. 1607

DONAVVERDA Ciuitas Imperialis in Sueuia, à RVDOLPHO II. Imperatore Rom. proscripta, à copiis MAXIMILIANI Bauariæ Ducis m. Decembri occupatur.

Academia GIESSENA in Hassia à LVDOVICO Hassiæ Landgrauio aperitur. 7. Octob.

ERNESTVS Nassouius nuptias celebrat cum Ducis Brunsuicensis filia.

Biblia sacra in Italicam linguam eleganter versa prodeunt, auctore IOHANNE DIODATO. Nati sunt.

I. CAROLVS, Philippi III. Regis Hispaniarum filius. 14. Septemb.

II. N. SIGISMVNDI III. Poloniæ Regis filius secundogenitus. 26. decemb.

Obierunt:

I. CAROLVS, Caroli Lotharingiæ Ducis filius, Cardinaliis Metensis & Episcopus Argentinensis. 24. Nouembr. Ei in episcopatu successit LEOPOLDVS Archidux Austriæ, Episcopus Passauiensis.

II. CATHARINA, Iohannis iunioris Comitis Palat. Rhen. Bipontini coniunx. 10. Maii Biponti.

III. VIRICVS DVNIVS, Comes Brochensis, ad Tremoniam ab Hispanis interfectus, cum improuide itineri cum paucis se dedisset,

IV.

5577 IV. CÆSAR BARONIVS Cardinalis, Annalium Ecclesiasticorum conditor. Romæ. vltim. Iunii. 1607

V. IOHAN. RAINOLDVS, clarissimus Anglorũ Theologus. C.S.E. Oxoniæ.

VI. IOH. VVILHELMVS Stuckius, Theologus Heluetius. 3 Sept. ætat. 65. Tiguri.

VII. GEORGIVS MYLIVS Augustanus, Theologus VVittebergensis. 28. Maii, ætatis 59. VVittebergæ.

VIII. OTHO CASMANNVS, C.S.E. exstinctus peste, Stadæ Saxonum. Cal. August. ætatis, 45.

IX. MARTINVS CRVSIVS, græcæ linguæ in Academ. Tubingensi professor. ætat. 81. Tubingæ. tempore verno.

X. IVSTVS REVBERVS ICtus, & Electoralis Palatinatus Cancellarius. C.S.E. Odernhemii in Palatinatu. 17. Iunii. æt. 65.

XI. ANDREAS PLANERVS, Medicus Tubingensis. C.S.E.

XII. ERHARDVS CELLIVS, Professor poeseos & historiarum Tubingæ.

XIII. LVCAS TRELCATIVS, Professor Theologus. Læidæ. 12. Sept. ætat. 34.

XIV. MATTHÆVS DRESSERVS, Professor Lipsensis. C.S.E. senex. Lipsiæ. 5. Octob.

XV. PAVLVS MERVLA, Historicus Leidensis. Rostochii. ætat. 49.

XVI. HIRONYMVS TREVTLERVS, Silesius, ICtus. C.S E. Budissinę Lusatiorum.

5578 Comitia Imperii Ratisbonæ: præside FERDINANDO Archiduce Austriæ, cum pax religionis Confirmanda ante omnia peteretur: rebus infectis dissoluta sunt. 1608

MATTHIAS Archidux Austriæ, qui paulò ante Posonii, cum ordinibus Hungariæ & vtriusque

Archi

5578 Archiducatus Austriæ, pro tuenda Viennensi pacificatione, fedus icerat, subita versus Bohemiam suscepta expeditione, cum exercitu 20000. equitum peditumque Znamum vsque in Morauiam progreditur, & deinde in ipsa Bohemia penè ad vrbem regiam castra ponit: Cæsar Hungaria & Austria ipsi cessit: regni Hungarici corona in aperto Campo ei tradita: tributus eidem titulus DESIGNATI Regis Bohemiæ, assensu Ordinum, 27. Iunii. 1608

MATTHIAS Archidux Austriæ Posonii Rex Hungariæ publicè declaratur, 14. Nouemb. Coronatur ibidem 19. Nou.

In Belgio totus hic annus Consultationibus super induciis impensus est.

In Gallia, mense Nouembri, BARTHOLOMÆVS BVRGESIVS, quod se PAVLI V. Pontificis Roman. filium Constanter profiteretur, iussu Papæ Lutetiæ in crucem actus, deinde flammis fuit consumptus.

In Heluetia MARTIN de BEVSSON Gallus, ciuis Basiliensis, cum in itinere Lucernensi liberius contra Mariæ inuocationem ad socios disseruisset, Zurzeæ ad Magistratum eo nomine delatus, statimque capite truncatus est mens. Octobris.

ERNESTVS, Christiani filius, Princeps Anhaltinus nascitur Amberbgæ tempore verno.

Obierunt:

I. IOACHIMVS FRIDERICVS, Elector Brandeburgicus, apoplexia exstinctus, 18. Iulii. St.V. ætat. 63.

II. FRIDERICVS Dux VVittembergicus: repentina morte. 29. Ian. Stutgardiæ.

III. CAROLVS Dux Lotharingiæ. m. Maio.

IV. MARIA Bauara, Caroli Archiducis Austriæ vxor: in Carinthia. m. April.

V.

5578 V. MARIA ELEONORA, Alberti Friderici Ducis Borussiæ coniunx, Wilhelmi Ducis Iuliacensis & Cleuensis filia primogenita. 1608

VI. IACOBVS COVETVS Parisiensis, acris iudicii Theologus. 19. Ian. Basileæ.

VII. PANTALEON CANDIDVS, Austriacus, Theologus Bipontinus. C.S.E. ætat. 68. ministerii 43. Biponti.

5579 Induciæ inter Hispanos & Ordines confœderatos in 12. annos factæ, & 14. Aprilis Antuerpiæ publica voce præconis & tum tu barum clangore promulgatæ sunt. 1609

MATTHIAS Rex Hungariæ Austriacis religionis libertatem permittit. 21. Martii.

RODOLPHVS Imperator literas Maiestaticas, quas sic vocant, Bohemis 13. Iulii, Silesiis, 26. Augusti impertit: quibus de religionis libertate vtriusque cauet.

Legati præcipuorum Germaniæ Principum & statuum vnitorum quorũ caput erat illustrissimus & sapientissimus Princeps Christianus Anhaldinus, Pragæ ad Imperatorem grauiter conquerentur de mala Reipub. administratione: rogant vt Imperator officii sui rationem habeat: ni faciat, prædicunt euentura esse ea, quæ paulo post euenerunt.

TREMONIÆ Brandeburgicus & Neoburgicus Principes, auctore & suasore MAVRITIO Hassiæ Landgrauio, in amicam tractationem Consenserunt, vt coniunctis animis & virib. in defensionem Iuliacensium ditionum incumberent: postquam Dusseldorpium intromissi, & à ciuib. honorifice excepti fuere.

Obierunt:

I. IOHAN. VVILHELMVS, VVilhelmi filius, Dux Iuliæ &c. absq; hærede masculo, 25. Martii, ætat. 47. Dusseldorpii.

II.

5579 II STEPHANVS ILIESHAZA, Palatinus Hungariæ, Comes Trenſchinienſis, patriæ libertatis vindex. 1609

III. IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, Iulii Cæſaris filius, 12. Cal. Febr. hor. 4. matut. ætatis 68. Lugduni Batauorum: Cum vberioribus la cry mis deplorasset nimiam viuacitatem ſuam, quod ad ea vſque tempora duraſſet, quibus in dubium vocaretur meritum & ſatisfactio Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quem ſe propediem viſurum eſſe confidebat, ſedentem ad dextram Patris Omnipotentis. *Baudius orat. funebri.*

IV. CAROLVS CLVSIVS Attrebas, Botanicus excellens, 4. Aprilis Lugduni Batauorum: Cum 84. annum ingreſſus eſſet, & cœlebs ſemper vixiſſet.

V. IACOBVS ARMINIVS, Theologus Leidenſis, ætatis, 49. m. Octobris, Lugduni Batauorum.

VI. M. ANTONIVS DEL RIO, ICtus Hiſpanus, Ieſuita, Conſiliarius Regius in Cancellaria Brabantiæ.

VII. NICOLAVS SERARIVS Ieſuita, Cal. Iulii. Moguntiæ.

VIII. OSVVALDVS CROLLIVS, eximius Chymicus Medicus Imperat. Pragæ.

IX. BARTHOMÆVS KECKERMANNVS, Philoſophus Dantiſcanus: in patria. æt. 37.

X. Circa hunc aut præcedentem annum, in Gallia IOSEPHVS QVERCETANVS, IOHAN. RIOLANVS, ANDREAS LAVRENTIVS, clari Medici: in Italia verò FRANCISCVS PICOLHOMINEVS, mortui ſcribuntur.

5580 VNIO præcipuorum Principum & ſtatuum Euangelicorum Halæ Sueuorum ſub initium anni firmatur. 1610

In eodem conuentu inclytus Hæros CHRISTIA-

NVS

5580 NUS Princeps Anhaltinus belli Iuliacensis Imperator creatur. 5510

HERBIPOLI ex parte Pontificiorum ab Ecclesiasticis & politicis personis quam plurimis conventus celelebratur.

Finito conventu Halensi & Herbipolensi passim exercitus cōscribitur in Germania, & extra Germaniam, partim pro Brandēburgico & Neoburgico, partim pro Leopoldo Archiduce.

In Austria religionis exercitium quarto etiā seu plebeio statui à Rege MATTHIA permittitur mense Martio.

PRAGÆ conveniunt Electores, Moguntinus, Coloniensis, Saxo: Princeps item Brunsvicensis, & Ludovicus ac Philippus Landgravij; itemque Maximilianus & Ferdinandus Archiduces Austriæ: reconciliaturi MATTHIAM Regem Imperatori, & motus Iuliacenses composituri.

Circa initium Maij CHRISTIANUS Princeps Anhaltinus, à Rege Galliæ secundùm iam in Hollandiam adveniens, cum Dusseldorpium inde profecturus esset, incredibili celeritate, una cum Henrico Friderico Nassovio, Leopoldi Archiducis copias ad Mosam oppressit: victorque à Marcoduranis primum, deinde à Principibus Dusseldorpij honorificè fuit exceptus.

Bellum Alsaticum ardet: in quo Dachstenium, Motsiga & Moltzhemium occupantur à Principibus vnitis.

CHRISTIANUS II. Elector Saxoniæ certis conditionibus feudum Ducatus Iuliacensis pro se & tota domo Saxonica accipit ab Imperatore 7. Iul. Pragæ.

IULIACUM à CHRISTIANO Principe Anhal

5580 tino & MAURITIO Comite Nassovio sub finem Iulij St. N. obsessum, ultim. Augusti deditionis consilia init. Memorabilis fuit hæc obsidio, non solum copiarum splendore, & actorum cuniculorum artificio: sed & quod toto illius tempore obsidentes nulla vel cœli injuria, vel morborum violentia, vel victus penuria, vel animorum (quamvis diversæ gentes, Galli, Angli, Scoti, Belgæ, Germani, sub uno Imperatore CHRISTIANO Principe Anhaltino militarent) distractio afflixit: quodque ipsos Principes gloriosissimos, duo belli fulmina, CHRISTIANUM Anhaltinum & MAURITIUM Nassovium, nulla incendit æmulatio, neutro alterius gloriam in sui imminutionem accipiente. 1610

REX magnæ Britanniæ, accepto de Galliæ Regis nefarie interfecti nuncio, Iesuitas & sacrificulos omnes ex Regno suo proscribit.

LUDOVICUS, Henrici IV. Galliarum Regis filius, anno 9. ætat. Rex Galliæ declaratur, summa regni procuratione ad MARIAM Reginam viduam delata.

IOHANNES Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, mortuo FRIDERICO IV. Electore Palatino, vi testamenti à Frider. Electore conditi administrationem Electoratus Palatini adit: Neoburgico auream bullam frustra testamētariæ constitutioni opponente.

DUISBURGI Clivorum m. Septemb. celebratur synodus ecclesiarum reformatarum in ducatu Iuliacensi, Clivensi, Bergensi.

LUTETIÆ 26. Novembris Parlamentum damnat librum ROBERTI BELLARMINI de potestate summi Pontificis in temporalibus.

Hoc anno plurima à Pontificiis scripta in Gallos sunt edita, quibus Iesuitæ cædis regiæ rei peraguntur, digni-

5580 dignique declarantur, qui ad Garamantas ablegentur. 1610

Obierunt:

I. HENRICUS IV. Rex Galliæ & Navarræ, à sicario nefarie interfectus 14. Maij. St. N. Lutetiæ. ætatis 57.

II. FRIDERICUS IV. Comes Palatinus, Imperij Elector. 9. Septemb. St. V. Heidelbergę. ætat. an. 36. mens. 6.

III. EBERHARDUS, Episcopus Spirensis: febri ardenti: Vdenhemij, sub finem Sept. successit Philippus Christophorus à Sœtern.

IV. FRIDERICUS MAURITIUS Iohãnis Georgij Principis Anhaldini generosissimus filius, Lugduni in Gallia sexto Kalend. Septemb. cum vixisset an. decem: mens. sex. dies duos.

OTHO Comes Solmensis in Braunfels, aulæ Heidelbergensis Mareschallus. Occubuit in bello Alsatico. 23. Iunij. ętat. 39.

VI. PETRUS de GUSMAN, Comes Fontanus, Gubernator Mediolanensis. 22. Iulij St. N. Mediolani ętat. 85.

VII. GUILIELMUS ARAGOSIUS Medicus 13. Maij. ęt. 97 Basileæ.

VIII. AMANDUS POLANUS à Polansdorff, Silesius, Theologus Basiliensis. C. S. E. 18. Iulij. ætatis 49.

IX. IOHAN. PAPPUS, Theologus Argentinensis. Iulij. ętat. 61.

X. POLYCARPUS LEYSERUS, Theologus Saxonicus. 22. Febr. Dresdę. ætat. 58.

XI. THOMAS COCCIUS, Medicinę D. & Ethices in Academia Basiliensi professor.

XII. IABOBUS ZVINGERUS, Phil. & Med. D. & Græcæ linguæ in Acad. Basiliensi Professor. 10.

XIII. HENRICUS IUSTUS, Ecclesiæ Petrinæ a

5580 pud Basilienses pastor, & ibid. Organi in Academ. Professor. 19. Octob. 1610 5581

XIV. Leonhardus Constans, Ecclesiæ Gallicę apud Basilienses Pastor. 8. Novemb. ętat. 71.

XV. Ioh. Georg. Leo Ph. & Med. D. & Physices in Acad. Basiliensi Professor.

XVI. Petrus Denaisius IC. Camerę Imperialis Spirę Adsessor C. S. E. Heidelbergę ætatis an. 50. m. 5.

5581 Exercitus in Episcopatu Passaviensi anno superiore in gratiam Leopoldi Austriaci (ut ferebatur) collectus, prid. Non. Febr. in ipsis Bacchanalibus, connivente Cæsare, impressione subita & cruenta urbem minorem Pragensem, Duce Philippo Ramæo Belga occupat. Contra Ordines regni veterem urbem firmo præsidio muniūt, vim hostilem acriter repellunt, tandemque Passavienses minori Praga excedere cogunt. Cumque in his turbis omnia ipsis suspecta essent, Matthiam Hungariæ Regem in auxilium advocant, eundemque declaratum Bohemiæ Regem, vivente adhuc & publicæ tranquillitatis causa assensum præbente Augusto Rege Rudolpho, solenni Coronatione inaugurant. 3. Idus Maij. 1611

Pacificatio domus Saxonicę & Brandeburgicę in causa successionis Iuliacensis Inttreboci facta, 18. Martij.

Matthias Rex Hungariæ & Bohemiæ literas Majestaticas, Bohemis & Silesiis ab Imperatore Rudolpho datas, confirmat.

Vi hujus confirmationis Vratislaviæ 24. Oct. St. N. in concilio principum & statuum Augustanæ cōfessionis civibus urbis Nissensis (quæ Episcopi sedes est) permissum, ut ministros Evangeli-os vocent, & sacro cultui in privatis ædibus vacent, vsque

5581 vsque dum templum in suburbio ædificetur: promissa etiam defensio adversus Episcopum, si quid contra moliatur. 1611

SALMURI in Gallia conventus reformatarum ecclesiarum celebratur.

ROTEMBURGI ad Tubarim Principes uniti congregantur, m. Augusto. Mittit eo legatos suos Cæsar.

IOHANNES Com. Palatinus Rheni, Administrator Electoralis Palatinatus, confirmatur ab Imperatore in Possessorio, dum aliter vel lege vel transactione res componatur 30. Iulij. St. N. Pragæ.

NORINBERGÆ Electores Imperij m. Octobri de salute Imperij consultant, missisque Legatis Pragam, Cæsarem officij commonefaciunt.

VILNÆ in Lithuania, Iesuita SCARGA classicum canente, 2. Iulij St. N. Pontificij cœtū Protestantium invadunt, Crosnovicium Theologię Doctorem ex ęditiore templi loco pręcipitem agunt, in quo pręcipitio ille & crus fregit, & totum corpus misere labefactavit. Rectorem Scholę & alios verbi ministros ita tractant, ut semivivi è cœtu efferrentur.

SIGISMUNDUS Rex Polonię Smolensko occupat: Vilnam ingreditur victor. 24. Iul. St.N.

Bellum Danicum & Suecicum ardet: in quo Calmaria Dano prodita.

ANDREAS MELVINUS Scotus ad petitionem Ducis Bullionæi liberatur è custodia Londinensi, & fit Professor Theologiæ Sedani.

AQUENSES, pertæsi persequutionum Papisticarū, mense Iulio Iesuitarum Collegium invadunt: claves urbis ad se recipiunt: eligunt ex civibus qui vices Magistratus tantisper subeant, dum aliter Reipub. prospiciatur.

COLONIÆ Reformati duriter tractantur: multi

5581 vrbe eijciuntur: pecunia plurimi mulctantur. 1611

Sigismundus Rex Poloniæ Ioh. Sigismundo Electori Brandeburgico, & Ioh. Georgio, Ernesto, & Christiano Wilhelmo fratribus, eorundemque posteris masculis ius feudi Ducatus Borussiæ solẽniter confert: Electore ipso suo nomine, fratrum vero ipsius nomine, Abrahamo Burggravio & Barone à Dhona, iuramentum fidelitatis Regi præstantibus Warsaviæ 17. Novemb.

Philippus Mornayus, Plessiaci Marliani Dominus egregium ædit librum, quem inscripsit Mysterium iniquitatis, sive Papatus historiam: qui adeo pupugit Pontificios: ut à Sorbona hoc ipso anno Parisiis fuerit damnatus.

Mense Decembri in Parlamento Parisiensi pessimè habiti Iesuitæ, ab universitatis Advocato Martillerio, & Regio, Servino: ignorantia, improbitas, impietas eorum patefacta, miracula exsibilata: probatum, eorum doctrina & hortatu & impulsu bella excitata, cęsos Reges. Cumque se recipi in corpus Vniversitatis peterent: se idem docturos promiserunt quod Sorbona docet: Senatus causa ad consilium rejecta, pronunciavit, intra præscriptum tempus scripto subsignato declararẽt, quod hodie ore profiterentur, se doctrinam Sorbonæ amplecti:

Concilium supra Papam esse.
Papæ in temporalibus potestatem nullam esse.
Non licere ei Reges nostros excommunicare.
Nec sacramento subditos solvere.
Clericos crimen læsę majestatis incurrere.
Quę in confessione ad Rempub. spectantia cognoscuntur, omnino deferenda esse.

Abstinerent interim ab omni actu scholaritatis publice & privatim.

Adfuit actioni Condæus, & Episcopi Belluacensis & Laudanensis, pares Regni.

Obierunt:

5581 Obierunt: 1611
I. CAROLUS, Rex Sueciæ: sub finem anni.
II. CHRISTIANUS II. Elector Saxoniæ, 23. Iunii. St. V. Dresdæ.
III. HERMANNUS, Comes à Berge. Spadę, mense Iulio.
IV. PETRUS WOKIUS URSINUS, Rosenbergicę domus Regens. 11. Novemb. St. N. in Bohemia.
V. IACOBUS Lectius, Genevæ, 25. Augusti. ætat. 53. dysenteria.
VI. MARCUS BEUMLERUS, Theologus Tigurinus, peste. 31. Iulij.
VII. VALENTINUS Schönerus, Theologus Marpurgensis, peste.
VIII. GREGORIUS Bersmannus, Poeta. Servestæ. 5. Octob. æt. 74.
IX. MARTINUS MYLIUS, Rector Gymnasij Gorlicensis. 27. Iulij. ętat. 69.
X. NICOLAUS MENIUS, Theologus Marchicus, Küstrini. m. Febr. septuagenarius.
XI. FRANCISCUS VIRLINGUS, Theologus Vratislaviensis. ætat. 73. die 20. Iunij.
RUDOLPHUS II. Imperator moritur Pragę 10. Ianuarij, S. V. ętat. anno 59. m. 5. d. 23. 1612
ERNESTUS Archiepiscopus Coloniensis, Dux Bavarię, obiit 7. Februarij, ęt. 58.
HIPPOLYTUS à Collibus Electoratus Palatini Consiliarius, moritur Heidelbergę, 2. Februarij S. V. ætat. 51.
Nati sunt:
I. HENRICUS TURRIUS, Dux Bullionæus, Vicecomes Turrenius N. 1555. m. Septembri.
II. PHILIPPUS Mornayus Plessiaci Marliani Dominus, vir celeberrimi nominis, N. 1549. 11. Novembris.

5576 Anhaltinus, 18. Maii, ætatis 63. annum ingressus. Seruestæ. 1806

X. LAVRENTIVS RHODOMANNVS. C.S.E. VVittebergæ 10. Ian.

XI. NICOLAVS TAVRELLVS, Philosophus Altorphianus.

5577 Archidux ALBERTVS Ordinib. Belgii confœderatis inducias octo mensium offert, intra quos cum iis de pace sit acturus, tanquam cum libera republica. 1607

DONAVVERDA Ciuitas Imperialis in Sueuia, à RVDOLPHO II. Imperatore Rom. proscripta, à copiis MAXIMILIANI Bauariæ Ducis m. Decembri occupatur.

Academia GIESSENA in Hassia à LVDOVICO Hassiæ Landgrauio aperitur. 7. Octob.

ERNESTVS Nassouius nuptias celebrat cum Ducis Brunsuicensis filia.

Biblia sacra in Italicam linguam eleganter versa prodeunt, auctore IOHANNE DEODATO. Nati sunt.

I. CAROLVS, Philippi III. Regis Hispaniarum filius. 14. Septemb.

II. N. SIGISMVNDI III. Poloniæ Regis filius secundogenitus. 26. decemb.

Obierunt:

I. CAROLVS, Caroli Lotharingiæ Ducis filius, Cardinaliis Metensis & Episcopus Argentinensis. 24. Nouembr. Ei in episcopatu successit LEOPOLDVS Archidux Austriæ, Episcopus Passauiensis.

II. CATHARINA, Iohannis iunioris Comitis Palat. Rhen. Bipontini coniunx. 10. Maii Biponti.

III. VIRICVS DVNIVS, Comes Brochensis, ad Tremoniam ab Hispanis interfectus, cum improuide itineri cum paucis se dedisset.

IV.

5577 IV. CÆSAR BARONIVS Cardinalis, Annalium Ecclesiasticorum conditor. Romæ. vltim. Iunii. 1607

V. IOHAN. RAINOLDVS, clarissimus Anglorū Theologus. C.S.E. Oxoniæ.

VI. IOH. VVILHELMVS Stuckius, Theologus Heluetius. 3 Sept. ætat. 65. Tiguri.

VII. GEORGIVS MYLIVS Augustanus, Theologus VVittebergensis. 28. Maii, ætatis 59. VVittebergæ.

VIII. OTHO CASMANNVS, C.S.E. exstinctus peste, Stadæ Saxonum. Cal. August. ætatis, 45.

IX. MARTINVS CRVSIVS, græcæ linguæ in Academ. Tubingensi professor. ætat. 81. Tubingæ. tempore verno.

X. IVSTVS REVBERVS ICtus, & Electoralis Palatinatus Cancellarius. C.S.E. Odernhemii in Palatinatu. 17. Iunii. æt. 65.

XI. ANDREAS PLANERVS, Medicus Tubingensis. C.S.E.

XII. ERHARDVS CELLIVS, Professor poeseos & historiarum Tubingæ.

XIII. LVCAS TRELCATIVS, Professor Theologus. Læidæ. 12. Sept. ætat. 34.

XIV. MATTHÆVS DRESSERVS, Professor Lipsensis. C.S.E. senex. Lipsiæ. 5. Octob.

XV. PAVLVS MERVLA, Historicus Leidensis. Rostochii. ætat. 49.

XVI. HIRONYMVS TREVTLERVS, Silesius, ICtus. C.S E. Budissinę Lusatiorum.

5578 Comitia Imperii Ratisbonæ: præside FERDINANDO Archiduce Austriæ, cum pax religionis Confirmanda ante omnia peteretur: rebus infectis dissoluta sunt. 1608

MATTHIAS Archidux Austriæ, qui paulò ante Posonii, cum ordinibus Hungariæ & vtriusque

Archi

5578 Archiducatus Austriæ, pro tuenda Viennensi pacificatione, fedus icerat, subita versus Bohemiam suscepta expeditione, cum exercitu 20000. equitum peditumque Znamum vsque in Morauiam progreditur, & deinde in ipsa Bohemia penè ad vrbem regiam castra ponit: Cæsar Hungaria & Austria ipsi cessit: regni Hungarici corona in aperto Campo ei tradita: tributus eidem titulus DESIGNATI Regis Bohemiæ, assensu Ordinum, 27. Iunii. 1608

MATTHIAS Archidux Austriæ Posonii Rex Hungariæ publicè declaratur, 14. Nouemb. Coronatur ibidem 19. Nou.

In Belgio totus hic annus Consultationibus super induciis impensus est.

In Gallia, mense Nouembri, BARTHOLOMÆVS BVRGESIVS, quod se PAVLI V. Pontificis Roman. filium Constanter profiteretur, iussu Papæ Lutetiæ in crucem actus, deinde flammis fuit consumptus.

In Heluetia MARTIN de BEVSSON Gallus, ciuis Basiliensis, cum in itinere Lucernensi liberius contra Mariæ inuocationem ad socios disseruisset, Zurzeæ ad Magistratum eo nomine delatus, statimque capite truncatus est mens. Octobris.

ERNESTVS, Christiani filius, Princeps Anhaltinus nascitur Amberbgæ tempore verno.

Obierunt:

I. IOACHIMVS FRIDERICVS, Elector Brandeburgicus, apoplexia exstinctus, 18. Iulii. St.V. ætat. 63.

II. FRIDERICVS Dux VVirtembergicus: repentina morte. 29. Ian. Stutgardiæ.

III. CAROLVS Dux Lotharingiæ. m. Maio.

IV. MARIA Bauara, Caroli Archiducis Austriæ vxor: in Carinthia. m. April.

V.

5578 V. MARIA ELEONORA, Alberti Friderici Ducis Boruſſiæ coniunx, Wilhelmi Ducis Iuliacenſis & Cleuenſis filia primogenita. 1608

VI. IACOBVS COVETVS Pariſienſis, acris iudicii Theologus. 19. Ian. Baſileæ.

VII. PANTALEON CANDIDVS, Auſtriacus, Theologus Bipontinus. C.S.E. ætat. 68. miniſterii 43. Biponti.

5579 Induciæ inter Hiſpanos & Ordines confœderatos in 12. annos factæ, & 14. Aprilis Antuerpiæ publica voce præconis & tum tu barum clangore promulgatæ ſunt. 1609

MATTHIAS Rex Hungariæ Auſtriacis religionis libertatem permittit. 21. Martii.

RODOLPHVS Imperator literas Maieſtaticas, quas ſic vocant, Bohemis 13. Iulii, Sileſiis, 26. Auguſti impertit: quibus de religionis libertate vtriuſque cauet.

Legati præcipuorum Germaniæ Principum & ſtatuum vnitorum quorũ caput erat illuſtriſſimus & ſapientiſſimus Princeps Chriſtianus Anhaldinus, Pragæ ad Imperatorem grauiter conquerentur de mala Reipub. adminiſtratione: rogant vt Imperator officii ſui rationem habeat: ni faciat, prædicunt euentura eſſe ea, quæ paulo poſt euenerunt.

TREMONIÆ Brandeburgicus & Neoburgicus Principes, auctore & ſuaſore MAVRITIO Haſſiæ Landgrauio, in amicam tractationem Conſenſerunt, vt coniunctis animis & virib. in defenſionem Iuliacenſium ditionum incumberent: poſtquam Düſſeldorpium intromiſſi, & à ciuib. honorifice excepti fuere.

Obierunt:

I. IOHAN. VVILHELMVS, VVilhelmi filius, Dux Iuliæ &c. abſq; hærede maſculo, 25. Martii, ætat. 47. Duſſeldorpii.

II.

5579 II STEPHANVS ILIESHAZA, Palatinus Hungariæ, Comes Trenſchinienſis, patriæ libertatis vindex. 1609 5580

III. IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, Iulii Cæſaris filius, 12. Cal. Febr. hor. 4. matut. ætatis 68. Lugduni Batauorum: Cum vberioribus lacrymis deploraſſet nimiam viuacitatem ſuam, quod ad ea vſque tempora duraſſet, quibus in dubium vocaretur meritum & ſatisfactio Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quem ſe propediem viſurum eſſe confidebat, ſedentem ad dextram Patris Omnipotentis. *Baudius orat. funebri.*

IV. CAROLVS CLVSIVS Attrebas, Botanicus excellens, 4. Aprilis Lugduni Batauorum: Cum 84. annum ingreſſus eſſet, & cœlebs ſemper vixiſſet.

V. IACOBVS ARMINIVS, Theologus Leidenſis, ætatis, 49. m. Octobris, Lugduni Batauorum.

VI. M. ANTONIVS DEL RIO, ICtus Hiſpanus, Ieſuita, Conſiliarius Regius in Cancellaria Brabantiæ.

VII. NICOLAVS SERARIVS Ieſuita, Cal. Iulii. Moguntiæ.

VIII. OSVVALDVS CROLLIVS, eximius Chymicus Medicus Imperat. Pragæ.

IX. BARTHOMÆVS KECKERMANNVS, Philoſophus Dantiſcanus: in patria. æt. 37.

X. Circa hunc aut præcedentem annum, in Gallia IOSEPHVS QVERCETANVS, IOHAN. RIOLANVS, ANDREAS LAVRENTIVS, clari Medici: in Italia verò FRANCISCVS PICOLHOMINEVS, mortui ſcribuntur.

5580 VNIO præcipuorum Principum & ſtatuum Euangelicorum Halæ Sueuorum ſub initium anni firmatur. 1610

In eodem conuentu inclytus Hæros CHRISTIA-

NVS

5580 NUS Princeps Anhaltinus belli Iuliacensis Imperator creatur. 1610
HERBIPOLI ex parte Pontificiorum ab Ecclesiasticis & politicis personis quam plurimis conventus celelebratur.
Finito conventu Halensi & Herbipolensi passim exercitus cōscribitur in Germania, & extra Germaniam, partim pro Brandēburgico & Neoburgico, partim pro Leopoldo Archiduce.
In Austria religionis exercitium quarto etiā seu plebeio statui à Rege MATTHIA permittitur mense Martio.
PRAGÆ conveniunt Electores, Moguntinus, Coloniensis, Saxo: Princeps item Brunsvicensis, & Ludovicus ac Philippus Landgravij; itemque Maximilianus & Ferdinandus Archiduces Austriæ: reconciliaturi MATTHIAM Regem Imperatori, & motus Iuliacenses composituri.
Circa initium Maij CHRISTIANUS Princeps Anhaltinus, à Rege Galliæ secundùm iam in Hollandiam adveniens, cum Dusseldorpium inde profecturus esset, incredibili celeritate, una cum Henrico Friderico Nassovio, Leopoldi Archiducis copias ad Mosam oppressit: victorque à Marcoduranis primum, deinde à Principibus Dusseldorpij honorificè fuit exceptus.
Bellum Alsaticum ardet: in quo Dachstenium, Motsiga & Moltzhemium occupantur à Principibus vnitis.
CHRISTIANUS II. Elector Saxoniæ certis conditionibus feudum Ducatus Iuliacensis pro se & tota domo Saxonica accipit ab Imperatore 7. Iul. Pragæ.
IULIACUM à CHRISTIANO Principe Anhal

5580 tino & MAURITIO Comite Nassovio sub finem Iulij St. N. obsessum, ultim. Augusti deditionis consilia init. Memorabilis fuit hæc obsidio, non solum copiarum splendore, & actorum cuniculorum artificio: sed & quod toto illius tempore obsidentes nulla vel cœli injuria, vel morborum violentia, vel victus penuria, vel animorum (quamvis diversæ gentes, Galli, Angli, Scoti, Belgæ, Germani, sub uno Imperatore CHRISTIANO Principe Anhaltino militarent) distractio afflixit: quodque ipsos Principes gloriosissimos, duo belli fulmina, CHRISTIANUM Anhaltinum & MAURITIUM Nassovium, nulla incendit æmulatio, neutro alterius gloriam in sui imminutionem accipiente. 1610

REX magnæ Britanniæ, accepto de Galliæ Regis nefarie interfecti nuncio, Iesuitas & sacrificulos omnes ex Regno suo proscribit.

LUDOVICUS, Henrici IV. Galliarum Regis filius, anno 9. ætat. Rex Galliæ declaratur, summa regni procuratione ad MARIAM Reginam viduam delata.

IOHANNES Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, mortuo FRIDERICO IV. Electore Palatino, vi testamenti à Frider. Electore conditi administrationem Electoratus Palatini adit: Neoburgico auream bullam frustra testamētariæ constitutioni opponente.

DUISBURGI Clivorum m. Septemb. celebratur synodus ecclesiarum reformatarum in ducatu Iuliacensi, Clivensi, Bergensi.

LUTETIÆ 26. Novembris Parlamentum damnat librum ROBERTI BELLARMINI de potestate summi Pontificis in temporalibus.

Hoc anno plurima à Pontificiis scripta in Gallos sunt edita, quibus Iesuitæ cædis regiæ rei peraguntur, digni-

5580 dignique declarantur, qui ad Garamantas ablegentur. 1610

Obierunt:

I. HENRICUS IV. Rex Galliæ & Navarræ, à sicario nefarie interfectus 14. Maij. St. N. Lutetiæ. ætatis 57.

II. FRIDERICUS IV. Comes Palatinus, Imperij Elector. 9. Septemb. St. V. Heidelbergę. ætat. an. 36. mens. 6.

III. EBERHARDUS, Episcopus Spirensis: febri ardenti: Vdenhemij, sub finem Sept. successit Philippus Christophorus à Sœtern.

IV. FRIDERICUS MAURITIUS Iohãnis Georgij Principis Anhaldini generosissimus filius, Lugduni in Gallia sexto Kalend. Septemb. cum vixisset an. decem: mens. sex. dies duos.

OTHO Comes Solmensis in Braunfels, aulæ Heidelbergensis Mareschallus. Occubuit in bello Alsatico. 23. Iunij. ętat. 39.

VI. PETRUS de GUSMAN, Comes Fontanus, Gubernator Mediolanensis. 22. Iulij St. N. Mediolani ętat. 85.

VII. GUILIELMUS ARAGOSIUS Medicus 13. Maij. ęt. 97 Basileæ.

VIII. AMANDUS POLANUS à Polansdorff, Silesius, Theologus Basiliensis. C. S. E. 18. Iulij. ætatis 49.

IX. IOHAN. PAPPUS, Theologus Argentinensis. Iulij. ętat. 61.

X. POLYCARPUS LEYSERUS, Theologus Saxonicus. 22. Febr. Dresdę. ætat. 58.

XI. THOMAS COCCIUS, Medicinę D. & Ethices in Academia Basiliensi professor.

XII. IABOBUS ZVINGERUS, Phil. & Med. D. & Græcæ linguæ in Acad. Basiliensi Professor. 10.

XIII. HENRICUS IUSTUS, Ecclesiæ Petrinæ a

1581 vsque dum templum in suburbio ædificetur: promissa etiam defensio adversus Episcopum, si quid contra moliatur. 1611

SALMURI in Gallia conventus reformatarum ecclesiarum celebratur.

ROTEMBURGI ad Tubarim Principes uniti congregantur, m. Augusto. Mittit eo legatos suos Cæsar.

IOHANNES Com. Palatinus Rheni, Administrator Electoralis Palatinatus, confirmatur ab Imperatore in Possessorio, dum aliter vel lege vel transactione res componatur 30. Iulij. St. N. Pragæ.

NORINBERGÆ Electores Imperij m. Octobri de salute Imperij consultant, missisque Legatis Pragam, Cæsarem officij commonefaciunt.

VILNÆ in Lithuania, Iesuita SCARGA classicum canente, 2. Iulij St. N. Pontificij cœtū Protestantium invadunt, Crosnovicium Theologię Doctorem ex ęditiore templi loco pręcipitem agunt, in quo pręcipitio ille & crus fregit, & totum corpus misere labefactavit. Rectorem Scholę & alios verbi ministros ita tractant, ut semivivi è cœtu efferrentur.

SIGISMUNDUS Rex Polonię Smolensko occupat: Vilnam ingreditur victor. 24. Iul. St. N.

Bellum Danicum & Suecicum ardet: in quo Calmaria Dano prodita.

ANDREAS MELVINUS Scotus ad petitionem Ducis Bullionæi liberatur è custodia Londinensi, & fit Professor Theologiæ Sedani.

AQUENSES, pertæsi persequutionum Papisticarū, mense Iulio Iesuitarum Collegium invadunt: claves urbis ad se recipiunt: eligunt ex civibus qui vices Magistratus tantisper subeant, dum aliter Reipub. prospiciatur.

COLONIÆ Reformati duriter tractantur: multi

5581 Obierunt: 1611
I. CAROLUS, Rex Sueciæ: sub finem anni.
II. CHRISTIANUS II. Elector Saxoniæ, 23. Iunii. St. V. Dresdæ.
III. HERMANNUS, Comes à Berge. Spadę, mense Iulio.
IV. PETRUS WOKIUS VRSINUS, Rosenbergicę domus Regens. 11. Novemb. St. N. in Bohemia.
V. IACOBUS Lectius, Genevæ, 25. Augusti. ætat. 53. dysenteria.
VI. MARCUS BEUMLERUS, Theologus Tigurinus, peste. 31. Iulij.
VII. VALENTINUS Schönerus, Theologus Marpurgensis, peste.
VIII. GREGORIUS Bersmannus, Poeta. Servestæ. 5. Octob. æt. 74.
IX. MARTINUS MYLIUS, Rector Gymnasij Gorlicensis. 27. Iulij. ętat. 69.
X. NICOLAUS MENIUS, Theologus Marchicus, Küstrini. m. Febr. septuagenarius.
XI. FRANCISCUS VIRLINGUS, Theologus Vratislaviensis. ætat. 73. die 20. Iunij.
RUDOLPHUS II. Imperator moritur Pragę 10. Ianuarij, S. V. ętat. anno 59. m. 5. d. 23. 1612
ERNESTUS Archiepiscopus Coloniensis, Dux Bavarię, obiit 7. Februarij, ęt. 58.
HIPPOLYTUS à Collibus Electoratus Palatini Consiliarius, moritur Heidelbergę, 2. Februarij S. V. ætat. 51.
Nati sunt:
I. HENRICUS TURRIUS, Dux Bullionæus, Vicecomes Turrenius N. 1555. m. Septembri.
II. PHILIPPUS Mornayus Plessiaci Marliani Dominus, vir celeberrimi nominis, N. 1549. 11. Novembris.

III. Io



INDEX RERVM ET NOMINVM MEMORABILIVM: QVORVM in hoc libro fit mentio.

A.

hadad

Æra

Asdru-

capit Ægyptum, 119. Herodi confirmat regnum, ibid. ampliat, 121. triduo triumphat, 120. claudit Ianum, 120. dicitur pater patriæ, ibid. accipit potestat. Tribunit. ib. sanitati restituitur, ib. respuit currum & coronam auream, 122. vetat se Dominum appellari, ib. Agrippæ filios adoptat, ib. proficiscitur in Galliã, ib. emendat annum, 124. Tiberium vocat Imp. ibid. Caium in forum deducit, ib. consecrat Martis templum, 128. filiis Herodis distribuit hæreditatem, 134. Tiberium adoptat, & in Germaniam mittit, ibid. clamat, *Quintili, redde legiones*, 134. cõdit testamentum, 135. mor. ib. eius triumuiratus, 112. collatio cum Salomone 113
Augustus Dux Sax. Elect. nasc. 654 520. celebrat nuptias primas, 574. secundas, 698. succedit fratri, 587. accipit feuda, 626. Gotham occupat, 642. Peucerum ex carcere emittit, 698. mor. 699
Augustus II. Dux Saxon. nasc. 612
August. Com. Palat. Rheni nasc. 676
Augustus Marchio Brand. nasc. 668
August. Dux Brunf. & Lun. nasc. 633.665
August. Dux Sax. Laoburg. nasc. 636
August. Princeps Anhalt. nasc. 652
August. Dux Holsat. occumbit 764
Auicenna nasc. 332
Auitus ex Imp. fit Episc. 270
Aurea bulla edita 575
Aurei velleris ordo incipit 389
Aureliana vrbs obsidetur, 248. Nauarræo se dedit 707
Aurelianus Imp. 185. seuerus disciplinæ custos, ibid. occiditur 186
Aurelius Verus Imp. 168. miraculose impetrat pluuias, 175. mor. 169
Aurum signatum vsurpari ceptũ 66
Ausonius Poeta fit Consul 219
Austria fit Ducatus 335
Austriacos Monarchas non decet esse præcipites 609
Axella occupatur 698
Azo mor. 346
Azores Insulæ occupatæ 697

B

Baasa extirpat posteritatem Ieroboam, 16. fit Rex ibid. mor. 18
Baboteza à Turcis occupatur, 590. à Christianis 708
Babylas Martyr. 183
Babylon capta à Cyro, 30. à Dario, 33. à Solymanno 543
Babylonica captiuitas 26
Bacchides cum Ionatha pacem facit 76
Badensis disputatio 519
Baiazetes I. Turcarum Rex, 380. Lazarum Bulcum in frusta concidit, ib. vincit Sigismundũ, ib. vincitur à Tamerlane 380. seipsum interimit 384
Baiazetes II. fratrem vincit 440 capit Methonẽ, 438. mor. 573
Baiazetes cum fratre de Imperio præliatur, 605. strangulat 616
Balaam benedicit Israeli 9

Bo-

Diosco-

Dioscorides floret, 117
Dioscorus Flauianũ in Synodo curat occidi, 246. in exilium pellitur, 248
Disputatio habetur Londini, 518
Distantię trium Punicorum bellorum, 59
Ditenbergius contra Lutherum, 516.
Ditericus Baro à Zerotin moritur, 744
Ditmarsi vincuntur 605
Dium expugnatur, 549. frustra oppugnatur, 551
Dixmuda occupatur, 687
Dominicus nasc. 340. instituit Ordinem prædicatorum, 345. morit. 350
Dominicus Catalusius Lesbi Princeps cœsus 426
Dominicus de S. Geminiano floret, 448
Dominicus de Pisis crematur 456
Domitianus nasc. 148. fit Imper. 156. primus se Dominum & Deum appellari iubet 156. occiditur, 157
Domitius Labeo floret, 162
Domitius Calderinus floret, 434
Donatus Grammaticus floret, 209.
Donatus Ianetius Italus, 645
Dorothea Regina Daniæ moritur, 636
Dorothea Brunsuicensis nubit, 686. Danica, 658. Mansfeldica, 697. Palatina, 685. Saxonica, 681
Draconis leges, 25
Dragutes Raisus occupat Africam, 578. Tripolin, 581
Dregella occupatur, 584. recuperatur, 674
Drusi subiugati, 668
Drusoburgum deficit ab Ordinib. 665. occupatur, 697
Drusus nasc. 116. vincit Rhætos, 121. incidit in insidias Germanorum, 125. in Germania moritur, 125
Drusus Tiberii filius veneno necatur, 136
Drusus à Tiberio necatur, 143
Duglossus mor. 440
Duisburgum occupatur, 685
Dumkerka occupatur, 697
Dura expugnatur, 558
Dux Parmensis. *Quære* Alexander Farnesius.
Dynus Mugellanus mor. 366

E.

EBer nasc. 3. mor. 6
Eberhardus Dux VVirtenberg. prædicat suos subditos, 437. fit Dux, 454. mor. ib.
Eberhardus Mollerus nasc. 522. mor. 710
Eboracensis Episcopi fortuna, 532.
Eccius Salmensis Comes occupat Vesprimium & alia loca, 626. mor. 649
Eccius contra Lutherum, 486. cum Luthero disputat, 486. cum Caroloſtadio, ibid. cum Philippo colloquitur, 554. Quære *Ioannes Eccius.*
Ecclesiarum visitatio sub Iosaphat, 16
Eclipses vnde supputandæ, 133
Eclipsis Solis, 27. 40. 42. 48. 69. 111. 135. 147. 150. 157. 182. 207. 210. 233. 177. 293. 294. 387. Lunæ, 41. 48. 51. 84. 134. 155. 294.
Edita Ottonis I. Coniunx mor. 305.
Eduardus Rex Angliæ mor. 316

Epa-

Epaminondas Dux Thebanorũ 46. mor. 47
Eperyes occupatur 699
Epicharmus floret 28.34
Epicurus mor. 59
Epidemica lues 668
Epiphanius floret, 216.224. est in Concilio Rom. 220. morit. 228
Episcopatus Aistetensis fundatus, 293. Bambergensis, 310. Bremensis, 296. Frisingensis, 293. Halberstatensis, 295 Herbipolensis, 293. Magdeburgensis, 307. Pomezanensis, 353. Pragensis, 372. Vltraiectinus 289
Epocha Alphonsi incipit 356
Erasmus Roterodamus nasc 431. edit adagia, 459. Enchiridion militis Christiani, 461. μωρίας encomium, 467. Latinum N. Testamentum, 478. Hyperaspisten, 519. Apologiam de libro Colloquiorum, ib. librum de amabili Ecclesiæ concordia, & de præparat. ad mortem, 539. excusat se apud Campegium, 487. inconstans & varius est in religione, 496 502 non probat Lutheri asperitatem erga Regem Angliæ, 500. scribit contra Huttenum, 506 contra Lutherum, 509. bellum mouet Ciceronianis, & iudicat de suo stylo, 524. abit Friburgum, 526. inuehitur in Euangelicos, ibid. recitat mirabilem historiam, 539 renouat certamen cum Luthero, 542 mor. 548. eius iudicium de Luthero, 485. 487. 488. 548. de Phil. M. 616. de facto Oecolampadii, 492. de Inquisit. Hispanica 505
Erasmus Braun seruat Comaram contra Turcas 712
Erasmus Oswaldus Schreccefuchsius mor. 666
Erasmus Reinholdus nasc. 511. mor. 559
Erasmus Sarcerius mor. 607
Eratosthenes nasc. 58
Ercases Imirsa attrahit Turcas in Persiam 573
Erdekum occupatur 733
Erdeuda occupatur 606
Erdmudes Brandeburgica nubit 619
Eremita primus 184
Erfurtum muris cingitur, 317. comitia ibi celebrantur, 337. 365
Erhardus Schnepfius nasc. 454. est vnus ex Collocutoribus VVormat. 605. mor. 604
Ericus XIV. Rex Sueciæ succedit patri, 615. bellum gerit cum Rege Daniæ 613. 616
Ericus Dux Brunſ. mor. 554 vincitur, 569. mor. 631.684
Ernestus Archidux Austriæ nasc. 588. Bruxellas ingreditur, 732. Ordines hortatur ad pacem, 734. mor. 742
Ernestus Dux Bauariæ nasc. 590. fit Archiepisc. Colonienſ. 688. occupat Bonnam, 691. feudum accipit 679
Ernestus Dux Sax. Elector nasc. 400. mor. 444
Ernestus & Augustus Duces Holsatiæ à Turcis occisi 747
Ernestus & Albertus Duces Saxoniæ pueri rapiuntur, 417. partiuntur inter se prouincias 443
Ernestꝰ Archiepisc. Magdeburg. mor.

F.

Fer-

nupt. celebrat,623. secundas, 695.
Franciscus Dux Luneb. subscribit Confess. Aug. 530. mor. 578
Franciscus Iulius Dux Sax. Lauburg. nasc. 634
Franciscus Otto Dux Lunebu g. mor. 606
Francisc. Dux Brunsu. & Luneb. nasc. 642
Franciscus Medices Dux Hetruriæ mor. 703
Franciscus Dracus circumnauigat totū orbem,667. suscipit expeditionē in Indiam Occidentalem,676. in Portugalliam.690 cum ingenti præda redit,694 Hispanicam, classem profligat, 689. 702.
Francisc Dracus insulam Hispaniolam Hispanis eripit, 696. eorū classem dissipat,702 703 in Americā nauigat,738 mor. 748.789
Franciscus Comes Nadastius occupat Tattam. 790
Franciscus Almeida profligat classem Campsonis, 469
Franciscus Sfortia mor. 544
Franciscut Ladigerius occupat Gratianopolin,716. Viennam ibid. soluit obsidionem Bertay. ibid.
Franciscus Nadastius obsidet Albam Regalem,703. occupat aliquot arces. 707
Franciscus Verdugo deserit obsidionem Couerdæ 708
Franciscus Ordinem Minorum instituit,348. mor. 351
Franciscus Cheregatus legatus Pontificius, 498
Franciscus Zabarella fit Cardinalis,386. mor. 388
Franciscus à Sickingen nascitur, 440. mor. 508
Franciscus Balduinus mor. 647
Franciscus Burchardus nascitur. 465 mor. 611
Franciscus Curtius Papiensis floret. 535
Franciscus Dryander mor. 586
Franciscus Duarenus mor. 607
Franciscus Faber moritur, 626. 647
Franciscus Guicciardinus moritur, 554
Franciscus Hotomannus nascitur,511. mor. 718
Franciscus Iunius nasc. 563. claret, 698
Franciscus Lambertus moritur, 561.
Franciscus Lanouius mor. 723
Franciscus Maurolycus moritur, 613
Franciscus Petrarcha nasc. 366 laurea ornatur, 372
Franciscus Philelphus nasc. 381. floret,393 mor. 440
Franciscus Piccolomineus nasc. 477.
Franciscus Pizarrus subigit regiones Peruanas,519. multas ibi condit vrbes, 535
Franciscus Portus Cretensis nascitur,472. mor. 678
Franciscus Robortellus moritur 631
Franciscus Spiera desperat 573
Franciscus Stancarus errat de Christo 581
Franciscus Vatablus professor Ebr. linguæ,532. mor. 572
Franciscus Virlingus nasc. 558
Frãciscus Xauerius Ignatii Loiolæ socius moritur 598
Francisc. Oliuarius mor. 618

Frna-

G.

gubernator Bohemiæ, 399. 410. colloquitur cum parasito 415. fit Rex, 423. Matthiam ad regnum Vngariæ promouet, ibid. liberat Fridericum Imp. obsessum à ciuib. 427 eius filii fiunt Principes Munsterberg. ib. mor. 433
Georgius Dux Saxoniæ nasc 433. colloquitur cum Muntzero, 514. mor. 428. 552
Georgius Marchio Brand. nasc. 442. subscribit Confess. Aug. 530. 560. mor. ib.
Georgius Frid. Marchio Brand. nasc. 551. nuptias celebrat, 601. 665
Georgius VVilhelmus Marchio Brand. nasc. 742
Georgius Albert. March. Brand. nasc. 723
Georgius Gustauus Comes Palat. nuptias celebrat, 698. nasc. 620
Georgius Iohannes Comes Palat. mor. 727
Georgius Princeps Anhaltinus nasc. 467. mor. 585
Georgius Castriotus Scanderbegus nasc. 385. astu occupat Croiam patriam, 400. 401. mor. 431
Georgius Fronspergius nasc. 435. fundit exercitum Italicum, 519. capit Romam, 521. mor. 525
Georgius Landgrauius Hassiæ nasc. 570. nupt. celebrat 612. mor. 747
Georgius Dux Brunf. & Luneb. nasc. 676
Georgius Dux Megapolitanus mor. 585
Georgius Ernestꝰ Princeps Henneberg. nasc. 680. mor. 683
Georgius Rudolphꝰ Dux Lignic. & Breg. 355. nasc. 742
Georgius Dux Lign. & Breg. nasc. 5.1. nuptias celebrat, 563. mor. 699
Georgius Eberhardus. Comes Solmensis nupt. celebrat 741
Georgius Comes Serinensis obsidet Albam regalem, 703. occupat aliquot arces 707
Georgius Comes VVirtembergicus mor. 693
Georgius Fridericus March. Badensis nasc. 646
Georgiꝰ Andreas Baro ab Hoffkirchen capitur 702
Georgius Sigismundus Seldius IC nasc. 478 mor. 624
Georgius Thurius Vngarus prælians occumbit 638
Georgius à Dyhern nasc. 571
Georgius à Czedlitz mor. 655
Georgius Agricola nasc. 452. mor. 595
Georgius Buchananus nasc. 466 mor. 677
Georgius Cardius est vnus ex Collocutoribus VVormat. 605
Georgius Cassander nasc. 477
Georgius Cedrenus Chronographus 314
Georgius Cracouius IC. nasc. 518 mor. 655
Georgius Fabricius nasc. 479. mor. 640
Georgius Maior nasc. 462. colloquitur cum Maluenda, 564. bona opera ad salutem necessaria contendit, 581. mor. 650
Georgius Nigrinus publicat Chronologiam 637
Georgius Obrechtus nasc. 571

H

Hen-

Herbor.

I

Br. nasc. 642. nuptias celebrat 734
Iohannes Georgius March. Br. nasc. 659. 751. fit Episc. Argent. 725
Iohannes Austriacus nasc. 570. vincit Mauritanos, 608. ingentem classem Turcarum, 612. copias Belgicas, 680. fit gubernator Belgici, 606. hostis patriæ proclamatur, 697. mor. 663
Iohannes Basilius M. Dux Moscouię nasc. 524. expugnat Cazanum, 582. Astracanum, 590. Polotiam, 602. multa Liuoniæ oppida, 698. mor. 684
Iohannes Dux Britanniæ ruina muri conteritur 366
Iohannes Dux Holsatiæ mor. 668. nasc. 563. nuptias celebrat 708
Iohannes Comes Isenbergicus Elect. Treuirensis mor. 596
Iohannes Adolphus Dux Holsatiæ nasc. 652. fit Archiepiscop. Bremensis, 691. nupt. celebrat 646
Iohannes Dux Slesuigæ & Holsat. nasc. 649
Iohannes Wilhelmus Dux Iuliacens. nasc. 616. nupt. celebrat 693
Iohannes Dux Northumbriæ decollatur 520
Iohannes Albertus Dux Megapolit. nasc. 517. mor. 695
Iohannes Dux Megapolit. mor. 727
Iohannes Christianus Dux Lign. & Breg. 355. nasc. 723
Iohannes Georgius Dux Lignic. nupt. celebrat, 676. mor. 727
Iohannes Dux Glogouiæ Ducatu pellitur 445
Iohannes Princeps Anhalt. mor. 582
Ioannes Georgius Princeps Anhalt. nasc. 610. nupt. celebrat 741. 708
Iohannes Ernestus Princeps Anhalt. nasc. 661
Iohannes Casimirus Princeps Anhalt. nasc. 747
Iohannes Frid. Dux Brunsuic. & Luneb. nasc. 519. 600
Iohannes Dux Br. & L. nasc. 646. 681
Iohannes Dux Olsnens. & Monsterberg. mor. 614
Iohannes Fridericus Dux Pomeraniæ nasc. 551. nupt. celebrat 609
Iohannes Augustus Com. Palat. nasc. 652
Iohannes Comes Hoiensis obiit 649
Iohannes Comes Nassouiæ nasc. 545. aperit Gymnasium Herbornense 685
Ioh. Gunth. Comes Schwartzburg. mor. 700
Iohannes Comes Arenbergius occumbit 605
Iohannes Orientalis Frisiæ Comes mor. 724
Iohannes Comes Isenburg. obiit 596
Iohan. Comes à Manderscheid mor. 705
Iohan. Picus Comes Mirandulæ nasc. 428. floret, 442. mor. 452. eius proces, ib. defendit Sauonarolam 455
Iohan. Comes Tarnouius Moldauum vincit, 535. mor. 615
Iohannes Hunniades insignis bellator, 397. Turcarũ 20000. cædit,

Iosephus Mascardus mor. 709
Iosias Rex Iuda, 24. 25. occumbit. ibid.
Iosias Simlerus nasc. 533. morit. 696.
Iosippus interficitur, 16
Iosua nasc. 8. introducit Israelitas in Canaan, 10. mor. 11
Iotham Rex Iudæ mor. 22. 23
Iouinianus Imper. Christianus, 214. mor. ibid.
Iouius celebrat Rodulphum Agricolam, 403
Irenæus scribit contra Hæreticos, 123 scripto defendit Ecclesias Asianas, 126
Irene cum filio suscipit Imperiũ. 300. à filio capitur, 301. priuat filium oculis, 296. morit. exul. 297
Irlandia occupatur, 697
Irnerius Lucerna Iuris floret, 307. mor. 344
Isaac nasc. 5. nuptias celebrat, 6. promittitur ei Christus, ibid. mor. 7
Isabella nubit Carolo V. 506. in partu extinguitur, 553
Isabella Hispanica nubit, 802
Isidorus Episc. Hispalensis floret 287. obiit. 595
Islanes Chamus Tataricus regno expellitur, 702
Ismael nasc. 5. mor. 6
Ismael Rex Persarum vincitur, 508. mor. 521. 606
Ismael Bassa obsidet Varadinum 750.
Isocrates nascitur, 40. moritur, 50.
Israelitæ exeunt ex Ægypto, 9. transeunt Iordanem, 10. petunt Regem sibi dari, 18. deficiunt à Deo, 17
Israelitici regni finis, 19
Istri vincuntur 63
Isenburgicus Comes ritus Ecclesiasticos in suo Comitatu conformat Palatinis Ecclesiis, 744
Italia primum videt elephantos, 69
Iuanogrodum occupatur, 705
Iubentius Celsus floret, 115
Iubilæi celebratio instituta, 306. translata in annum, 48. 366. tertio facta, 666. pereunt homines, 190. calcatione, 405. contracta ad 25. annum. 404. octauo habita 490
Iudaicarum rerum initium, 5
Iudæa capta, 500
Iudæi abducti in Babel, 21. redeunt, 30 31. sabbato pugnant, 72. faciunt fœdus cum Rom. 79. excutiunt iugum gentiũ, 75. eorum nomen definit, 104. cum Christianis Roma pellũtur, 108. à Propheta Ægyptio concitantur, 109. deficiunt à Rom, 163. multa eorum millia occisa, 103. in Marchia cremantur. 502
Iudaici regni finis, 104
Iudas Maccabæus vincit hostes, 74. Nicanorem, 75. occumbit, ibid.
Iudas prodit Christum 100
Iudicium Spiræ institutum, 405
Iudicii extremi dies inepte prædictus, 527
Iudith vxor Esau, 6
Iudith historia, 31
Iugurtha capitur, 84
Iulia Pompeii vxor in partu extinguitur, 99

Digitized by Google

Iu-

iunior nasc. 518. capite plectitur, 631
Iustus Lipsius nasc. 570. claret, 651.
Iustus Menius nasc. 457. morit. 604.
Iustus Vulteius mor. 653
Iuuencus Hispanus claret, 204

K.

Kexholma occupatur 715
Knipperdollingus candentibus forcipibus necatur, 546
Knodsenburgum obsidione liberatur, 720 721
Kochenhusium oppugnatur 657
Krautvvaldus spargit suum dogma de C.D. 519
Kuuara occupatur, 623
Kylia occupat, 705
Κυρήνιος Cos. qui censum egit nato Christo, 123

L.

Labosardach Rex, 29
Lacedæmonii vincũt Athenienses, 38. 42. fœdus cum iis faciunt 38. pacem, 41. violant, ibid. vincuntur à Conone, 42. à Chabria, 45. à Thebanis, 47. 48.
Lactantius Firmianus floret. 200
Ladislaus Rex Vngariæ, 39. moritur. 321
Ladislaus Posthumus, 397. 398. infans vngitur in Regem, ib. 405. dimittitur à Friderico Imp. 410. Vlrico Comiti Ciliç curia, regia interdicit, 414. reuocat eum, 416. coronatur Rex Bohemiæ, 414. nunquam Hussitarum intrauit templa, ib. Vratislauiam venit, ibid. prædicat virtutes Hunniadis 421. mor. 422
Ladislaus Hunniades obtruncat Comitem Ciliæ, 420. decollatur, 421
Ladislaus Kereczinius proditorie dedit Gyulam Turcis. 626. 627. dat pœnas proditionis, ibidem.
Lælii sermo de amicitia, 81
Lagidarum regnum, 52
Lagk occupatur, 740
Lambertus Schaffnaburg. 320
Lambertus Danæus mor. 748
Lambertus Ludolphus Helmius Pithopæus nascitur, 545. moritur, 749
Lamech nasc. 2. mor. ib.
Lamoralus Comes Egmondanus decollatur, 632
Lampertus Distelmeyer nascitur 503. mor. 709
Lancellottus Decius mor. 477
Landersi expugnatur, 558
Landgrauiorum Hassiæ stirps, 353.
Lanfrancus refutat Berengariũ, 315. mor. 321
Lanienæ horrendæ in Gallia, 642.
Laodice Antiochi coniunx, 59
Laodicea terræmotu corruit, 151 occupatur, 341
Laonicus Chalcondiles, 426. 427.
Lateranense Concilium, 315. 349.
Latini vincuntur, 34. 347
Latinus Rex, 11. 12. occumbit, 11
Laurentius Riolus Dux Venetus mor. 606
Laurentius Surius mor. 665

Digitized by Google

Lu-

Lu-

Mardonius interficitur 31
M. Anton. Maiorragius mor. 595
M. Anton. vida poeta moritur 629
Margaretha filia Maximil. I. [illegible] 534
Margaretha Austriaca nubit, 763 mor. 700
Margaretha Valesia mor. 576. nubit 645
Margaretha Anhaltina nubit 706
Maria nasc. 122. desponsatur, 125. concipit & parit Christum, 126. 127. eius Canticum 126. sistit filium in templo, 132 mor. 147
Maria Regina Angliæ veterem relig. reducit, 587. nubit, 590. mor. 603
Maria Austriaca nubit, 705. Auraica, ibidem Bauarica, 643. Brandeburgica, 550. Brunsuicensis, 705. Burgundica, 437. & mor. 440. 441. Iuliacensis, 648. Lusitanica, 607. Mansfeldica, 703 Pomeranica, 661. Saxonica, 547. Scotica, 611. 620. incarceratur, 705 decollatur 603
Maria Vngariæ Regina Caroli V. soror 603
Maria Scotię Regina securi percussa 701
Mariæburgum vrbs Prussię condita 361
Marianorum Ordo 343
Marianus Scotus nasc. 312. fit Monachus, 314. mor. 322
Marianus Socinus mor. 598
Marius capit Iugurtham, 76. triumphat, ib. Aquilam dicat Rom. legionib. ib. vincit Teutones, 75. 86. interficit duos, 85. bello petit Syllam, 88. occupat Romam. 89. mor. ib.
Maronitæ subiugantur 708
Marpurgense Colloquium 527
Marquardus Freherus nasc. 613
Marsilius Ficinus floret, 442. defendit Sauonarolam 456
Marsilius Patauinus scribit contra PP. 370
Marsilius de Ingenheim primus Rector Heidelbergensis 379
Martialis floret 156
Martis templum Romę dedicatur 46
Martini arx occupatur 702
Martinus militiam deserit, 208 209. fit Episc. Turonens. 218. excipitur conuiuio ab Imp. 211. mor. 226
Martinus V. PP. 388. moritur 393
Martinus Borrhaus mor. 611
Martinus Bucerus nasc. 446. deserit Monachatum, 495 edit Arbogastum, 523. quædam retractat de C.D. 546. colloquitur cũ Maluenda, 564. in Angliam proficiscitur, 575. mor. 582. effoditur & crematur, 592 593. honori suo restituitur 609
Martinus Chemnitius moritur 701
Martinus Cromerus mor. 614
Martinus Crusius nasc. 521
Martinus Dorpius mor. 517
Martinus Forbisserus ingentem auri copiam refert ex nouis Insulis, 657. occumbit, 735.
Martinus Gerstman Episc. Vratisl. mor. 694
Martinus Heluigius nasc. 479. mor. 601

Merouæus Francorum Rex 246
Mersburgensis Scholæ aperta 559
Mesites Bassa ab obsidione Rhodi depellitur 439
Mesopotamia occupatur 543
Mesue Medicus floret 338
Metellus vincit Pseudophilippum, 79. Macedoniam facit prouinciã, 78. Cretenses premit obsidione, 81. moritur ibid.
Metensis vrbs occupatur 584
Methodius baptizat Ducem Bohemorum 301
Methone capitur 49. 458
Methonis cyclus editus 42
Mexico occupatur 491
Michæ historia 10
Michael Archangelus mor. 265
Michael Valachiæ Regulus à Turcis deficit, 715. Turcas & Tataros cædit, 764 768. Imperatoris legatis præstat homagium, 752. multas vrbes vastat 781
Michael Beutherus nasc. 503. mor, 705
Michael Lopezius Legaspe nouas reperit Insulas 619
Michael Neander mor. 744
Michael Psellus floret 314
Michael Seruetus crematur. 588
Michael Sidonius concionatur de Missa, 570. mor. 615
Michael Stifelius mor. 611
Michael Teuberus mor. 709
Micheas claret 191
Middelburgum capitur 647
Mieslaus Polonor. Dux baptizatur, 306. erigit duas Ecclesias, ib. mor. 309
Mieslaus Dominus Silesiæ 339
Milites, qui Phocam elegerant, consumpti 284
Milo occidit Clodium 101
Miltiades profligat exercitum Darii 30
Michael Hospitalius moritur 646
Mindarus Dux Spartanus occumbit 40
Miriam & Mariæ Cantica conferuntur 116
Misna condita, 303. Ecclesia ibi constituta, 304. Schola, 559. occupata 567. de cœlo tacta 569
Misnenses ab Hussitis victi 392
Misnia mutat religionem, 552. 553
Misnicus tumultus 556
Missa reformatur VVitebergæ, 504. abrogatur, 511. Argentorati & Basileæ, 527. 528. in Anglia, 573. vernacula lingua celebratur 515
Mithridates interficitur 50
Mithridates omnes Romanos necat, 90. ex Ponto profugit, 91. vincitur, 93. veneno hausto mor. 96
Mitylenæ expugnatæ 91. 426
Modestinus Pistoris nasc. 478. mor. 625
Mœsia occupatur 753
Moguntinorum decretum de Maria 460. 461
Moldauia deficit à Turcis, 706. occupatur 740
Mompelgartense colloquium 703
Monachus expostulat cum Deo 383. veneno necat Imp. in hostia sacra, 368. Paulum mendacii arguẽs extinguitur 517

N

O

Obed auus Dauidis 10
Obotriti ſubacti 338
Ochozias Rex Iſrael moritur 18
Ochozias Rex Iuda occiditur 19
Octauia Claudii filia nubit 149
Octauianus Com. Manſfeld globo ſclopeti necatur 701
Octauius Farneſius Dux Parmenſis mor. 700
Odettus Foixius Lottrech' mor. 525
Odoacer occupat Romam, 257. conſulit S. Seuerianum, 259. Rugios transfert in Italiam, 261. ter vincitur ibid. obſidetur, 261. ſe dedit & obtruncatur 262
Odofredus Beneuentanus mor. 358
Oetmarſum occupatur 752
Ogyges Rex 6
Oldenſela occupatur 753
Olybrius mor. 256
Onuphrius Panuinius mor. 634
Octauianus Ferrarius 645
Olympia Fuluia Morata mor. 595
Olympiades incipiunt 22
Olympias interficitur 50
Onias interficitur 95
Onias emit ſummum Sacerdotium, 70. eius templum 76
Opardys Baſſa fugatur 747
Oppia Virgo Veſtalis damnatur 35
Ophoniel II. Iudex Iſrael 10
Oratores tres occiſi 90
Orchanes occupat Pruſam, 371. fit Imp. ib. mor. 375
Orchauuichotum exuritur 743
Ordinatio Miniſtrorum inſtaurata 515
Ordines Arteſiæ, Hannoniæ & Inſularum Hiſpano reconciliati 664
Oreſtes filium ſuum puerum facit Imperat. 256. trucidatur 257
Origenes naſc. 172. 179. Mammæam docet relig. Chriſtianã 178. componit ἑξαπλᾶ, 179. fit Presbyter 179. mor. 183
Orlandus de Laſſo naſ. 537. mor. 732
Ormuzum Luſitaniæ Regi ſubiicitur 468
Orantius Finęus mor. 595
Oroſius Diocletianũ cõfert cum Pharaone 199
Orthodoxorum perſecutio 260
Oleas vlt. Rex Iſrael 23
Oſius intereſt Synodo Nicenæ, 202
Oſmanes Baſſa occupat Temircapim, 682. Somachiam, 688. ad internecionẽ cæditur, 664. vincitur à Perſis, 664. 679 ſubiugat Tataros, 683. occumbit 739. Derbentum 662
Ordines Belgici de vocando Duce Alenconio deliberant, 667. Hiſpano renuntiant 671
Oſnabrugenſe Collegium inſtitutum, 235. Schola 293
Oſvvaldus Myconius naſc. 445. mor. 586
Otho Imp. naſc. 140. fit αὐτόχειρ 154
Otho M. Imp. multas condit Eccleſias, 304. coronatio eius deſcribitur, ib. inſtaurat monaſteria, 302. Romæ coronatur, ib. fundat Archiepiſc. Magdeburg. 302. mor. 308

Otho

de Pa-

de Paschate controuersia 166
Paschalis II. PP. excommunicat Imp. 323. coronat Imp. 324. cõcedit ei ius conferendi Episcopatus, 325. rursum ei id eripit ibid.
Paschasius Martyr 241
Passauiensis transactio 601
Patauium occupatur 501
Pathmus Lutheri 530
Paula mulier nobilis mor. 229
Paulillus puer non potest deterreri à fide 241
Paulinus interest Concilio Rom. 218. est familiaris Sulpitio Seuero 226
Parmensis loca aliquot Brabantiæ occupat, 679. Flandriæ, 682 Bruxellas & Mechliniam recipit, 687. Granam & Venolã occupat 696
Paulus vlt. Cos. veteris Romæ 276
Paulus videt Petrum, 134. scribit ad Thessalon. 138. ad Corinth. 139. ad Rom. ib. Hierosolymis ligatur, 149. Romã mittitur, & naufragium patitur, 140. est in libera custodia, ib. liberatur, ib. à Nerone occidit 153.
Paulus II. PP. 430. mor. 433
Paulus III. nasc. 471. fit PP. 543. approbat Iesuit. 545. mor. 576
Paulus IV. fit PP. 699. mor. 606
Paulus primus Eremita, 168. mor. 209
Paulus Episcop. Burgensis floret 392
Paulus Æmilius mor. 529
Paulus de Castro mor. 395
Paulus Diaconus ordinat lectiones festorum 298
Paulus Eberus nasc. 470. est notarius in Colloquio Wormat. 590. succedit Pomerano, 650. mor. 636
Paulus Eremita 184
Paulus Fabricius mor. 715
Paulus Fagius nasc. 464. in Angliam proficiscitur, 575. mor. 581. effoditur & crematur, 582. honori suo restituitur 607
Paulus Iouius mor. 586
Paulus Kinisius Temesvvariensis vincit Turcas 459
Paulus Manutius nasc. 473. mor. 601
Paulus Melissus Schedius nasc. 552
Paulus Nyari capitur, 753. liberatur 751
Paulus Sperat. nasc. 412. mor. 592
Paulus Foxius mor. 685
Paulus Lutherus Medicus mor. 732
Paulus Witychius mor. 705
Pausanias perit fame 36
Pausanias floret 171
Pax nobilis Græciæ, 38. inter Athenienſ. & Lacedæmon. 41. Antalcidæ, 44. inter Carthag. & Rom. 61. cum Parthis, 121. Genserico & Vandalis, 241. inter Polonos & Cruciferos, 448. Carolum Imp. & Regem Gall. 526. Carolum & Protestantes, 533. 584. 587. 581. Imp. & Turcas, 584. in Gallia, 636. 671. inter Regem Daniæ, & Sueciæ, 637. Polonos & Moscos, 674. Turcas & Persas, 712. Polonos, Turcas & Tataros, 760. Moscos & Suecos, 736. inter Regem Galliæ & & Hispaniæ, 754. 755. inter Pontificios & Reformatos in Gallia 755

cæ linguæ, 538 mor. 660
Petrus Dresdensis sub vtraque communicandum sentit, 386
Petrus Galatinus Minorita, 509
Petrus Gualterius Chabotius, nasc. 501
Petrus Lescotus Mathemat. moritur. 664
Petrus Boquinus Theol. 677
Petrus Gillius mor. 595
Petrus Franciscus Iambularius mor. 621
Petrus Lombardus fit Episc Parisiens. 338. mor. 339
Petrus Lotichius secundus nasc. 552. mor. 612
Petrus Maluenda Collocutor. 564.
Petrus Martyr Vermilius nasc. 460. disputat de C.D. 575. moritur. 617
Petrus Monauius mor. 709
Petrus Mosellanus mor. 508
Petrus Franciscus Niuellius capitur, 701
Petrus Nonnius mor. 660
Petrus Paganus Poeta mor. 657
Petrus Palladius mor. 612
Petrus Paulus Parisius Consentinus floret, 489
Petrus Paulus Vergerius morit. 625
Petrus Pithæus mor. 753
Petrus Ramus nasc. 477. truci datur, 644
Petrus Ronsardus nasc. 508. moritur 696
Petrus Stroza globo traiicitur, 601.
Petrus Titus nascit. 557
Petrus Paulus Vergerius fit Euangelicus, 574
Petrus Victorius nascitur, 457. moritur, 700
Petrus Vincentius primus Rector Scholæ Gorlic. 608. moritur, 673
Petrus de Vineis floret, 343
Petrus Viretus mor. 615
Petrus VVesenbecius nasc. 566
Petrus Ximonius mor. 749
Pfefferkorn/ candentibus forcipibus discrepitur, 470
Phalaris Tyrannus, 28 29
Pharamundas primus Rex Francorum, 233 234 mor. 235
Pharao & Diocletianus conferuntur, 199
Pharisæorum initium, 80. eueniuntur, 91
Pharnaces Ponti Rex vincitur, 106.
Phaselus Tetrarcha Iudææ, 114. αὐτόχειρ, 114
Philibertus Marchio Badensis occumbit 618
Philippi villa occupatur, 680
Philippicus fit Imper. 290. gratificatur Monacho, 291. excæcatur, ibid.
Philippi vrbs, 47
Philippinæ Insulæ inuentæ, 556
Philoppopolis occupatur, 375
Philippus Apostolus Martyr, 149.
Philippus Presbyter floret, 243.
Philippus Macedo nascit. 45. fit Rex 47. triplex felicitatis accipit nuntium, 48. Methonam expugnat, 48. vincit Phocenses, ibid. Atheniens. & Thebanos, ib. interficitur, ib.
Philippus Rex Maced. vincitur, 69. mor. 70
Philippus Rex Syriæ, 86
Philippus Tetrarcha Iudææ, 134. mor. 143

fit Magister,476. scripta edit. 484. defendit Lutherum,494 scribit contra articulos rusticorum 515. devisitat. Ecclesiarum 520. Confess. August.529 Apologiam,530.formulā concordiæ,545,cum Eccio colloquitur,584. pluris fit ab hostibus,quam a discipulis,566.refutat librum Interim, 573. est vnus ex Collocutorib. VVormat.596 mor.611. de eo iudicium Ferdinandi Imper. & Erasmi. ibid.
Philippus Theophrastus Paracelsus mor. 556
Philippus Sydnæus moritur, 700.
Philistini fulminibus prosternuntur, 13
Philo legatus Iudæorum, 145
autor libri Sapientiæ, ibid.
Philopœmen necatur, 70
Philosophia secularis defœdat Theologiam, 338
Philoxenus in lapidicinas ducitur, 41
Phlegon Chronograph. floret. 162.
Phocas occidit Mauritium Imper.283.trucidatur, 284
Phocenses Bœotiis bellū inferūt 43.diripiūt templū Delphicū 46.vincuntur. 49
Phocion necatur, 53
Phocylides floret, 28.29
Phœnicia capitur 48
Phormio Terentij acta, 536
Pialis Bassa profligat classem Hispanorum,599. Chium occupat, 612
Picardi, 423
Picentes vincuntur, 57
Pictori manus exaruit, 255
Pilatus in Iudæam mittitur,136. Romam citatur,144. αὐτοχειρ, 145.
Pindarus nasc.30.mor. 40
Pipinus fit Rex Franciæ,293.Ravennam donat S. Petro, 294. mor. ibid.
Piræum Athenis extructum, 36
Pisistratide Athenis pulsi, 31
Pisistratus pellitur Athenis, 28. redit,29.regnat, 28
Piso αὐτοχειρ, 136
Pius II. PP.419.Gregor. Heymburg excommunicat 423.moritur 428
Pius IV. fit PP. 609. in eius coronat.multi homines perierunt,609.mor. 623
Pius V PP.mor. 643.623
Placentiæ ad esum humanarum carnium ventum. 278
Placentinus floret, 344
Plagæ Ægypti, 8
Plassenburgum obsidetur. 605
Platina familiaris Bessarioni,435 mor. 440
Plato nasc.40. mor. 49
Plaua exuritur, 393
Plautus mor. 69
Plescouia obsidetur, 669
Pleuuinta exuritur, 713
Plindenburg occupatur 723
Plinius nasc.136. scribit suum librum,156 mor. ibid.
Plinius secundus floret,159.queritur Traianum de Christianis 160
Plutarchus floret, 150
Poggius familiaris Bessarioni, 435.
Pokuczia occupatur, 535
Poloni vincunt Cruciferos, 386. faciunt cum iis pacem, 431 duos Reges simul eligūt,710. nihil

Prosper Aquitanicus floret, 244
Portasius Rex Arimanorum, 647
Protestantes, vbi sic dicti. 526. conuentū agunt Smalcaldiæ ibid. exhibent Confess. Aug. 528. fœdus faciunt, 529. pacem impetrant, 533
Prudentius nasc. 267. refutat Symmachum, 269. edit libros Cathemericῶn, 321
Prusa occupatur, 372
Prussia ab Imperio auellitur, 431.
Psalmodia Mediolani instituta, 237.
Pseudophilippus, 78
Ptolemæus Alexander Rex Ægypti mor. 89
Ptolemæus Alorites interficitur, 46
Ptolemæus Auletes, 90. à Rom. opem petit, 97. mor. 101
Ptolemæus Ceraunus fit Rex, 56
Ptolemæus Epiphanes, 65
Ptolemæus Euergetes, 61. 78. vincit Seleucum, 60 pellitur. 81.
Ptolemæus Lagi, 52. vincitur, 51. mor. 56
Ptolemæus Lathyrus 30000. Iudæorum interficit, 82. regno expellitur, 55. rursum regnat, 88.
Ptolemæus Philadelphus 56. cū Rom. facit pacem, 58. moritur. 61
Ptolemæus Philometor 70. regno spoliatur, 72. rapit Cleopatram, 79. mor. 78
Ptolomæus Philopator, 63. incipit bellum Syriacum, 61
Ptolemæus Lucensis floret, 361
Ptolemæus Mathematicus floret, 165
Ptolemais occupatur, 341. 545. 363.
Pugna anatum & anserum in Croatia. 703
Pugna ad Abydum, 41. Actiaca, 1.8. ad Ægates, 61. ad Ægospotamos, 42. ad Albam regalem, 703. Alexandri M. successorū vltima, 46. Alliensis, 44. Antissiodorensis, 299. ad Arbela, 51. ad Arginusas, 40. Arthemisium, 31. ad Asculum, 56. Bouiniensis, 379. ad Cannas, 61. Catalaunica, 248. ad Cheronæam, 50. ad Clastidium, 63. ad Clusium, 55. ad Cnidum, 43. ad Coroneam, ibid. Cressiaca, 372. inter Maximilian. & Polonos, 706. ad Cynoscephalas 69. ad Cyzicum, 40. Doriensis, 91. ad Eurymedontem, 36. ad Franckenhusium, 513. ad Granicum, 50. ad Hatuanum, 718. ad Heracleam, 56. ad Issum, 50. ad Ithonem, 21. ad Kerestesch, 747. ad Lacum Regillum, 34. Thrasimenum, 64. Vadimonis, 56. Leuctrica, 46. ad Magnesiam, 68. ad Mantineam, 47. Marathonia, 34. ad Mundam, 109. ad Mutinam, 108. ad Mycalen, 35. ad Naxum, 45. Pharsalica, 101. ad Pidnam, 70. ad Platæas, 35. ad Rauennam, 472. inter Reges Dan. & Suec. 626. Regem Hispan. & Antonium Lusitan. 664. ad Salaminem, 35. Sisseckiana, 710. ad Strigonium, 788. Sucronensis, 90. ad Tanagram, 38. ad Thapsum, 106. ad Thermopylas, 568. ad Ticinum, 64. ad Trebiam, ibid.

Regit qui multos, à multis regitur, 428
Regius mons vrbs Prussiæ conditur, 357
Regni Israeliti finis, 21
Regnum Alexandri M.49. Argiuorum, 6. Atheniensium, 71. Cyri, 36. Dauidis, 10. Hierosolymorum, 323. Lagidarum, 51. Longobardorum, 279. & finis, 295. Macedonum, 19. Nimrodi, 3. Parthicum, 60. Samuelis, 10. Saulis, 11. Sicyoniorum, 3. Tatarorum, 346. Troianum, 9. Turcarum, 365.
Regu nasc.3.mor. 5
Reinerus Reineccius mor. 744
Reinholdus impetrat corpora trium Magorum, 339
Religio Samaritana cepit, 21
Religionis mutatio in Saxonia, 418.480.523. in Misnia, 552. in Palatinatu, 612 in Anglia, 573 598. in Marchia Br. 552
Rembertus Dodonæus mor. 701
Remigius Episc Remensis, 255 Clodouæum baptizat, 164 mor. 277
Remigius Hollaqua Medic. moritur, 660
Renatus Lotharingiæ Dux vincit Carolū Burgundum. 435
Renatus Laudonnierus in Floridam nauigat 617
Reuchlinus agit primā Comœdiam, 446
Reutlinga subscribit Confessio August. 530
Rex Portugalliæ multas vrbes Turcis eripit, 432
Rex inutilis quis sit, 439
Rhenoberga occupatur, 759
Rhingrauius occumbit, 618
Rhinotmetus 304
Rhodium diluuium, 50
Rhodus obsidetur, 439. occupatur, 501
Rhœti subacti, 122
Richardus de S. Victore moric. 333.
Richardus Comes Palat. morit. 599.
Richardus Greinuile repertor Virginiæ, 668
Richardus Binghamus reprimit seditiosos, 706
Richardus à Schulenburg nasc. 569.
Richardus Pacæus incarceratur, 532
Ricimer occidit Anthemiū Imp. 255. mor. ibid.
Riga vrbs, 343. tumultuatur propter Calendarium, 687
Ripa castrum, 439
Robertus Rex Gallæ, 315. moritur, 312
Robertus Dudlæus fit gubernator Belg. 696. capit Drusoburgum, 705. mor. 709
Robertus Essexiæ Comes profligat classem Hispanicam, 753
Robert. Guil. D. Bull. copias ducit in Galliam. 710. moritur, 708
Robertus Barnus fit Martyr. 552.
Robertus Ferrorus fit Martyr. 593.
Robertus Stephanus mor. 608
Roboam fit Rex Iuda, 17. moritur, ibid.
Rochezana Hussita mor. 434
Rolandinus de Romanicis mor. 362.
Roma conditur, 21. capitur, 42. 231.252.257.269.257.267.276.

Rustici mouent bellum, 511. profligantur 513
Rusticiana Boetii vidua ad mendicitatem redacta 277
Rusticorum Liga. 461
Rutaceum serrum Ducum Saxoniæ vnde 341
Ruth venit in Bethlehem 10
Rutheni fidem Christianam suscipiunt, 302. vincuntur 348

S

SAbbatharius annus 10
Sabina Brand. nubit, 608. & mor. 652. Egmondana, 735. Wirtenbergica 672
Sacerdotibus cœlibatus iniungitur 318
Sadducæorum initium 82
Sadit Chamus patruum regno pellit, 692. ambit regnum Polon. ibid.
Saganum, 339. eò transfertur cœnobium Naumburgense, 349. 363
Saguntina fames 61
Saguntum occupatur 63
Saladinus recuperat vrbes Palæstinæ, 342. est humanus erga Christianos, 343. mor. 344
Salah nasc. 3. mor. 6
Salam mor. 6
Salica lex 234
Salmanassaris anni incipiunt 20
Salomon nas. 14. coronatur, 15. condit & dedicat templũ, ib. domum regiam, 12. fit Idolatra, 16 mor. ib.
Saluiorum gens vincitur 82
Saluius Iulianus floret 165
Salustius nas. 90. mor. 117
Saluzziarum Marchionatus occupatur 707
Samaria conditur, 18. obsidetur, 23. capitur, 21. diruitur 81
Samaritana religio cepit 29
Samnites vincunt Romanos, 51. faciunt cum iis pacem, 55. cæduntur 53
Samozkum occupatur 714
Samson opprimitur ruina domus 12
Samuel nas. 12. eius regnum, ib. mor. 11
Samuel Grynæus nas. 552
Samuel Heilandus mor. 729
Sancius de Auila profligat Gallos, 614. Auraici copias 630
Sancta crux noua Insula reperta 457
Sanctes Pagninus mor. 548
Sannasarius mor. 534
Sapientes septem in Græcia florent 24
Sapores Valeriano pro scabello vtitur 185
Sara nasc. 4. mor. 5
Saraceni vincuntur, 291. 321. occupant Hierosolymam 310
Sardanapalus incendio perit 21
Sarvvascha occupatur 745
Saturnalia instituta 32
Saxonicarum Ecclesiarum Confessio à Philippo Melanchthone scripta 581
Saturnus Rex Assyriorum 3
Saturnus tardissimè circumducitur 609
Saul vngitur rex, 13. reiicitur & perit 14
Saxones irrumpunt in Rom. limites, 217. in Angliam 245 bello petuntur à Carolo M. 295. Christianismum suscipiunt, 296.

ficitur 53
Seleucus Callinicus occidit nouercam, 60. vincitur, ib. mor. 62
Seleucus Ceraunus 60
Seleucus Philopator, 69. mor. 71
Sellum Rex Israel 22
Selymus regno & vita priuat patrem, 472. duos fratres vnà cum filiis necat, ibid. vincit Regem Persarum, 475. Mamalucos, 477. Syriam Ægyptum & Iudæam occupat, ibid. Gazam expugnat, ibid. Alcairum, 479. Christianis Sacerdotibus pecuniam largitur, 478. mor. 493
Selymus cum fratre de Imperio præliatur, 599. succedit patri, 618. facit pacem cum Maximiliano, 616. infœliciter aggreditur Tataros, 634. mor. 649
Sem nasc. 2. mor. 6
Semei occiditur 16
Sempronius Gracchus occiditur 82
Sendereuia occupatur 626
Seneca fit præceptor Neronis, 148. necatur ab eo 151
Sennacherib obsidet Hierosolymam, 24. interficitur ib.
Septenarii insignes euentib. 116
Septimius Florens Gallus mor. 748
Septimius Geta Imp. occidit 176
Sepulchri Christi custodia committitur Franciscanis 372
Serennius Granianus scribit pro Christianis 162
Serpens æneus erigitur, 9. confringitur 23
Sertorius interficitur 92
Seruestanum Gymnasium absolutum 688
Seruetus edit libros de erroribus Antitrinitariis 535
Serug nasc. 3. mor. 5
Seruia cedit Turcis 429
Serui vincuntur 376
Seruilius Glaucia occiditur 86
Seruius Tullius Rex Rom. 27. censum agit, ib. occiditur 30
Sesostris à Regib. vehitur 281
Sestus occupatur 375
Seth nasc. 1. mor. 2
Seuerinus Monachus Noricorũ Apostolus, 252. prędicit Odoacro victoriam 259
Seuerus Imp. 156. prohibet fieri Iudæos & Christianos, 180. parcit Christianis, 169. mor. ib. 266
Seuerus hæreticus Episcopatu pellitur 269
Sextius Aquas Sextias condit 80
Sextus Pompeii filius occiditur 104
Sibylla Ioh. Frid. Elect. Sax coniunx 608
Siccitas magna 595
Sichenum occupatur 687
Sicilia in libertatem vindicatur, 50. occupatur 293
Siculæ vesperæ 383
Sicyoniorum regnum 3
Sidon occupatur 50. 384
Sigefridus Ribischius nasc. 560. mor. 686
Sigefridus Saccus nasc. 549. mor. 749
Sigismundus Imp. nasc. 699. fit Rex Vngariæ, 402. vincitur ad Nicopolin, 403. incarceratus euadit, 408. fit Imp. 400. Vratislauiæ punit seditiosos, 404. ter fugit Ziscam, 405. 409. coronatur, 400. in precio habet lite-

Socrates nasc.30 mor. 40
Sol omnibus est æquus & communis, 609. ceram liquefacit & lutum indurat, ibid. eius defectio magnorũ motuum indicium ibid.
Solis aspectus est tristis 583
Solimosum occupatur 601
Solon fert leges Atheniensib. 27 mor. 30
Solymannus I. Rex Turcarũ, 408 occiditur 409
Solymannus II. fit Imp. 507. occupat Belgradum, 509. Rhodum, 516. Budam & Pestum, 582. Strigonium, Quinq; Ecclesias, Valponiam, 567. Wanum vrbem Mediæ, 592. Temesuarum, 591. Sigetum, 627. 630. vincit Ludouicum Reg. Vngariæ, 544. obsidet Viennam, 534. Gunsium terdecies oppugnat. 555. non expectat Caroli V. aduentum, ib. infert bellum Regi Persico propter relligionem, 559. 592. eripit ei aliquot prouincias, 531. diripit Taurisium, ibid. strangulat filios, 605. mor. 601
Solymannus Beglerbegus Adenum occupat 559
Solymos occupatur 704
Somachia occupatur 698
Sophia exprobrat Narseti quòd sit Eunuchus 293
Sophia Friderici II. Ducis Lign. & Breg. coniunx mor. 558
Sophia Brandeb. mor. 551
Sophia, Ioachimi II. Brandeb. F. VVilhelmo Vrsino de Rosis nubit 614
Sophocles Poeta tragicus 34
Sophocles adhuc iuuenis, fabulam primam Athenis docuit, 37. mor. 42
Spinola Lingam & Oldensalium occupat 776
Stanislaus Com. à Gorka mor. 728
Stanislaus Hosius Cardinalis, mor. Romæ 663
Statius Poeta 71
Steinfurtanum Gymnasium institutum 711
Stella noua apparet 641
Stephanus Bathoreus Trãsyluanus nasc. 540
Stephanus Bathoreus, Rex Poloniæ mor. 699
Stephano Botzkay de Kismaria succeßit Sigismundus Ragorius gubernator 779
Stephanus Botzkaius Hungarus aurea corona ab Vladislao donatur 776
Stephanus Illieshaza Palatinus Hungarus patriæ vindex 784
Stephanus Rex Poloniæ aliquot vrbes occupat, 667. Plescouiã obsidione, frustra cingit 670
Stephanus Poloniæ Rex Dantiscus obsidet 657
Stephanus Rosauanus Moldauię Vaiuoda, capitur & palo adfigitur 740
Stephanus Transyluaniæ Princeps Mariam Christinam Austriacam vxorem ducit 741
Stephanus Sregodinus, Theologus mor. 643
Strigonium à Turcis captum 559
Strigonium Vngariæ vrbs Christianorũ potestati subditur 739
Strigonium à Turcis recuperatur 777
Svvendius aliquot castella Hungariæ occupat 526

Theo-

Theodorus Beza Vezelius nobiles, Theolog. Geneuens. mor. 778
Theodorus Bibliander Tiguri. mor. 621
Theodorus Magnus Dux Muscouiæ & Prussorum Imp. 757
Theodori Magni Ducis Moscorum legatio Pragam aduenit 738
Theodorus Peltanus Theolog. 687
Theodorus Zvvingerus Medic. 709
Theodorus Zvvingerus Medic. nasc. 541
Theophilus Maderus Heluetius Medicus 775
Theramenes interficitur 42
Theron Arragantinorum Rex, 36. mor. ibid.
Thela Iudex Israel VII. 11
Thomas Caietanus Cardinalis mor. 543
Thomas Morus Angliæ Cancellarius mor. 544
Thomas Candischius Anglus naues Hispanicos dissipat 707
Thomas Coccius Medicus mor. 787
Thomas Cranmerus, Archiepiscopus Cantauriensis Londini exuritur 597
Thomas Erastus mor. 682
Thomas Hubnerus nasc. 541
Thomas Hubnerus Ioachimi Frid. V. Elect. Brand. Consiliarius, 758. eius mors ib.
Thomæ Percii nobilis Angli cõiuratio detegetur 777
Thomas Volsæus Cardinal. mor. 534
Thrasibuli Atheniensium Ducis mors 44
Thucydidis historia de bello Peloponnesiaco, 40. eius finis 41
Tiberius Gracchus tribunus plebis in flumen proiectus 80
Tiberius Siluius Rex 10. Latinorum 19
Tigranes à Lucullo victus 93
Tilemannus Heshusius Theolog. mor. 710
Tilemannus Stella Astronomus mor. 715
Timochares Alexandrinus vixit 37. annos 55
Timocleæ factum 50
Timoleon Rempubl. Syracusis constituit 49
Timotheus Kirchnerus mor. 706
Tisaphernes obtruncatur 43
Tobias in Medos abductus, 24. eius historiæ initium quando ibid.
Tornacum à Parmensi capitur 671
Traiectum ad Mosam ab Alexandro Farnesio capitur 664
Transmigratio Iechoniæ in Babylonem 26
Transsyluani, Hungari, Walachiæ & Moldauiæ Reguli Stephano Botzcaio sese dedunt 770
Tremoniæ conuentus Brand. & Neoburgic. fuit suasore Mauritio Hassiæ Landgrauio propter concordiam 783
Tribuni militum primi quando creati 59
Tripolis Africæ Rex occupata 681
Troiæ excidium ante Romam conditam 11
Troianorum in Siciliam nauigatio

dicus, mor. 638
Vladislaus Sigismundi III. Poloniæ & Sueciæ Reg. F. natus 742
Vldaricus Zasius IC. nascitur 546
Vldericus Schoberus Lubenens. Siles. poeta 759
Vldricus Zvvinglius Theolog. mor. 555
Vlricus Dux Megapolitanus nuptias cum Anna Luneburgica celebrat. 708
Vlricus Fuggerus Heidelbergæ mor. 685
Vlricus, hæres Noruegiæ Friderici II. Regis Daniæ F. nascitur 662
Vlricus Dux Megapolitanus mor. 747
Vlricus Mordisius, IC. Dresdæ mor. 650
Vnctio prima Dauidis, 13. secunda 14
Vnio Principum Germaniæ & statuum Euangelicorum Halæ Sueuorum firmatur 784
Volradus à Plessen eques Megapolens. 610
Vrbanum VII. Pontifex Romanus renuntiatur 717
Vrbanus Rhegius mor. 556
Vzias Rex Iuda nascit. 21. Decimus Rex Iuda, ibid. mor. 22

W

WAlachia Transalpina à Transyluano recuperatur 740
Walpurgis, Comitissa Mörsens. vxor primo Philippi Momerencii Comit. Hornan. 2. Adolphi Nuenarii, 763. Mauritio Nassouio Comitatum Mörsensem testamento legauit, ibid. Georgio Eberhardo Solmensi Comitatum Hornanum, ibid. Arnoldo Benthemensi Comiti Dynastiam Bedburensem legauit ibid.
Wenceslaus Adamus, Dux Silesiæ Teschinensis, mor. 663
Wenceslaus, Archidux Austriæ, Maximiliani II. F. Neostadii Austriæ nascitur 614
Wenceslaus Austriacus, Rudolphi Frater, mor. 663
Wenceslaus à Credlitz nascitur 581
Wilhelmus Aragosius Medicus mor. 787
Wilhelmus Dux Brunsuicensis nascitur 621
Wilhelmus, Dux Brunsuicensis nuptias cum Dorothea, Christiani III. Daniæ Regis F. celebrat 614
Wilhelmus Princeps Auraicus, Comes Nassouiæ nuptias celebrat 579
Wilhelmus Farellus, Theologus, mor. 625
Wilhelmus Hassiæ Landgrauius nuptias cum Sabina Wirtenbergica celebrat 627
Wilhelmus Comes Nassouiæ nasc. 540
Wilhelmus Morelius, Typographus Regius, Lutetiæ moritur 621
Wilhelmus Perkinsius Theol. Anglus 770
Wilhelmus Tertzka, Baro Bohemus, heros fortis obit 752
Wolffgangus Palatinus Rheni Comes Bipontinus nuptias celebrat 565
Wilhelmus Dux Brunsuicens. & Luneburg. nascit. 545

FINIS.

2.8/0.0